



Compendio  
de  
Historia



Co. sub. in alt. camp. p. 81. dat. 6 Julij. Gregorius / 1541. West. 5. 17. L.

Co. sub. p. 81. ad. v. n. a. n. d. a. r. a. n. i. s. l. a. p. p. -  
de. m. a. n. d. a. p. u. n. d. e. q. u. a. l. i. t. e. r. i. i. n. v. p. o. s. i. t. u. s. e. s. t. i. o. n. e.  
L. 81.

372



C  
AMB  
IN LIB  
DIGEST  
QVID  
Dogmatibus  
ante an  
scop

Ex omnib  
atenu pe  
per ip  
D

Cum dup  
tam

Non t  
di  
di  
da

Ap

CONFESSIO  
AMBROSIANA  
IN LIBROS QUATTVOR  
DIGESTA, QUIBVS CONTINETVR,  
QVID DE IIS FIDEI CHRISTIANAE  
Dogmatibus, quæ hodie in controuersiam vocantur,

ante annos mille & ducentos B. Ambrosius Epi-

scopus Mediolanensis, & totius Ecclesie

Occidentalis lumen clarif-

simum senserit.

*Imo Cuiusere  
num in Ouiseldorp  
Donatione R. S. Grr.  
ganij Aock;  
Pustortz id  
Bracht Av. ibi.*

Ex omnibus eiusdem Ambrosij, qua quidem ad nostram  
statem peruenerunt, Operibus bona fide collecti, & diligenter  
perspicua methodo dispositi, opera & studio

DN. IOANNIS NOPELII

Collegij D. S. uoberti in Casa-  
ris insula Decani.

Cum duplici INDICE : quorum prior singulorum libro-  
rum capita, & propositiones : posterior vero res, sen-  
tentiasque insigniores complectitur.

ECCLESIASTICI VIII.

Non te pretereat narratio Seniorum : ipsi enim  
didicerunt à Patribus suis. Quoniam ab ipsis  
disces intellectum, & in tempore necessitatis  
dabis responsum.

COLONIAE

Apud Geruinum Calenium & hæredes Quentelios.

Anno cl. l. lxxx.


Cum gratia & priuilegio Caf. Maiesst.

20 Syst. Th. III. 342

V216

1408 372 01

REVERENDISSIMO  
ET ILLUSTRISSIMO PRIN-  
CIPACI DOMINO, D. GEBHAR-  
DO ELECTO ET CONFIRMATO  
*Archiepiscopo Ecclesie Colonienfis, Sacri Romani  
Imperij per Italiam Archicancellario, Principi Ele-  
ctori, Vuestphalia & Angaria Duci, Legatò-  
que nato, &c. Domino suo clementis-  
simo, Ioannes Nopelius*  
S. & P.

NTER eos pseudo-  
apostolos, qui Patrū &  
nostra memoria exorti  
sunt, Reuerēdissime &  
Illustrissime Princeps,  
Domine Clementissi-  
me, ij cum primis, mea  
quidem sententia, & si-  
bi, & quam longissime propagatam cupiunt,  
doctrinæ suę apud multos gratiam, auctori-  
tatem quoque videntur conciliaffe, qui præter  
expressum Dei verbum, etiam Patrum vete-  
ris, ac, vt ipsi aiunt, purioris Ecclesie consen-  
tientem doctrinam, maximi se facere simula-  
re potuerunt. Gloriarī quidem; quod in vni-  
uersum omnes faciunt, hoc suum præcipuum  
& vnicum esse studium, vt Iesu Christi Serua-  
toris nostri doctrina, ab humanis delirijs, à  
Monachorum & sacrificulorum impijs com-  
mentis vindicata, ad nepotes pura puta trans-  
mitta-



## EPISTOLA

mittatur; se illa vna in maximis minimis fidei Christianæ dogmatibus examinandis, velut infallibili & certa regula vti; illud callidum inuentum esse, ad colligēdas multorum hominum gratias, negare nec volo, nec sane possum. quis enim ignorat eo solo effectum, vt primum in Germania, deinde etiā in aliquot illi finitimis orbis Christiani prouincijs, tot millia rusticorum, neque pauciores, vtinam non plures, reliquorum ordinum, homines sane initio non pessimi, *αβολικὴν πίσιν* in qua nati & educati erāt, à qua ante nullis tormentis dimoueri potuissent, vno quasi impetu leuiter, quod est, turpiter, desererent? tamen illud apud eos, qui arborem non ex flore sed ex fructibus æstimandam didicerāt, minime tantum ponderis habuit, quantum eorū causæ necesse erat. Nouerant isti gentile fuisse omnibus omnium temporum hæreticis, somnia & commēta sua, quantumuis absurda, quātumuis impia, dulci & specioso verbi Dei nomine plausibilia facere. Neque etiam ignorabant Sathanam, ipsū Christum Dominum, vt de summitate templi Hierosolymitani se præcipitem daret, scripturæ verbis inducere voluisse: & qui Sathanæ administri fuerunt non vulgares, Phariseos, eiusdem scripturæ testimonijs eum nec prophetam nec Filium Dei, sed in Deum blasphemum, & idcirco morte ac extremo supplicio dignū pronuntiasse. Metuebant itaque, quod res erat, illos sub Dei verbi prætextu scēdissimos errores

## DEDICATORIA.

rores Basilidis, Eunomij, Iouiniani, Vigilantij, & id genus hæreticorum ab inferis reuocatu-  
ros, maxime cùm scripturam sacram insignibus quidem elogijs ac titulis ornarent, at  
interim, quæ scripturæ verissima interpres est,  
antiquitatis ne minimam mentionem face-  
rent. Et recte quidem. Euangelium enim, vt  
beatus Hieronymus ait, nõ in verbis scriptu-  
rarum, sed in sensu, non in superficie, sed in  
medulla, non in verborum folijs, sed in radice  
rationis consistit. Vnde nisi iuxta eũ sensum,  
quæ Spiritus sanctus, per tot Martyres, Con-  
fessores, inuictos veritatis testes, memoriæ  
prodidit, accipiatur; non Dei, sed hominis, &  
quod peius est, Diaboli verbum efficitur.

Atque hæc quidem cogitatio fecit, vt per-  
multi, spretis hominibus istis nouis, eã, quam  
à sanctissimis suis maioribus, quasi per manus  
traditam acceperant, religionem & discipli-  
nam constanter retinerent. Subodorabantur  
illud Aduersarij sagacissime, simulque intelli-  
gebant, Euangelium recens ipsorũ industria  
renatum, non eum habiturum progressum;  
quem optabãt, quemq; iam ante animo con-  
ceperant, nisi ab ista mente optimos quosque  
deducerent. Itaque nulla interposita mora, vt  
acriter ad perniciem Reip. Christianę vigila-  
bant, periculum faciendum putabant, an illu-  
strissimorum Ecclesiæ Patrum auctoritas la-  
befactari nonnihil posset, & si illud cum no-  
stra infelicitate ipsis feliciter cederet, tũ non  
ante quiescendum, quàm eam videret peni-

## EPISTOLA

tus fractam & exstinctam: vt scriptura diuina,  
 quorumlibet hominum ingenijs flectenda,  
 reflectenda tradi posset impune. Negotium  
 aggrediebantur arduum. Inuictam enim il-  
 lam priscorum Patrum aciem iam olim Arri-  
 um, Nestorium, Eutychem, Samosatenū, ho-  
 mines ingenij, eruditionis & eloquentiæ præ-  
 fidijs instructissimos oppugnasse accepimus:  
 sed nequicquam: quia inuicta: aggrediebantur  
 tamen, cū aliter causam suam sustinere  
 ac tueri nō possent, & quidem suo more, hoc  
 est, callide & veteratorie. Accidit vero, quod  
 ingenue fatemur, non humana aliqua indu-  
 stria vel consilio, sed solius Dei beneficio, vt  
 is conatus eos iuuaret minus quā nihil, &  
 verius, dicā post, multis inuisos & exosos red-  
 deret. Initio vero aiebāt, vt intelligas quibus  
 præstigijs scriptores antiquos in contemtionem  
 adducere, & penitus è scholis profligare  
 voluerint, scripturam diuinā minime obscu-  
 ram & inuolutam, sed perspicuam & apertam,  
 adeoque intellectu facilem esse, vt à quibus-  
 uis, modo per fidem Christo insiti sint, quan-  
 tumuis alioqui omnis eruditionis expertes &  
 ignari, exacte intelligi possit. Ita & olim, qui  
 Christo ipso iudice, scripturam nescierūt, Sa-  
 ducei, tum Arriani, & Apostolici; quemad-  
 modum de illis scribit Iosephus, de his Basili-  
 us & Epiphanius. Addebāt deinde in asseren-  
 dis fidei Christianæ capitibus, & verbo Dei  
 interpretādo, si maxime Pontificijs concedi  
 oporteret, illud interprete aliquo egere, per  
omnia

## DEDICATORIA.

omnia in Patrum vestigijs stare, tardi, abiecti,  
& seruilis omnino esse ingenij, & reuera aliud  
nihil, atque nos ipsos, iudicio & ratione spoliare,  
quod demum est, ex hominibus bestias  
facere. Posse quoq; hoc nostro seculo, à vul-  
gariter doctis, in lucem proferri, quæ multis  
ante propter linguarum inscitiam, reclusa &  
abdita in crassissimis tenebris iacuerint. Vi-  
sum fuit vtrumque plusquam euangelicum  
omnibus ijs, qui litteras sacras à nullo alio,  
quàm à seipsis, hoc est, Hieronymo interpre-  
te, presumptione, pessimo preceptore didice-  
rant: & prius quidem imperito vulgo, baiulis,  
lanijs, sutoribus, sarcinatoribus, arcularijs, &  
id genus alijs: posterius vero, qui suo iudicio  
sunt doctissimi, argutulis quibusdam & Rhetor-  
culis, inter doctos quoque qui mobilitate,  
& leuitate animi rebus nouis studebant.  
Hic fons est prestigiarum, quibus orbé Christi-  
anū ludificari volebant, & ludificati etiam  
sunt non minimā eius partem. Illiteratū vul-  
gus ita infatuarūt, vt, si vnā vel alteram veteris  
aut noui testamenti sententiā memoriter  
teneat, tantam sibi rerum diuinarum scientiam  
sumere aufit, quantam ne quidem, qui in  
eo studio à prima ætate, operam curamque  
omnem consumserint. Quid de sciolis? qui  
in his Græce vel Hebraice tenuiter, & sæpe  
nec tenuiter docti de versione Latina inepte  
garrere vel cauillari norāt, ij sane firmiter sta-  
tuebant, se profundissima mysteria sacrarum  
litterarum affecutos, haud secus, ac si in con-

## EPISTOLA

filium omnipotentis Dei fuissent admissi, exacte, feliciter. Haberi itaque volebant, & habentur etiam à multis hodie, præstantissimis totius orbis Christiani, quem ipsi cõtemtim Papatum appellare solent, Theologis nõ pares modo, sed & superiores.

Cùm ad hunc modũ sibi viam strauissent, confidenter impetum faciebant in eos Theologos, quos recepto vocabulo Scholasticos dicimus; quòd in schola de grauissimis fidei Christiane quæstionibus in vtramq; partem, prope ad Academicorum cõsuetudinem, dicam quod res est, ad miraculũ subtiliter, prudẽter, erudite, disseruerint. Erat Aduersarijs hoc eruditorum genus non minus exosum, quàm sunt canes lupis, quàm iudices furibus. Fidem enim orthodoxam, quam ipsi subuertere moliebantur, & etiamnum moliuntur, istorum studio doctrinaque muniri ac stare, & omnes vere ac solide docti ingenue agnoscunt, & ipsi, vt sunt plerique minime obtusis & crassis naribus, tum subodorabantur. Principio autem vt ludicrum certamen suscepisse viderentur, vocibus artificiose excogitatis; sunt enim permulti istorum festiui nugatores; litteraturæ politioris candidatis falsè eos ridendos, quòd barbari, quòd inculti, quòd horridi essent, propinabant: deinde vero eos, quòd pro Christo Aristotelem essent amplexi, quodque homines ad manifestam *ειδωλομανίαν* contortis suis syllogismis, non tam inuitarent quàm cogèrent (quamquam neutrum

## DEDICATORIA.

trum ne somniant quidē inimice insectabantur. His adde Ius Canonicum, quod Lutherum anno vigesimo conuocata multitudine scholastica, Vvittembergē palam incendisse & exussisse testis est Ioannes Sleidanus. Potuerunt ista & dicere & facere non impune modo, sed & cum applausu multorum. Si enim omnes sumus θεοδιδασκοι, si spiritualis omnia dijudicat, quid Thomæ, quid Scoti, quid Bonauenturæ commenta legere necesse est? Quis item vsus erit sacrorū Canonum? Atque vt hoc maxime falsum sit (falsissimum autem esse ostendunt, quæ illi ipsi nobis obtulerunt, sacrarum litterarum Commentaria, Explicationes, Postillæ, Loci communes) nihilominus tamen aiebant, quæ scholæ antistites litteris mandarunt, omnium sibilis explodi debere: cū ad Christum eiusque sacrosanctum verbum intelligendum minus conferrent quàm nihil. Græce enim & Hebraice quia nescierunt, quia vuculas quasdam consecrari minime didicerunt, & sacrorum Bibliorum interpretem, aucupē syllabarum, & verborum potius quàm rerum æstimatorem esse oportet; Melanchthoni Euāgelium obscurarūt, fidem exstinxerunt, vno verbo, indigni sunt, quibus veritatis amātes operam dare debeant.

Ad extremum monebant vt istorum loco adhiberentur, si forte scripturarum sententię ab hominibus alijs, quàm à nobis ipsis lumen accipere possent, qui linguarū cognitionem

## EPISTOLA

non neglexerint & alioqui antiquitate nobilissimi sint, Cyprianus, Basilius, Ambrosius, Hieronymus. Ijs enim quasi interpretibus maiorum gentium, parcendum esse, quamquam inuiti, sed quòd res ita exigeret (cautum enim & paulatim progrediebantur (tum adhuc iudicabant: at futurum nihilominus sperabant, vt sacris Canonibus & scholę auctoribus explosis, exploderentur non ita multo post, quos illi auctores & duces haberent, antiqui scriptores. Ita Martinus Lutherus, cùm primum fundamenta collocaret turris Babylonice, quam nunc proh dolor Valentinus gentilis, qui sanctam Trinitatem blasphemare docet, & vniuersam religionem minime dubiam, suis argutijs dubiam facit, fere exadificauit & ad summum perduxit, D. Thomę & quotquot isto sæculo vixerunt Theologis, apertum bellum indicebat, cùm tamen scriptores veteres, quasi eos causę suę haberet patronos, videri cuperet suspicere, colere, venerari. Testatur id epistola quam anno decimo septimo ad Archiepiscopum Moguntinum scripsit. Simulat idem in confutatione, vt̄ habet in scriptio, libri Dialogorum, quem pro defensione Romani Pontificis ediderat Siluester Prierias. Anno item vigesimotertio, vt Sleidanus, ad Ordines Imperij, qui Noriberge conuenerant, se reuerenter & magnam cum voluptate legisse scribit, quòd Euangelium doceri mandarint secundum interpretationes ab Ecclesia receptas, illudque se ita acci-

## DEDICATORIA.

accipere, quamquam alij aliter, docēdum esse non iuxta morem hucusque vsitatum, ex præscripto Thomæ, Scoti, Bonauenturæ & aliorum, quos Romani Pontifices approbarent, sed qui multo vetustiores sint Hilarij, Cypriani, Augustini & horum similium. Et ita quidem inuidiam, quam propter exultum Ius Canonicum, & diuexatæ scholæ auctores sustinere debuisset merito, à se in Aduersarios callide transtulit: quasi isti antiquos & melioris sæculi scriptores, vel contemnant, vel saltem negligant, & in solis scholasticorum quodlibetis, argutis quidem, sed omnino friuolis, etatem conterant. Idcirco absque multorum offensione scurrilibus conuiuijs, quæ nullis minus, quàm qui profitentur se Euangelij magistros, conueniunt, recentiores Theologos dilacerare potuerunt. Cogitabatur enim vulgo Christianam religionem non modo longe latequæ à priscis Theologis propagatam, sed etiam, quæ non minor virtus est, contra hæreticorum insidias, tyrānorum vim & immanitatem sapienter fortiterquæ defensam esse: itaque citra iacturam Ecclesiæ, scholę Theologos iacere posse obscuros, ignobiles, etiam si ijdem illi, quos diximus, pseudoapostoli & tyrāni reuiuiscerent ad vnum omnes. Huc vsque Aduersarijs euenerunt omnia, quòd ita peccata nostra mererentur, vt optare potuissent.

Audentiores itaque facti, hostiliter, quamquam nondum aperte oppugnare suscipiebant,



## EPISTOLA

bant, quos hodie nobiscum Patres appellant, quorū tamen se filios negant eo ipso, vt Athanasius ait, dum illos oppugnant. Lutherus sub finem istarum litterarum, quas eum ad Ordines Imperij dedisse nunc diximus, ait Patribus quidem fidem tribuendam, at non tantam, vt non longe ijs præferatur Biblica scripta. Quorsum ista? an quisquam vñquam fuerit Catholicorum, vel hodie in terris sit, qui vllius hominis quātumuis sanctitate doctrinaque illustri scripta, speciosissima quoque, verbo Dei æquarit? Aduersarij quidem qua sunt ingenij & animi dexteritate, istius criminis & nos & carissimos nostros Maiores, imō suos etiam, pij scilicet filij, incusarunt sepe: at reos esse, probarunt numquam, nec, etiam si rumpantur, probabunt vñquam. Magna quidem reuerentia priscos Patres, vt filios decet, qui nepotes esse Chami nolūt, audimus; sequi etiā eos pro viribus, Dei beneficio cupimus: sed longe maiori obseruantia & religione audimus cœlestem Patrem, qui, vt nostrum omnium, ita & ipsorū Pater est, & eum, de quo Pater dixit, Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite. Cui libet enim istorum, quantum libet magno, accidere potuit, vt hominibus solet, aliqua nescire, errare in multis, offendere & labi nonnumquam, quod in Deum cadere nemo vñquam Catholicus fanæ mentis affirmavit. Nescio tamen num inter Euangelicos inuenire liceat, quibus Deus multa ignorare videatur, labi etiā & secum pugnare.

## DEDICATORIA.

pugnare. Certe in eorum numero esse qui istud Apostolis tribuant, quod ego iuxta estimo, Ottonis Brunfelsij problemata testificari poterunt. Mitto quàm contemptim Sebastianus Francus de littera scripturæ loquatur. Superfunt enim illius *παράδοξα* vel verius *ἡερόδοξα*, quæ qui volet, legat: non enim nostri instituti est illa hîc pluribus profequi. Ad institutum itaque. Quid ergo sibi vult litterarum Lutheri ad Principes Germaniæ appendix? nihil, nisi quod tum quidem sine inuolucris dicere metuebat, dixit autem post frequenter, & illius exemplo Melanchthon, tum Calvinus & infiniti alij; meminisse quemque oportere, Patrum scripta nobis seruire nō dominari. Licere vult nimirū cuius sycophantæ pro sua libidine sanctissimos illos viros in ordinē cogere, quod tamen sibi à suis fieri noui isti Rabbini nō patiuntur. Melanchthon certe, vt ab illo ordiar, Illyricū & Gallum homines non indoctos & in primis Euangelicos, doctrinæ suæ censors ferre nequaquam voluit. In epistola enim quâ libro, cuius inscriptio est, Corpus doctrinæ Christianæ, ad Lectorem præfixa, facta vtriusque Illyrici & Galli mentione, *Cum isto*, inquit, *mirabilium hominum genere agi nihil potest, qui suo arbitrio damnant quidlibet: neque personis auditis neque rebus dijudicatis, cogunt concilia, quando, & vbi ipsis placet: & vindicant sibi maiorem, magisq; intollerabilem ac minus excusabilem auctoritatem ac potestatem quàm Papa Romanus vmquā. Que quor-*  
sum

## EPISTOLA

*sum tandem euasura videantur, cogitetur. Hæc*  
 Melanchthon. Lutherus quoque præter eos,  
 qui per omnia sibi consentirent ferebat ne-  
 minem, quemadmodum de illo scribit Conra-  
 dus Gesnerus, & res ipsa loquitur. Cùm enim  
 Muncerus & Carolstadius cœlestes prophe-  
 tæ, Zwinglius ac Oecolampadius Sacramen-  
 tarij, ac denique Illebius & Scenckius Anti-  
 nomi, videri vellent plus sapere, quàm ipse,  
 Deus bone, quantas concitabat turbas, quàm  
 furenter eos insectabatur. Cœlestes prophe-  
 tas & Sacramentarios homines clamabat esse  
 futiles, leues, incōstantes, in rebus dubijs po-  
 tissimum, gloriosos item Thrasones, qui ex-  
 quisitis titulis doctrinam ornent, quam ve-  
 ram & Euangelicam esse dubitent: demum  
 pertinaces hæreticos, per quos ater Dæmon  
 loquatur, qui Carolstadium & Oecolampa-  
 dium è medio sustulerit. Antinomus vocife-  
 rabatur esse cæcos, obstinatos, superbos spiri-  
 tus, falsos fratres, hypocritas, hostes Ecclesie,  
 Swermeros, stultos, crassos asinos, & porten-  
 ta nebulonum, atq; in vniuersum omnes eos,  
 vt Papam Saxonicum se ostenderet, anathe-  
 mate configebat. Neque mirum videri debet  
 cuiquam, Lutherum tanta virulentia in hos  
 inuehi: cùm is ne Angelos quidem doctrinæ  
 suæ censors ferre voluerit: vt ex illius libro  
 contra falso nominatos Episcopos Sleidanus  
 refert. Calvinus æque moderate tractabat  
 ministros Saxonicos, cū pro Ioachimo Vvest-  
 phalo, præter omnem ipsius opinionem, sen-  
 tentiam

## DEDICATORIA.

tentiam pronuntiasent. Subito enim illi vis fuerunt nebulones, gigantes, pecudes, homines bruti, asini, diaboli, quos ante quam ad illos prouocasset symmystas, viros bonos, honorandos fratres, Patres & fidelissimos Christi seruos saepe salutarat. Ita nec ille de suis scriptis finistre iudicare voluit quemquam: & tamen, illorum iudicio, nulli non licebit in sanctissimos nostros Maiores eam potestatem sibi vindicare. Certe, vt sumus pleriq; ingenio, ad auctoritatem eorum non modo eleuandam, sed penitus etiam couellendam, nihil eo vel fingi vel dici potuit aptius; si adderem ad antiquandum & extirpandum radicitus omnem Christianismum, ne quidquam aberrare.

Verum dicturi sunt, scio, se non permittere quibusuis, vt de Patrum doctrina pronuntient; sed ijs tantum, qui adhibere norunt, quod omnium nostrorum dictorum factorum, *κρίτηριον*, normam & regulam esse oportet, Dei verbum. Sed ad idem & nullum aliud iudiciū prouocabat, qui in Melanchthonem, Lutherum & Caluinum eam sibi potestatem sumserant: sed frustra. Si hic se veritatis amatores, quam Sophistas ostendere mallent, facile inter nos conuenire posset. Patres enim Dei verbum eiusque veram intelligentiam, vt qui proxime ad Apostolorum aetatem accesserint, exacte, si quisquam, assecuti sunt, & se suaque omnia illi demissē admodum, submiserunt, vt beatus Augustinus (de reliquis nūc silebo) in epistola ad Hieronymum aperte

## EPISTOLA

aperte profitetur. Sed mitto ista. Lutherus in epistola ad duos Plebanos de Anabaptismo agnoscit *in Papatu fuisse veram scripturam sacram, verum baptisma, verum sacramentum altaris, veras claves remissionis peccatorum, verum predicandi officium, verum catechisum, breuiter veram Christianitatem, immo nucleum Christianitatis.* Quæ si ita sunt (esse autem, quis ambiget? dixit enim qui capitalis hostis Papatus fuit, & pestis etiam atq; mors illius esse optabat) credere quemq; oportet, antiquos scriptores verbum Dei impollutum habuisse: & cum populum docerēt, vel viua voce vel scripto, ad nihil æque atq; ad illud respexisse. Sūt enim post Christū & Apostolos fundamentum, propugnacula & munimenta fortissima Papatus. Quin etiam Ioānes Aurifaber, inter Lutherolatras facile princeps, Ambrosium, Hilarium, Augustinum & Athanasium, tum qui eos proxime secuti sunt Ecclesiæ scriptores, Euangelij doctrinam sepultam & abstrusam in lucem reuocasse, fatetur disertis verbis in ea epistola, quam ad decem non postremi nominis Imperij ciuitates scripsit. Sit itaque Dei verbum, *κεφάλαιον* vnicum, norma & regula sanctorum Patrum, sed non aliud quàm quod in Papatu fuit. Id enim, Luthero teste, verum est, & quia verum, sincerum est, impollutum est, integrum est, & nulla sui parte mutilum, & solum quidem ista omnia. Repudiamus itaque merito, quod dicitur annis ab hinc sexaginta ab obliuione & quasi interitu assertum.

## DEDICATORIA.

assertum. illud enim quia diuersum est ab eo, quod Papatus habuit: nisi enim diuersum, minime quasi intermortuum latuisset: falsum & adulterinū esse necesse est. Verbū enim Dei nō multiplex est, non varium; sed vnū, sibiq; per omnia consentiens. Si vero Euangelium recens renatum, seu, dicam rectius & clarius, absurdissima dogmatum portenta, quæ Aduersarij ab orco reuocata, specioso Dei verbi titulo ornare conati sunt, Iesu Christi Euangelium appellari & haberi debeant, fatebor verū, nulli minus, quàm sancti isti viri, Evangelici videri poterunt. Atque vero illi summa ope nitebantur; nec prius quieuerunt, quàm ita dementassent multos, vt ipforum nānias & somnia, quasi Apostolorum & Prophetarum Dei viui oracula, quæ maxima est idololatria, stupide venerarentur, & adorarent. Quid autem inde sequi potuit aliud, quàm quod optabant? etsi nemo sit qui non intelligat, vel me tacente, quid dicere velim; dicam tamen: antiquos Patres quia ab ipsis dissentirent, impostores esse, & sceleratissimos sanæ doctrinæ diuinitus inspiratæ corruptores. Quare ita instructi, insolentissime auti fuerunt quiduis in antiquitatem effutire, veteres nimirum multa nesciuisse, inter se conflictari frequenter, secum etiam ipsos pugnare nonnumquam, & vnde omnis ea mentis cæcitas, hominum traditionibus potius, quàm Dei verbo niti. Quod cuiusmodi sit dicam breuissime.

## EPISTOLA

Orthodoxorum, omnium & temporum  
 & locorum, si de intelligentia scripturę lis ali-  
 qua per pseudoapostolos exoriretur, consue-  
 tudo perpetua fuit, vt in ea dijudicanda, non  
 quisque priuatum suum sensum, sed sensum  
 & consensum Ecclesię sequerentur omnes.  
 Confugiebant ad illustres Ecclesię viros, qui  
 ante ipsos diuersis ætatibus & locis vixerant,  
 & quam sententiam illos magna consensio-  
 ne memorię prodidisse videbant, ea demum  
 illis erat catholica, Euangelica, vera: huic au-  
 tem contraria; hæretica, adulterina, falsa. Et  
 recte quidem ad litem dirimendam eos ar-  
 cessiuerunt iudices, arcessire quoque nos nul-  
 los alios rectius possumus. Ab odio enim,  
 amicitia, ira, atque misericordia, quibus affe-  
 ctibus conturbatus animus non facile quid  
 verum equumque sit, prouidet ac iudicat, va-  
 cui sunt. Ita Augustinus Iulianum Pelagia-  
 num scripturam noue interpretantem Ire-  
 nęi, Cypriani, Rhætitiij, Olympij, Hilarij,  
 Ambrosij, Gregorij Nazianzeni, Hierony-  
 mi, Basilij & Chrysofostomi sententijs iugulat.  
 Fecerunt idem & reliqui, quod nemini ob-  
 scurum esse potest, nisi qui in Patrum lectio-  
 ne omnino hospes sit & peregrinus. Id visum  
 fuit bonis illis viris: qui nihil habent cum car-  
 ne & sanguine commune; humanis niti tra-  
 ditionibus, & veram rationem enarrandi scri-  
 pturam nescire: Verum non ante quam Euan-  
 gelica doctrina ad summum peruenisset, hoc  
 est, cum populari fauore, & Magnatum tute-  
 la ita

## DEDICATORIA.

la ita ipsi essent muniti, vt nullius vim hostilem magnopere formidarent. Ostendimus enim ante illos diuersum sensisse, secundum interpretationem nimirum vetustiorum Patrum, quos Ecclesia probasset, Euangelium docendum. Ceterum anno vigesimonono Spiræ, quo, & sequente trigesimo, Euangelij doctrina Lutherò suauissime & speciosissime florere visa est, eum interpretandi modum reiecerunt: propterea quòd in dubium vocarent quæ esset Ecclesia vera, & quod inde sequitur, quæ sint receptæ & ab Ecclesia probatæ scripturæ interpretationes: idcirco alium qui certus planeque indubitatus, & præter quem nullus alius esset, substituerunt, loca scripturæ, quæ obscura viderentur, per alia eiusdem scripturæ illustriora explicanda discernentes. Atque eo inuento quasi antiquitatem vicissent, quasi nos statux æssemus & capita sine cerebro, exsultabant, triumphum agebant, sed ante victoriam. Rationem enim illam non ignorarunt veteres, probamus & nos. Fit enim non raro, vt scriptura vna per aliam recte explicetur, quis negat? Sed vnicam esse, & præter illam aliam nullam, negamus constanter. Illi vero nihilominus pergebant, quasi victores suam in enarrando Dei verbo dexteritatem & in sana doctrina propaganda studium maximis laudibus efferre, & contra, priscos sacrarum litterarum interpretes, quasi sæpe turpiter lapsi essent, multis calumnijs onerare. Lutherum dicere ita soli-



## EPISTOLA

tum scribit Aurifaber : *Ab eo tempore, quo Dei beneficio Paullum intelligere cœpi, non potui quemquam veterum magnifacere. Viluerunt apud me omnes. Initio quidem legebam Augustinum, sed simulac mihi aditus ad Paullum pateret, & intelligerem quæ esset Iustitia fidei, iubebam illum valere.* Ita Lutherus apud Aurifabrum. qui etiam Hieronymum hæreticum, Origenem deprauatorem sacrarum litterarum, Basilium inutilem monachum, Ioannem Chrysoctomum loquaculum, alios alijs nominibus æque contumeliosis appellauit. Exemplum hoc secuti discipuli, vt præceptorem oris impudentia referrent, (illo enim vitio Lutherum laborasse Gesnerus scribit) quidam ipsorum asseuerabant, sed suo more absque ratione & testibus, veteres doctrinam de gratia Dei & Iustitia fidei, quæ præcipuum & vnicum Ecclesiæ patrimonium est, leuissime attingere, aut politicis opinionibus de Iustitia legis obscurare & inuoluere. Alijs visi fuerunt homines futiles & inconstantes, ex vno ore efflantes frigidum & callidum; alijs stulti, insani, stipites, bestiarum, selecta organa Diaboli, Montanico spiritu excæcati, & propterea in æternum perditæ censentur, nisi tamen morti proximi resipuerint. Et quamquam horrenda sint ista & dictu & auditu, ac non tam reprehensione, quàm graui animaduersione digna, vere tamè à me commemorari, ipsos Aduersariorum libros, qui in manibus sunt, testes habeo locupletissimos. Ioannes Aurifaber, quo nemo stupide magis  
Luthe-

## DEDICATORIA.

Lutherum colere potest: stercora enim illius etiam adorat: is igitur, de Patribus ita Lutherum domi priuatim apud suos pronūtiasse refert in eo libro cui titulus est Colloquia mēfalia M. Lutheri: *Hieronymus legi potest propter solam historiam. Nam fidei & veræ religionis ne semel quidem in suis scriptis meminit. Origenem iam olim excommunicauit. Chrysostrum nullo loco habeo, nihil est enim nisi loquaculus. Basilius plane nihil valet, totus est monachus, ego ne pili illum facio. Apologia Philippi Melanchthonis superat omnes Doctores Ecclesie, etiam ipsum Augustinum. Item: Hieronymus inter Doctores Ecclesie numerari non debet, fuit enim hæreticus. Credo tamen illum saluatum per fidem in Christum. Nihil loquitur de Christo, nisi quoddam nomen illius in ore ferat. Nullum inter Patres scio, cui ita sim inimicus atque Hieronymo, nihil enim scribit, nisi de ieiunio, de delectu ciborum & de virginitate. Cyprianum sanctissimum illum Martyrem, quem recte Maiores nostri propugnaculum Reip. Christianæ vocarunt, ipse infirmum Theologum affirmat, & Tertullianum inter Patres fuisse nõ alium perhibet, quàm inter Euangelicos sit Carolstadius, hoc est (modo iudicium Philippi de Carolstadio verum sit) hominem ferum, sine ingenio, sine doctrina, sine sensu communi. Atque statim deinde subiicit: *Istorum duorum atate cepit degenerare Ecclesia, immo vero Apostolorum atate degenerauit. Quod alibi apud eundem Aurifabrū clarius dixit his verbis: Abrahami historiam nemo recte intellexit à temporibus**

EPISTOLA

*Apostolorum, & ne quidem ipsi Apostoli Abrahami fidem ita pradicularunt & suis coloribus depinxerūt, vt merebatur. Et miror Moysen tam simpliciter eius meminisse.*

Prætereo studio breuitatis multa alia non minus blasphemata, quæ Lutherū in venerandam antiquitatem impudenter euomuisse, quem sæpe dixi, Aurifaber, testis est, & ad illa transeo quæ ipse litteris mādauit, & toti orbi de SS. nostris maioribus legēda obtrufit. Cōtra Erasmmum de seruo arbitrio scribens, *Deponite, inquit, quicquid armatura suppeditant orthodoxi veteres, Theologorum Scholæ, auctoritas Conciliorū & Pontificum, cōsensus tot seculorū, ac totius populi Christiani. Nihil recipimus nisi scripturas: sed sic vt penes nos solos sit certa auctoritas interpretādi. Quod nos interpretamur hoc sensit Spiritus sanctus: quod adferūt alij, quāuis magni, quāuis multi, à spiritu Sathana & alienata mēte profectum est.* Et in libro aduersus Regem Angliæ, tum cuius iam ante meminimus, contra falso nominatos Episcopos, superbe gloriatur se doctrinam suā ex cælo habere, nec quicquā curare, si mille Augustini, mille Cypriani ipsi aduersentur: adeo enim se certū esse vt nullius quidem Angeli iudicio eam velit subijcere, sed eius doctrinæ testimonio iudicaturum se & ipsos Episcopos & Angelos. Commentaria Hieronymi & Origenis in Epistolas Paulli nihil sunt illi nisi nugæ, si cū ijs, quæ Philippus in easdem edidit, conferantur. Et parum abest quin Philippum Paulo Aposto-

10

## DEDICATORIA.

lo parem faciat, ac tantum non superiorem; proximum certe illi locum tribuit. *Quin volumus*, inquit, *Paullo suam quoque gloriam saluam, ne quis iactet Philippum Paullo esse superiorem vel æqualem, sufficit tibi te Paullo esse proximum.* Locos communes eiusdem Philippi inuictum libellum appellat, non immortalitate modo, sed & Canone Ecclesiastico dignum: quod Stigelius hoc disticho expressit:

*Explicet inuicti quod sic oracula Christi,*

*Nullum hoc terris sanctius exstat opus.*

Et Selneccerus Lipsienfis minister, hoc Lutheri iudicium vere verum esse singulis diebus se magis magisque intelligere in præfatione in Genesin scribit: & tamen parte prima Pædagogicæ suæ, præcipuum locorum communium; quos Lutherus tanti fecit; dogma, de necessitate Stoica & seruo arbitrio, tamquam impium, blasphemum, ac execrandum, horrendumque dictu & audire iijcit. Atque hac vanissima assentatione ita Lutherus Philippum suum infatuauit, vt quamquam adulescens esset (anno enim vigesimo inuictum illum libellum edidit) & vix Theologicæ initia teneret, omnibus tamē scriptoribus & veteribus & nouis se oculatiore crederet. Controuersiam enim de libero arbitrio explicaturus in locis communibus, *Scriptere*, inquit, *de libero arbitrio Augustinus & Bernardus, & ille quidem sua posterioribus libris, quos aduersus Pelagianos edidit, multipliciter retractauit. Bernardus non est similis sui. Sunt hac de re etiam apud Græcos*

b 4                   quadam,

## EPISTOLA

quedam, sed sparsim. Ego, quandoquidem non sequar hominum opiniones & simplicissime & planissime rem exponam, quam fere obscurarunt auctores tum veteres tum noui. Atque ita Philippus de se insolentissime. Verum ad Lutherum reuertamur.

Qui illius germani discipuli videri cupiunt, quos Flaccianos, nominant Vvittenbergenfes; alij Stoicos Lutheranos; de Deo rebusq; diuinis neminem scire arbitratur quicquam, præter illos qui in Lutheri schola edocti sint. Erasmus Alberus homo insigniter magistri sui doctrina dementatus, aduersus Carolstadium suum condiscipulum scribit in hanc fere sententiam: *Pro cõperto habeo, quòd qui à Deo in Doctoris Martini schola edocti non sunt, nihil quicquam de Deo sciant, quamuis multa predicet: idq; in vno Caluino patet.* Secus Beza, qui scribit Castalionem & similes sæpe in scripturis lapsos, quòd Caluini libros euoluere & consulere non admodum curarint. Ac, quo nulla infamia est insolentior, paullo inferius idem Alberus subiungit, *neutiquam se dubitare D. Augustinum, si viueret, Doctoris Martini discipulum, sine vilo pudore se professurũ.* Et David Chytræus de studio Theologiæ recte inchoando: *Ad eruditionem spiritualem & sapientiam illã Ecclesie peculiarem, & mundo ignotam, de gratia Christi & iustitia fidei recte intelligenda, longe plus conducet, vnius Lutheri in Epistolam ad Galatas commentarius, quàm omnia Hieronymi, Basilij, Cyrilli, Origenis, Nazianzeni, Epiphaniij, Hilarij*

DEDICATORIA.

*Latij & plerorumque Patrum opera in vnum collata. Et paullo post: Propriam vero Euangelij de gratia Dei, & Iustitia fidei doctrinam, que precipuum & proprium Ecclesie patrimonium est, lenissime attingunt Patres, aut politicis opinonibus de Iustitia legis obscurant & deprauant. M. Cyriacus Spangenberg. à temporibus Apostolorum ad hæc nostra, neminem plane fuisse, qui post Paullum, Paulli mentem, & totius sacrae scripturae intelligentiam exactius, perfectius, plenius S. M. Luthero assecutus sit, sub medium istius libri ait, in quo contumeliosissime exagitandum suscepit Stephanum Agricolam, vbi etiam hoc distichon tuetur:*

*Christus habet primas, habeas tibi Paule secundas,  
Ast loca post illos proxima Luther habet.*

Quæ ab ijs dici, qui antiquitatem non indiligenter tractasse videri volunt, mirarer equidem vehementer, nisi scirem hæresin quæ oculatissima haberi cupit, cæcam esse & cæcos facere quos est amplexa. Non dicam, quod ipsi de nobis frequenter, sed falso, secus eos sentire ac loqui. Verum nos ad maiorem fidem audiamus & alios eiusdem generis antiquitatis censors: nolo enim isthæc hinc nunc. Hefhusius de Origene vetustissimo scriptore ita loquitur in libro de seruo arbitrio: *Origenes homo doctus, immensi laboris, admiranda diligentia: verum nullius iudicij, quod ad verum intellectum sacrarum litterarum attinet. Ac paullo post: Vix ullam Paulli sententiam absque insigni & perniciose deprauatione exponit: nobilissima vero testimonia,*

## EPISTOLA

*qua sunt fons omnis consolationis, non sine blasphemia inuertit. Quibus addit Beza in tertiu cap. ad Romanos: Certe hoc ausim dicere, Origenem hominem fuisse selectum Diaboli organū, qui & in prafatione noui testamenti, optimorum etiam temporum synodis sathanam prae fuisse non Spiritū sanctum affirmat. Centuriatores Magdeburgici, quemadmodum & Spangenbergius contra Gennepæum, Vigilantium, catholicum; Hieronymum faciunt hæreticum. Aiunt Hieronymum Vigilantij scripta quidem conuel-  
 lere, sed parum firmis rationibus; & conuitijs magis ac importunitate, quàm argumentis eum superare. Schnepsius lib. de Eucharistia, Manifestū est, inquit, D. Augustinū haud leuium errorum semina ueliecisse, uel ab alijs iam sparsa auxisse & confirmasse. Pomeranus, malleus ille ueneficarum (de quo Lutherus apud Aurifabrum) in Ionam, vniuersam antiquitatem ita contumeliose profcindit, vt scurram, uel extreme improbum, vix quisquam possit contumeliosius. Nostri, inquit, Patres siue sancti siue non sancti, nihil moror, excacati sunt Mōtanico spiritu per traditiones humanas & doctrinas demoniorum in hypocrisi loquentium mendacium. Et iterum: Non debetis Patribus credere, quia ex vno ore calidum & frigidum efflant. Ad eundem modum & alij: de quibus nūc filebo, ne cuiquam videar, in putidis illis calumnijs & prodigiosis blasphemijs recensendis nimius. Præcidam itaque, si hoc vnum dixerō, Martinum Lutherum primum post homines natos ausum fuisse*

## DEDICATORIA.

fuisse in vniuersum de SS. Patribus dicere :  
*Omnes perierunt, si senserunt, vt scripserunt : nisi forte qui respuerunt ante supremum vita diem.*  
 Quam sententiam certo promittebat sibi, improbatum neminem, vel paucos admodum: cum quod haecenus spes suas numquam fallaces deprehendisset; tum quod passim haberetur (dicam hoc de Næandri verbis) vir Dei, Propheta Germaniæ, tertius Helias, Doctor Ecclesiæ omnium maximus, solus *θεολογῶν θεολογώτατος*, scripturæ verissimus & diuinissimus interpres S. Lutherus, *Αντιχριστοφόντης* ille suspiciendus potens in dictis & factis, Ecclesiæ iam olim à Deo per os Paulli & Hussij promissus: & postremo, vt cōpendio multa verba faciam, quia videbat se viuum in deorum numero reponi. Quæcumque enim faceret, diceret, somniaret, haud secus ac Dei viui oracula passim excipiebantur. Familiares quoque & alij multi, imaginem illius, non in tabulis modo, sed & in poculis & in annulis habebāt. Sed tamen Dei folius beneficio secus accidit.

Erant quidem qui in Romanum Pontificem ceterosque Episcopos ac totum ordinem Ecclesiasticum, propter quorundam luxum & mores parum castos, quiduis dici, immo regnum ipsorum totum aboleri non iniquissime ferrent; quod vnum in primis optasse Lutherum testis est epistola quam eum ad Philippum anno trigesimo scripsisse Sleidanus auctor est. Alij etiam quamquam non inuiti  
 crede-



## EPISTOLA

crederent eos qui proximis annis quadrin-  
 gentis Ecclesiæ Dei præfuisent, salutis do-  
 ctrinam adulterasse, & vt Balæus Anglus in-  
 quit, superstitionis, impietatis, ac idololatriæ  
 poculo omnino inebriatos: tamen ea quæ  
 diximus in totam antiquitatem effundi mi-  
 nime sustinebant. Cogitabant affirmare si-  
 mul diuinas litteras, claras, perspicuas, cuius  
 etiã ex vulgo intellectu faciles, & illarum in-  
 telligentiam minime assecutos esse præcos  
 illos Ecclesiæ Antitites, omnibus ijs præsi-  
 dijs, quæ in optimo interprete requiri solent,  
 instructissimos; illud tam esse absurdum, quàm  
 quod absurdissimum: nisi forte negare pos-  
 sint & velint, quod alioqui semper ijs, qui Pa-  
 trum existimationem dignitatemque tuen-  
 tur, occinere solent, homines eos fuisse, quo  
 & alterum corrueret. Neq; etiam induci po-  
 terant, vt crederet Maiores nostros eam ma-  
 iestatem & gloriam, quam Christus sua acer-  
 bilissima passione ac morte, & sibi & nobis ac-  
 quisit, vilo pacto obscurasse, qui illius am-  
 plificationem, vt omnes omnium temporum  
 annales testificantur, rerum omnium sibi pri-  
 mam putarint, vitaque ipsa potioem. Cogi-  
 tabant item, quos Nero, Domitianus, De-  
 cius, Maximianus & plerique qui hos ordine  
 consecuti sunt ad vsque Constantinum Ma-  
 gnum; dein Constantius, Iulianus, Valens, &  
 similes, tyranni certe immanissimi, nec blan-  
 dimentis, nec largitionibus, nec minis, nec  
 proscriptionibus, nec exilio, nec carcere,  
 nec

## DEDICATORIA.

nec alijs item, quæ sunt his exquisitiora tormentis, sicis, laqueis, equuleis, cruce, flamma à veritatis professione, à fide Maiorū abstrahere & depellere potuerunt; eos leues, inconstantes fuisse, nisi mentis errore captū & extreme improbū, dicere vel credere posse neminem. Demum sanctissimæ fidei & veritatis præfides, iustitiæ, temperantiæ, liberalitatis, vno verbo, omnium virtutum perfectissima exempla, quantū humana conditio fert, æternum periisse, ac, quod inde omnium assensu efficitur, miserabilem in modum à Dæmonibus torqueri, non absque horrore audire vel meminisse poterant. Existimabant itaque eorum animos, qui venerādā antiquitatem sanctissimosque Maiores tam insolenter profcinderent, ab omnibus, quæ vsquam sint furijs occupatos, & obsessos teneri, vel illos ipsos furias esse, aut cacodæmones specie humana. Quod, vt olim de Arrio Constantinum Magnum, ita de Luthero patrum memoria D. Carolum Quintum Imperatorem dixisse Io. Sleidanus refert. Mirabantur etiam illos tam esse inconsideratos, vt crederēt alijs persuaderi posse Maiores nostros à Dæmonibus cruciari, quorū, vt Chrysostomus ait, tanta est potestas, vt dæmones illorum superstitum ne vmbra quidē, aut vestes ferre potuerint, vita etiam functorum cineres reformident. Vocibus itaq; tam profanis, tam furiosis, non quod optabant, sperabant etiam, vetustis Patribus, sed sibiipsis tantam confla-

runt

## EPISTOLA

runt inuidiam, quanta esse potest maxima. Mox enim permulti viri boni & prudentes ab eorum amicitia & societate se totos auerterunt. In quibus numeramus non modo eos qui dubitabant, vtra pars iustiore[m] haberet causam, sed & quibus mira arte mentiendi persuasum erat, esse illos homines, vt Apologia Anglicana loquitur, diuinitus datos ad illustrandum orbem, vel vt auctor anonymos, qui Acta Colloquij Vvormatiensis describit, natos & conseruatos à Deo ad propagandum Euangelium. Recenserem istorum hinc nominatim multos, nisi putarem id nimis longum, & metuerem etiam tediolum futurum: præterire tamen honoris causa minime possum Georgium Vvicelium, Theobaldum Thamerum, Stanislaum Orichouium, Casparum Franckium; Iurecōsultorum etiam eloquentissimum & eloquentium iureconsultissimum Fridericum Staphylum, Franciscum Duarenum, & Balduinum, qui id aperte profitentur libris publice editis, quibus Aduersariorum præstigias vere nec eleganter misius dissiparūt. De Magnatibus & illustri loco natis silebo, quòd istorum nullum vel dictum, vel factum obscurum esse possit. Nec nominabo mihi familiariter notos, quibus nullus dies illuxit lætior, quàm quo, ob eamde[m] causam è Babylone, Deo duce, egressi, isti cœtui se coniunxerunt, qui per omnia probat doctrinam sanctissimorum Martyrum sanguine obsignatam, tot etiam tamque stupendis miraculis,

## DEDICATORIA.

raculis, quæ veræ doctrinæ, vt ex Christi ore Marcus scribit, seruiunt, corroboratam. malo enim ipsos aliquando illud suis verbis quàm meis orbi Christiano testatum facere. Quæ exempla, Deo iuuante, qui dat velle & perficere, propediem spero secuturos multos. Lutheranismus enim, quia maturatus, caducus est, vt Clebitius gloriatur, deplorat Selnecerus, testatur Vitteberga & tota Saxonia. Calvinisticæ quoq; disciplinæ mysteria paulatim magis magisque patefiunt; patefacta certum scio despicient, quicumq; aliquo Dei sensu afficiuntur, & alioqui, mentem putant in ijs, quæ fidei sunt, ab oculis seuocandam.

Quare cùm ea res Aduersarijs lôge aliter, ac rati erât, eueniret, & nihilominus ipsis obstinate propositum esset Papatui, quacumq; ratione possent, incommodare, vela vertunt & quasi nihil istorû in antiquos Patres ab ipsis dictum, ne cogitatum quidem, negât se ipsorum contemtores & aduersarios. Quin etiam sua dogmata, quæ nos nuper nata dicimus merito, istorum suffragijs nullo labore, modo libeat, comprobare se posse gloriâtur. Addunt tamen Coruinus & Calvinus, de quibus postea, se intelligere nullos alios, quàm antiquos & melioris sæculi scriptores, vt nimirum si conuitia quæ recitauimus, occultari minime possint, (possunt autem minime, cùm libri, qui ea continêt, in manibus circumferantur) tantum in recentiores quosdam Theologastros, vt & Lutherus initio, ea exspuisse vide-

## EPISTOLA

videantur, quos Pontificij præcipui nominis Patres faciant, etiam si nō sint, quōd insigniter Papæ adulentur, ac superstitiones quæstuosas & vētri dulces vel inuenerint, vel ab alijs inuentas amplificarint. At dum huiusmodi effugium quærunt, nugas agunt. Non minus enim à veteribus Theologis dissentiūt, quàm ab his qui proximis sæculis vixerunt. Sed nihilominus quærunt, necessitate suprema eos vrgente. Videre enim licet in hoc hominum genere, qui nō aliter de Patribus loquantur, quàm si eos suæ impietatis suffragatores habeant. Qua de re initio audiamus Antonium Coruinum. Is in epistola nuncupatoria Theologiæ Augustini & Chrysostomi ad fratres Marchiones Brandenburgenses, *Inimici, inquit, religionis nostræ perpetuo cūm Concilia, tum Patres, tum diuinam consuetudinem nobis obijciunt. Quid vero si re ipsa ostendamus, hic quoque nostras nobis vires, nostræ denique arma esse? Porro aut de ijs, qui statim post Apostolorum tempora floruerunt, loquuntur, aut de recentioribus. Si recentiores intelligunt, hoc est, Sophistas, quales fuerunt Aquinas, Bonauentura, Scotus, Occam: iam ne responso quidem dignos iudicamus. Si vero cordatiores illos, quales fuerunt Origenes, Basilus, Cyprianus, Cyrillus, Ambrosius, Chrysostomus, Hieronymus, & Augustinus, intelligunt, respondeo, doctrinam nostram confirmationem ex istis quoque peti posse. Quod ipsum si negarint, age, eccam vobis Augustini & Chrysostomi Theologiam, Principes Illustrissimi, ita à me & collectam, & in communes locos redactam,*

## DEDICATORIA.

*factam, ut etiam parum aequo iudici fidem me facturum sperem, nō domi nuper nostra nata hæc, quæ ecclesijs nostris tradimus dogmata, sed ex ipsis quoque Patribus hausta nobis esse. Hæc Corvinus. Melanchthon quoque in ecclesijs renati Evangelij (sic tunc loquebatur, hodie reformatæ Religionis malunt dici) nullam aliam doctrinam propagari & doceri magnificis verbis iactat, quàm quæ sit eorum Patrum, qui proxime ætatem Apostolorum accesserint Irenæi, Basilij, Ambrosij, & Augustini sensui & consensui consentanea. Ita enim loquitur in præfatione Locorum communium, quos à Iona in linguam Germanicā tralatos, Vvitterbergæ excudit anno quadragesimoquarto Vitus Crucigerus: *Illud sine controuersia certum est, & apud pios & sanos quosque indubitatū, eam doctrinam, quam Ecclesia nostra palam profitentur, esse vnā illam, verā & perpetuā Ecclesiæ Catholica doctrinam, comprehensam in Prophetarum & Apostolorum libris; & eum quoque, quem sequuntur scripturæ sensum, illorum esse Doctorū, qui antiquiores & puriores sunt, ut qui Apostolos proxime subsequuti de doctrina Christiana scripsere, quorum libri etiamnum supersunt, videlicet Irenæi, Basilij, Ambrosij & Augustini. Hæc Philippus istic. Qui etiam in locis communibus Vvitterbergæ exculis anno sexagesimonono, tractatu de baptismo infantium ita ait: *Quod autem baptismus infantium non sit recens mos, sed primæ & purioris Ecclesiæ testimonio cōprobatus, sequentes sententiæ ostendunt, quæ recitabo, quia non du-***

## EPISTOLA

*bitopios Ecclesia purioris confirmari. Et ibidem, ut habet editio quam Henrico octauo Angliæ Regi inscribit anno trigesimo sexto: Non est tutū dogma aliquod recipere, cuius prorsus nullum exstat testimonium in veteri Ecclesia. Eodem furo Calvinus homo sine dubio versutus & callidus se suaque venditat omnia. In epistola enim ad Franciscum Galliarum Regem ait: Calumniose (Catholici) nobis Patres opponunt (antiquos & melioris seculi scriptores intelligo) ac si haberent eos sua impietatis suffragatores: quorum auctoritate si dirimendum certamen esset, melior victoriæ pars, (ut modestissime etiam loquar) ad nos inclinaret. & paullo post: Nos vero adeo illos non contemnimus, ut si id presentis instituti esset, nullo negotio mihi liceat meliorem eorum partē, quæ hodie à nobis dicuntur, ipsorum suffragiis comprobare. Prædicantes quoque obscuriores, qui lumen suum potius à Philippo & Caluino, quàm, qui Germaniæ Lucifer nominari gaudet, Luthe-ro, mutuuntur, eadem in aures imperiti vulgi ex suggesto intonāt. & qui adhuc aliquo sensu suorum Maiorum tanguntur, dum ista audiunt, boni sibi videtur viri, beati etiam, nosque suo nomine Christi veterisque Ecclesiæ exsules dicunt. Et quo quis est rudior & indoctior, eo facilius ista asserit, & asserita credit, ut homines quosdā omnino idiotas reperire liceat, qui huiusmodi errorem sibi ne exuri quidem patientur. Verum quicumque Doctorum veteris Ecclesiæ, & eorum qui hodie Papatum, quibus possunt maximis viribus oppugnant,*

## DEDICATORIA.

pugnant, scripta integro iudicio, absque præ-  
 postero affectu, vt decet, legerint, non dubi-  
 to, agnoscent, tantū ea inter se distare, quan-  
 tum cœlum à terra. Nec iidem illi Aduersarij  
 nostri id dissimulant, cū Patres apertius lo-  
 quuntur, quàm vt eorum sententijs ad suas  
 nãnias constabiliendas possint abuti. Calui-  
 num enim ita dicere memini: *Parum me mo-  
 uent, quæ in veterum scriptis de Satisfactione passim  
 occurrunt. Video quidem eorum nonnullos, dicam  
 simpliciter, omnes fere, quorum libri exstant: aut  
 hac in parte lapsos esse, aut nimis aspere & dure lo-  
 cutos.* Hieronymus quoq; eidem impius est,  
 quia pœnitentiam, secundam post naufragi-  
 um tabulam esse dicit, iisdẽ plane verbis qui-  
 bus Tertullianus, Ambrosius quoque noster  
 & plures alij. Sic enim ad verbum loquitur:  
*Ementitum hoc sacramentum ornarunt, quo dece-  
 bat elogio: secundam esse tabulam post naufragi-  
 um, quia si quis vestem innocentie, in baptismo per-  
 ceptam, peccando corruerit, per pœnitentiam repa-  
 rare potest. Sed dictum est Hieronymi. Cuiuscum-  
 que sit, quin plane impium sit, excusari nequit.* Me-  
 lanchthon quoque cū alibi, tum in libro de  
 auctoritate Ecclesiæ, tot nãuos, tot stipulas,  
 tot vitiosas constitutiones, tam multa semi-  
 na superstitionarum opinionum, grauissimos  
 etiam lapsus in veterum Patrum Synodis &  
 scriptis obseruauit, vt si quis ab huiusmodi ea  
 purgare velit, nihil, sane non admodum mul-  
 tum relicturus sit.

Atque si Aduersarijs suam cum antiquita-



EPISTOLA

te harmoniam & consensionem iactantibus ista opponamus, mox respondent, & forte nonnulli eorum ex animi sententia: sunt enim ita à suis doctoribus instructi; si non omnia, meliorem tamen partem eorum quæ profitentur, veterum suffragijs confirmari posse. Verum quis est tam expers humanitatis, qui non doleat, viros sæpe bonos, & in multis rebus alijs oculatos satis, in hac omnium maxima; salus enim omnium nostrum in ea vertitur; cæcutire. Nisi enim per meliorem partem dogmatum ea intelligant, quæ ipsis nobiscum sunt communia, cuiusmodi esse quædam nemo ignorat, & ita commode appellari posse, quamquam numero non excedat cetera, nec quisquam nostrum improbat, non minus illud falsum est, quàm alterum. Sed quæris forte, quibus imposturis & fallacijs in re tam manifesta hominum & mentes & animos præstringant. dicam breui. Edidit Philippus Melancthon Locos communes, Corpus doctrinæ; Calvinus, Institutiones doctrinæ, alij alios libros scripsere eiusdem generis speciosissimis titulis ornatos, quibus pollicentur se ea, quæ ad cognitionem vnius Dei, & quod nobis reliquit sacrosancti verbi sui, pertinent, pure & perspicue ex omni antiquitate tradituros, vt ne maximi quidem nominis Theologi, modo S. Biblia habeant, & ista etiam, desiderare amplius quid iure possint: & plerique amplius hodie nihil desiderant. Putant enim se egregie non modo profecisse, quibus Loci commu-

## DEDICATORIA.

communes & Institutiones huiusmodi placent: sed de omnibus, quæ hodie in disceptationem cadunt, fidei Christianæ capitibus, confidentissime quasi ex tripode pronuntiare audent: cum tamen sæpe adeo sint imperiti & rudes, ut nesciant, an Locus Communis fuerit mas vel fœmina. Atque hoc est initium. Deinde præcipiunt Theologiæ studiosis, ne se plurium librorum Theologicorum lectione onerent, sed Plinianum illud in conspectu habeant, quod monet, Non multa legenda esse, sed multum, hoc est, interpretabor sincere, ut à lectione veterum Theologorum abstineât, donec eò in Locis communibus (ita enim Chytræus) progressi fuerint, ut quorumuis scripta, ad eam quæ illis præfigitur, normam reuocare exiliter possint. Metuunt isti boni viri, si prius adolescentes lectioni scripturarum, veterum interpretationem cõiungant, quàm animus ipsorum odio Ecclesiæ Catholicæ, & alijs affectibus occupetur, qui nihil possunt aliud quàm occęcare, futurum ut optimis quibusque ingenijs destituantur. Sed forte ais, non ea isthuc dici. quò ergo? ne incipientes librorum multitudine distrahantur. Prætexunt hoc, sed falsus prætextus est. Chytræus enim, qui ita loquitur, permittit primum etiam incipientibus ut legant Locos communes, & Examen doctrinæ Philippi, eiusdem etiam Commentaria in epistolas Paulli, Lutheri item enarrationes scripturæ, quas Vitus Theodorus collegit, &

## EPISTOLA

quæ præterea sunt illius commentationes. Quibus nunc multorum assensu addi poterit Colloquia mensalia Lutheri, improbo labore ab Ioanne Aurifabro in vnū volumen congesta. Inde enim Ministri verbi, loco verbi Dei, ex suggesto frequenter, suo iudicio lepidas, sed reipsa anilibus ineptiores fabellas proferunt, nonnumquam etiam scurriles, leonibus non indignas, præsertim cum virginibus persuadere cupiunt, Non esse bonum hominem esse solum. Atque hæc quidem foliorum numero, si non excedunt, æquant certe, vel Augustini, vel alius cuiuscumque scriptoris Ecclesiastici, quæ exstant hodie monumenta: & quia varia sunt, atque inter se multum pugnantia, quid aliud possunt, quam discentiū ingenia distrahere? Itaque dum adulescētes à lectione antiquorum Patrum abstractos ad suas nānias legendas studiose inuitant, non hoc agunt, quod præ se ferunt; sed longe aliud, nimirum reddere cupiūt eos ad capeſſendam veritatem intēpestiuos. Veritas enim discipulos requirit humiles, pauperes spiritu, propriæ sciētīæ vacuos, qui iuxta Apostoli exhortationem ad sobrietatem sapiunt: contra vero is genius est librorum, quos Aduersarij nostri scripserūt, vt quicumque eos vel tantum delibauerit, modo nō sit iudicio admodum maturo, turgeat, ac, vt ille inquit, tantum nō crepet singularis cuiusdam scientiæ opinione. Cōtinuo enim ij arbitrantur se solos sapere, nos omnes & reliquum orbem

## DEDICATORIA.

bem Christianū à temporibus Apostolorum  
ad hæc nostra desipere.

Ceterum ne quis suspicari posset, illos tale  
quid moliri, redegerunt immensâ Patrū ope-  
ra in Locos communes, in breuissima com-  
pendia. Illud enim tātum eorum studium es-  
se solet, qui rudioribus facilē aditum ad ipsos  
fontes parare cupiunt. Antonius Coruinus;  
vt inscriptio habet, Augustini & Chrystosto-  
mi Theologiam ex libris eorundē deprom-  
tam, inque locos communes digestam edi-  
dit; quemadmodū & Barpholomeus Vvest-  
hemerus conciliationem, & Hermānus Bod-  
dius vnionem sacrę Scripturę & Patrum; Vr-  
banus Regius collationem doctrinę nouæ si-  
ue religionis Romanæ ad veterem euange-  
licam & apostolicam. vt inde, quæ Ecclesiæ  
purioris doctrina fuisset, perspicue, qui vel-  
lent, cognoscerent. Idem promittunt aucto-  
res historiæ Ecclesiasticæ Illyricus, Vvigan-  
dus, & Mattheus Iudex. Sed bone lesu qua fi-  
de & integritate, quo candore id præstant?  
Melio rem partem eorum quæ SS. Patres do-  
cuerunt, vel negligunt, vel dissimulant: quod  
se fecisse Coruinus in epistola nuncupatoria  
Theologiæ Augustini & Chrystostomi, cuius  
iam ante meminimus, non diffitetur: aut ma-  
litiosē vocibus aliquot vel additis vel reserctis  
corrumpunt, & à vero sensu detorquēt. quod  
sibi Castalio permittit, & sui ordinis homini-  
bus permittendum putat, vt ita veteres artifi-  
cioso ad Ecclesiæ vtilitatem castrentur. Vnde

## EPISTOLA

nihil illis facilius est quàm Maioribus nostris quiduis affingere. Philippus in Apologia Augustanæ Confessionis inuocationem Sanctorum asserit veteribus fuisse incognitã, & non nisi post tempora Gregorij Magni in Ecclesiam irreplisse. Sic ad verbum loquitur: *Citant Pontificij & Hieronymum contra Vigilantium, In hac arena, inquit, ante mille & centum annos vicit Hieronymus Vigilantium. Sic triumphant Aduersarij, quasi iam sit debellatũ. Nec vident isti asini apud Hieronymum contra Vigilantium, nullam exstare syllabam de inuocatione. Loquitur de honoribus Sanctorum non de inuocatione. Neque reliqui veteres scriptores ante Gregorium fecerunt mentionem inuocationis.* Hęc Philippus. Sed quis nescit vel leuiter etiam in veterũ lectione versatus, Philippum ista reclamante conscientia scribere? certe vel solus Ambrosius noster, qui annis ducentis Gregorium antecessit, vt huc vetustiores testes nõ arcessam, istius criminis eum apud quosuis etiam iudices conuincet: nisi Philippi defensores dicere velint illum antiquitatem Ecclesiasticã tum ne quidem vidisse, cùm Apologiã Augustanæ Confessionis meditaretur. Recte sentit, cuius sæpe memini, Aurifaber, multis esse opus illi perspicillis, qui Apologiam Augustanæ Confessionis velit puram putam cernere. immo nec quisquam puram putam cernet, etiam si omnia, quæ vsquam sunt perspicilla adhibeat. Quomodo enim hodie puram, quæ ab initio tam impudenti mendacio fuit impura?

## DEDICATORIA.

ra? Atvero nihilominus quia Philippus negat veteribus cognitam fuisse inuocationem Sanctorum, quia in ipsorum Locis communibus & Institutionibus, ea de re Patrum sententiæ magno studio dissimulantur, plerique qui ab Ecclesia secessionem fecerunt, existimant nos noua, se per uetera docere. Eodem candore Duci Saxoniae Principi Electori Friderico, cum anno vigesimoprimo admodum solícite audiret; ut erat veritatis amans, suos Augustinianos Missæ sacrificium intermittere, & totius Academiæ Vvittebergenfis sententiã ea de re exquireret, Iustus Ionas, Philippus Melanchthon, Nicolaus Amstorfius, Ioannes Dulcius, qui ad hoc à ceteris erant delecti, responderunt eos recte fecisse, & omnino ita faciendũ esse, quòd Missa Pontificia recens & nupera sit, ac non nisi post Bernardi tempora annis ab hinc quadringentis, nata. Et quamquam illud minime crediderit Princeps Elector Fridericus (memorię enim à fide dignis proditum est, illum pie in sacrosancta suorum Maiorũ fide decessisse) & sanus saluus Lutheri causam non admodum probabat, quemadmodum ex ipsius litteris ad diuersos scriptis, ut in historijs est, cognosci potest: credunt tamen id hodie multi, cum nihilominus ita falsum sit, quàm quod maxime. In ceteris quoque doctrinæ Christianæ dogmatibus asserendis inquirunt non nos, sed se solos eam viam sequi, quam prisca illi fidelium Antistites præiuerunt. Vnde putantur vul-

## EPISTOLA

go nihil minus agere, quàm quod agunt: suis nimirum cupiditatibus Euāgelij nomen prætexere, & titulo Euangelij, Euangelij doctrinam proijcere. Hoc fūco itaque suas exitiales nānias pluribus orbis Christiani prouincijs venditarunt. Quo viris bonis & auitæ pietatis amantibus nihil accidere potest vīquam grauius. Ita enim animæ multæ, quamquam sepe inficientes imprudentes, pereunt, animæ inquam, quibus Christus sanguine suo viam ad vitam patefecit.

Et quia tam in vitio est, qui facit iniuriam, quàm qui eam ab alijs, si potest, non propulsat, oportet quemq; nostrū, quacumque ratione potest, omnes suas cogitationes, omniāque studia istuc conferre, vt Aduersarij hac larua, qua callide teētī sunt, quaq; passim tam superbe se ostentant, exuantur. Laboratum est in eo à Maioribus nostris viris eruditissimis, qui & sanctissime vixerunt, strenue: testificantur id eorum libri: præstare id nostri & hodie poterunt feliciter, cū alijs rationibus multis, tum vel illa vna maxime, si singulorum Patrum de singulis fidei quæstionibus concinna methodo dispositis, sentētias quasi ac confessiones seorsim in lucem proferrent, non quidem vt Aduersarij ante, imperfectas, mācas, mutilas, frequenter etiā omnino immutatas (quod crimen legum pœniam multo ante coercere oportuit) sed perfectas, integras, vt viros bonos decet. Qua in re Reuerēdi patris Hieronymi Torrēlis Societatis

## DEDICATORIA.

tatis IESV Theologi industriam & institutum merito prædicamus, qui superioribus annis ex immensis illis B. Augustini voluminibus breuem quãdam & cõpendiosam fidei Christianæ & Catholicę Cõfessionem magno labore, exacto iudicio, & quod caput est, bona fide collegit, & idcirco Augustinianã inscripsit. Excepta ea est auide & reuerenter à Catholicis omnibus, non modo Theologiæ sed & reliquarum scientiarũ studiosis, & ijs maxime quibus nec per occupationes alias otium erat, nec forte per fortunã licebat, ipsa Augustini opera versare. Nec aspernari eam poterunt Sectarij, nisi velint, quod nolunt, Augustini contemtores haberi. Ceterum quia plerique ex istius lectione deprehẽdebant, nullam aliam, quã Catholicã est, & hodie contemtim Papistica dicitur, doctrinam Augustini suffragio probari; seque breui tempore, nullo errore, paruo labore magnos in Theologia progressus facere posse: optabant vehementer esse, qui idẽ in reliquis præstarent. Quod cùm minime ignorarem, ipse enim optabam idem, & nemo ad eam rem proximis annis offerret operam suam; sumsi ego in manus D. Ambrosij Episcopi Mediolanensis opera, quæ quidem ad nostram ætatem peruenerunt, & ex ijs de omnibus fere, quę à falsis fratribus, à nobis & inter se capitali odio dissidentibus in dubium vocantur, doctrinæ Christianæ capitibus hanc fidei Confessionem, quam Ambrosianam appello, horis subseciuis



## EPISTOLA

fecius selegi. Ex multis vero hunc potissimū mihi deligendum putavi, cū, vt præceptorē discipulo coniungerē; Ambrosius enim Augustinum, vt constat, ex Manichææ sectæ sordibus extractum, in ea, quam à sanctis suis Maioribus acceperat, fide sincere instituit, & eum dē salutarī aqua abluit: tum etiam quōd viderem hæreticos & veteres & recentes de nullo tam præclare ac magnifice, vt de ipso, loqui. Augustinus scribit Pelagium hæreticum Ambrosium sic laudasse, vt diceret: *B. Ambrosius Episcopus, in cuius præcipue libris Romana elucet fides, scriptorum inter Latinos flos quidam speciosus emittit, cuius fidem & purissimum in scripturis sensum ne inimicus quidem ausus est reprehendere.* Lutherus quantumuis ceteris iniquus, Ambrosium tamen agnoscit virum fuisse in propaganda veritate insigniter constantem, & de iustificatione impij coram Deo recte sensisse. Quod eidem etiam tribuit Melanchthon. Augustinus quoque & Hieronymus, alij item Ecclesiæ Patres, illius adhuc superstitis auctoritate & sententijs hæreticos confutarunt. Adhæc non puto fere quemquam fuisse veterum, cui Imperatores, Reges & Principes Christiani Catholici, plus detulerint: quemque immanissimi tyranni hostes fidei, dæmones quoque ipsi, qui fidelissimi sunt tyrannorum administri, magis formidarent. Vnde in spem veni, si, quod multi & ij quidem boni & pij viri, per me fieri sæpenumero flagitarunt, hæc fidei Confessio in lucem

## DEDICATORIA.

cem ederetur, futurum vt ea nostris hominibus esset gratissima, nec etiam ijs ingrata propter summam Ambrosij auctoritatem, qui à nobis sunt alieniores, modo veritatis amantes haberi velint, ac præiudicijs non penitus excæcati: vtrique etiam ex ea caperent fructum, qui est, mea sententia, longe maximus, nosse apud quos purioris Ecclesiæ doctrina sana & sincera hucusque asseruetur. Retinui autem vbique fere eadem capita & pronuntiata, quæ Augustiniana Confessio habet, & quòd methodus illa mihi probaretur mirum in modum, & quòd nulla alia ratione clarius apparere posset summa duorum istorum Ecclesiæ Occidentalis Antistitum, de maximis minimis dogmatibus consensio: quæ Apostolo teste veritatis certissima index est, & idcirco apud nullos alios vmquam deprehendi potuit, quàm Apostolos Apostolicosque viros. Apud hæreticos enim veteres perpetuæ & immortales fuere dissensiones, hodie etiã inter eos, vt ipsorum libri testantur, odia sunt venenata, & quod Selnecceri verbis dicere libet, contentiones ad ruinam spectantes; de vna eademque re singulis momētis variæ pugnantisque opiniones, vt his qui ab Ecclesiæ sacrosanctæ cõmunionem seipsos nefario schismate præsciderunt, nihil vsquam, nisi vt cœlum vndique & vndiq; pontus appareat: nulla statio, nulla quies, nusquam tutus portus.

Ceterum Reuerendissime & Illustrissime Princeps, Domine Clementissime, cùm mecum

## EPISTOLA

cum cogitarem, more institutoque Maiorum in cuius nomine, hoc quicquid est operis, auspiciato in lucem emitterem, statim mihi se Tua Reuerendissima & Illustrissima Celsitudo offerebat, & postea quem eidem anteponerem, occurrit nemo. Verebar quidē principio, dicam quod res est, ne vel importunus vel ambitiosus viderer, si ob hanc rem, tantum Principem, hoc difficillimo tēpore grauissimis Reip. curis occupatum ac pene obrutum, interpellarem: sed contra cum mihi in mentē veniret T. Celsitudinis singularis humanitas & in litterarum studiosos propensio; confidebam me veniam impetraturū, & quia aliter facere non debui, quis me non vel à suspiciōe ambitionis absoluet? Quicquid enim istius est quod in apertum proferre cupimus, (quod magnopere prædicare, vt forte non possum, sic nec debeo; vere tamen illud affirmo propositum mihi in hoc opere fuisse, qui veritatis studio tenentur, eos vt iuuarē) quicquid, inquā, istius est, quod in apertū proferre cupimus, nemo meliori iure sibi præ Tua Illustrissima Celsitudine vindicare potest. Nam cum vicina fere loca omnia bellis ciuilibus, inter quæ iacent & leges & Musæ, pietas quoque ac religio omnis; agentur, nobis, secundum Deum solius Tuæ Illustrissimæ Celsitudinis beneficio & prouidentia permittitur secure in alta pace, Deum Patrem & quem ipse misit Iesum Christum, ac, qui vtrique par est diuinitate, Spiritum sanctū, patrita & aui-

## DEDICATORIA.

ta religione colere, meditari quoque ea, tum elaborare, ac in lucem emittere, quæcumque ad salutem & nostram & proximi pertinere existimamus. Quare nisi hunc laborem & omnia nostra illius esse agnoscamus, cuius prudentia singularis ac vigilantia nobis ad hæc elucubranda otium suppeditauit; ingratitude notam, & bonorum virorum reprehensionem nullo modo nobis effugere posse videmur. Huc accedit, vt ex pluribus, quas mei cõsiliij causas hæbeo, vnam etiam, & quæ inter eas præcipua est, commemorem, quòd Ambrosiana Confessio quasi fato; liceat ita loqui, T. I. C. debeatur. Cùm enim ante annos plus minus decem Augustiniana Confessio omni virtutum laude Illustrissimi Principis, Episcopi Cardinalis Albanensis & Augustani; cuius nunc memoria in benedictione est, nomini inscripta publicaretur feliciter; Ambrosiana eundem Patronum sibi optauit, vel nullum alium, quàm qui illi esset simillimus. Quia in re T. I. C. cedit nemini. Si enim spectemus sanguinis coniunctionem, quæ, si quid aliud, homines quàm maxime inter se similes efficit, inter eos, qui quidè in terris hodie viuunt, nullus illi est propinquior. Fuit enim I. C. T. natura patruus, amore autem & affectu; quia ab ineunte ætate indoles summa quæque pollicebatur; plus quàm pater. Si dignitatis ratio habeatur, eam Illustrissima Tua Celsitudo sustinet tantam, quæ in Romano Imperio vt summæ proxima est,  
ita

## EPISTOLA

ita sua maiestate homines maleuolos à studio detrectandi, ad quod ineptissimi quique maxime propendent, deterrere potest. Quid? an non & I. C. T. tanti herois pietatem & religionem, ceterasque virtutes, quæ illi immortalis gloriam pepererunt, magno studio feliciter æmuletur? Fidem ille priscam veram & Catholicam infans cum lacte nutricis imbibit, nec eam adolescens deseruit, sed per omnem ætatem ad supremum usque vitæ spiritum constantissime retinuit. Postquam ad Ecclesiæ & Reip. gubernacula Deo hominibusque consentientibus vocatus fuit, non putauit sibi satis esse, si veram ipse pietatem coleret; sed, ut eam quoque colerent, in eaque acquiescerent, quotquot ipsius fidei concrederent, quacumque potuit ratione efficere conabatur: cum, quod sciret Deum seuerissime admodum de manu speculatoris quam tumuis magni (pusillum enim & magnum æque iudicabit Deus) eorum sanguinem exacturum, qui illius dissimulatione vel negligentia pereunt, ubi venerit dies tubæ & clangoris: tum maxime quod paterno animo, & innata quadam propensione nihil æque ac suorum salutem desideraret. Ad eam rem Dilingæ Academiam magnis sumptibus instituit. Viros pios & doctos istuc amplissimis stipendijs accersuit; quos præterea in honore summo ac pretio habuit. Populo tales semper præficere studuit, qui Christum prædicarent strenue exemplo simul & verbo, moribus iuxta ac sermonibus.

## DEDICATORIA.

nibus. Atque ab hac pia cogitatione nullis laboribus, nullis impensis, nullis etiam periculis passus est se deterreri. Pacem ut & iustitiam religiosissime coluit. quæ enim ipse fuerit sollicitudo cum superioribus annis Germania horribilibus aliquot bellis inuolueretur, ut quàm minimum effunderetur sanguinis, & paci quæ nihil haberet infidiarum & diuinæ voluntati minime repugnaret, consulere-  
 tur; dicerem, si existimarem quemquæ esse, qui ignoraret. Atque ut finem faciam, iam inde ab eo tempore, quo Reip. præesse cœpit, ita vitam instituit, ut simul & boni Principis & Episcopi ideam; quâ humanam conditio patitur; conaretur exprimere. Eamdem mentem T. I. C. Deum Opt. Max. indidisse norunt, quotquot in ipsius Archiepiscopatu degunt, & inde qui ex his veram doctrinam amant, & à Deo ardentissimis votis concordiam, horumque dissidiorum finem efflagitant, tantam capiunt lætitiâ, ut ex nulla re possint maiorem. Fidem enim & religionem in qua nata, alta, educataque est, retinet Illustrissima Tua Celsitudo tenacissime, & ut sancta inuiolataque à subditis omnibus seruetur, longissimeque spargatur; id vero optat frequenter, & ut fiat incumbit sedulo. Mox ut ad istam dignitatē, quam nunc sustinet, Illustrissima Celsitudo Tua diuinitus vocata esset, dandam sibi putauit operam, ut nos, qui Ecclesiæ ministri haberi & esse cupimus, vitam nostram Euangelicæ doctrinæ conformare-

d            mus,

## EPISTOLA

mus, moresque nostros iuxta præscriptum fa-  
 crorum Canonum, & sanctionum veterum  
 taque recentium Archiepiscoporum provin-  
 ciæ Coloniensis moderaremur, ne plerique  
 essemus Canonici irregulares. quo ut nihil est  
 absurdius dictu, sic nec factu. Animaduertit  
 siquidem Illustrissima Tua Celsitudo pro sua  
 singulari sapientia, nec integritatem religi-  
 onis Christianæ conseruari, nec exitiosas &  
 prauas Nouatorum opiniones aboleri; nec  
 etiam ornamēta tum prælidia ordinis nostri,  
 quæ amisimus nostra culpa, & nobiscum reli-  
 gio Christiana recuperari; nec demum mo-  
 res imperiti vulgi corrigi posse, nisi qui Ec-  
 clesijs moderandis præfecti essent, tam vita  
 quàm lingua, factis iuxta & dictis, quæ Catho-  
 lica dogmata, qui Catholici ritus sint, expri-  
 merent. Reduci quidem possunt & reducun-  
 tur etiam errantes in viam veritatis, senten-  
 tijs diuinæ doctrinæ, fateor; nō enim ex mo-  
 ribus fidem præcisè æstimandam volo: id si  
 facerem, facerem continuo omnes peccato-  
 res infideles, quo nihil à vero est magis alic-  
 num: tamen nec hoc diffiteri possum, reduci  
 facilius, si eos, quos præeuntes sequi debent,  
 videāt moribus præstare, quod ab alijs requi-  
 runt. Vix enim alio loco haberi possunt, qui  
 secus viuunt ac docēt, quàm histriones & com-  
 mædi, qui scenæ inseruire norunt. Monebat  
 igitur prudenter nec grauitus minus Tua Il-  
 lustrissima Celsitudo omnium Collegiorum,  
 qui ipsi subsunt, præfectos, ut suæ fidei con-  
creditos

## DEDICATORIA.

ereditos quibuscumque possent rationibus inuitarent, cogere etiam, vt repressis libidinibus, nefarijs cupiditatibus alijs elisis, nequitia instrumentis expulsis, animo à corporis contagio longissime seuocato, innocetia, castitatis, moderationis, humilitatis, beneficentia aliarumque virtutum exempla se praestarent. Cui admonitioni vtinam acquieuissemus nos iam pridem, vel hodie acquiesceremus, & nobiscum sua sponte, quotquot sunt in Germania Ecclesiastici ordinis viri, vel ea esset praesidium voluntas & cum voluntate facultas, vt etiam reluctantes istuc; via enim virtutis ardua & difficilis est; si non ducere, trahere tamen possent, proculdubio quem in suis litteris T. I. C. effingebat Reip. statum, quemque; nemo est qui non optet, videremus, florentem nimirum, vt sublatis quae vsquam latent, etiam inter propinquissimos, discidijs, & quae discidiorum semina sunt, opinionum varietatibus dissipatis & extinctis, augustissimum illud Iesu Christi nomen, vno ore, iisdem ritibus tanta quanta vniquam patrum memoria, animorum consensione, colere, venerari, inuocare, ac in illo ipso solo omnem spem salutis nostrae collocatam habere possemus. Qui quidem finis esset pacis toties superioribus annis optatae, & nunc proxime per Reuerendissimos & Illustrissimos Archiepiscopos Electores, ceterosque Principes iussu S. Caesaree Maiestatis, omnibus ijs rationibus, quae ab hominibus cogitari potuerunt singulari stu-



EPISTOLA

dio, magno iudicio, maximis sumtibus iri-  
 tas ac conciliatas: sed, cuius quem optaba-  
 mus successum videre nondum licuerit. Cu-  
 ius equidem rei nullam aliam rationem red-  
 dere possumus, quàm quòd Deus & nostris  
 & populi peccatis ita offensus sit, vt pacè con-  
 cordiamque largiri nec velit nec salua iustitia  
 possit, etiamsi Moyses, Samuel, Noe, Daniel  
 & Iob, vt apud Hieremiam & Ezechielem  
 Dominus ipse ait, in medio nostrum pro no-  
 bis starent; nisi prius seria vitæ morumque  
 emendatione illum nobis conciliemus. Nam  
 & Apostolus Paullus suis Philippensibus affli-  
 ctis pollicetur Deum pacis ipsis adfuturum,  
 tum quando meditarentur & agerent, quæ  
 ab ipsis Apostolis accepissent, audissent, vi-  
 didissent, hoc est, pudica, casta, sancta, impol-  
 lura, vno verbo, quæ ad Dei & proximi cari-  
 tatem faciunt. Nulla itaque alia re magis T.  
 I. C. suum erga Orthodoxam religionem stu-  
 dium & zelum declarare potuit, nec poterit  
 vquam, quàm quòd Ecclesiæ suæ ministros  
 ad vitæ innocentiam integritatemque horta-  
 retur. Nunc si ceteras dotes, quibus I. T. C.  
 ab eodem Deo cum primis ornata est, pru-  
 dentiam, in rebus agendis dexteritatè, mul-  
 tarum linguarum cognitionem, eloquentiã,  
 quæ illi sunt cum carissimo patruo, multisque  
 alijs, quos antiquissima familia Vvaldbur-  
 gensis & Trucesia dedit heroibus, commu-  
 nes, & maxime cum eo, cuius T. C. nomen  
 refert, & cum nomine ingenium, qui ante  
 an-

## DEDICATORIA.

annos mille ducentos & eo amplius, vt memorie proditum est, imperante D. Constantino Magno, & Rumulo Sueuiæ Duce, vestram familiam maxime illustrem fecit: si, inquam, eas virtutes recensere vellem, in immensum hæc nostra epistola excresceret. Nihil itaque de ijs amplius. Ambrosianæ Confessioni sufficit I. C. T. animus ad veram religionem propagandâ & illius cultores iuandos propensissimus. quem ego si minus pro sua dignitate prædicare valeam: attamen pro mea virili summis laudibus, dum viuo, celebrare non desinâ. Quod restat, Deum Opt. Max. precabor, vt Reuerendissimam & Illustrissimâ Tuam Celsitudinem ad multos annos saluam, incolumem & florentem tueatur: quo Reip. Christianæ hoc tempore, si vniquam alias, & hostium insidijs, calliditate, furore, crudelitate; & suorum etiam ciuium supina desidia corruptisque moribus affecte, percussæ, ac tantû non prostratæ, summis viribus quàm diutissime rectissimeque subuenire, & simul hunc nostrum laborem omniaque studia nostra suo patrocinio tueri, fouere ac defendere & velit & possit. Ex Cæsaris Insula anno post Ch. natum cl. l. l. lxxx. iiii. Idus Augusti.

T. Reuerendis.<sup>mz</sup> & Illust. Celsit.<sup>nis</sup>

Subiectissimus

Ioannes Nopelius.

## AVCTOR LECTORI S.

**S**VSCEPTI laboris nostri, Lector, causam rationemque ex inscriptione Libri, tum superiori Epistola cognoscere potes. Voluimus nimirum non nostris, sed antiquitate, eruditione & pietate nobilissimi scriptoris B. Ambrosij verbis ostendere, quæ ante annos mille ducentos & eo amplius Ecclesiæ Dei, de maximis minimis fidei Christianæ dogmatibus sententia fuerit. Ceterum quia Confessionem Ambrosij promittimus, mirari forte possis, cur eorum etiam librorum testimonijs uti voluerimus, quos Ambrosij non esse certo constat. At defines mirari, si consilium nostrum intelligas. Libri de Vocatione gentium Ambrosij non sunt, fateor. Capite enim septimo libri primi Pelagianorum fit mentio: qui, ut Augustinus capite duodecimo libri quarti contra duas epistolas Pelagianorum testatur, post exorti sunt, quam Ambrosius è vita excessisset. Illorum tamen sententias Ambrosianis miscuimus; tum quod ij libri hætenus inter Ambrosij opera numerati fuerint, tum quod cuiuscumque demum sint, veteris certe sint, & non diserti minus, quam docti scriptoris, qui cum auctore nostro consentit in omnibus, & grauissimas quæstiones de libero Arbitrio, de prædestinatione & quæ coniunctæ sunt, grauter, acute, exacte, perspicue etiam explicat. Nostri itaque, quod id fecerimus, cædide accipient; nec Aduersarij improbare poterunt, quando & Philippus Melanchthon & alij qui ab illius iudicio pendent, eos libros Ambrosij esse, & veram de Iustitia Christiana doctrinam continere

Præfatio ad Lectorem.

nere fatentur. Liber vero de fide Orthodoxa contra Arrianos tamen vulgo Gregorio Nazianzeno, ab alijs etiã Ambrosio nostro, tamquam à quo in Latinam linguã ex Græca conuersus sit, tribuatur: certum tamen illud habeo, neutrius horũ, sed Gregorij Nisseni Episcopi librum esse. Cur ita esse credã, fecit vir eruditissimus Iacobus Hutterus sacræ Theologiæ Licentiatus, & Colonia Agrippinæ ad D. Petri Pastor; qui me huius rei per litteras non ita pridem admonuit. Cuius ego iudicio lubens sane acquiesco; non tantũ propter singularem, quæ mihi cum eo vsque à puero intercedit necessitudinem & amicitiam: sed eo vel maxime, quod rationibus ad hanc rē euincendam vtatur optimis, multisq; veterum testimonijs, quod in omni re valere solet plurimum. Ambrosij cur esse neget, Augustinũ testem citat epistola ceterisima vndecima ad Fortunatianum, vbi locum quendam ex huius libri capite vltimo inducit nomine Gregorij Oriëntalis Episcopi. Cur autem Gregorij, non Nazianzeni illius, cognomẽto qui Theologus perhibetur, sed Nisseni, vterq; enim fuit Orientalis Episcopus, haberi debeat; Cassiodori testimonio cõprobabat, simulq; causam mihi ex eo indicabat, quamobrem cum Ambrosij ad Gratianum opusculis hic liber hætenus coniunctus fuisset, propter argumenti similitudinem. Sic enim Cassiodorus capite 16. de diuinis lectionibus: Si quis, inquit, de Patre, & de Filio, & de Spiritu sancto aliquid summatim præoptat attingere, nec se mauult longa lectione fatigari; legat Nisseni Episcopi librum, quem de fide conscripsit: & doctrinæ

Præfatio

coelestis claritate completus in cōtemplationem diuinam compendiosa breuitate produceretur. Qui voluminibus sancti Ambrosij sociatus est, quæ ad Gratianum Principem destinavit. Hactenus Cassiodorus. Neq̃ tamen ex Confessione nostra hunc librum semouimus, quòd pari fide de sanctissima Trinitate cum Ambrosio nostro loquatur & sentiat. De Sermonibus eius, quos in vniuersum reiecit Iohannes Oecolampadius, & Erasmus Roterodamus, sic statuo: Vt non omnes sint Ambrosij, aliqui enim inter Augustinianos reperiuntur, quidam etiam Maximo Tauriuensi tribuntur: nullos tamè esse, nisi veteris alicuius eiusque docti & Catholici scriptoris. Itaq; vt aliquos, qui Ambrosij non sint, inueniri non nego: sic illud affirmo contra, Sermones ad populum illum scripsisse, & plures quàm hodie existant, quod ex Cassiano lib. 7. de Incarnatione Domini liquido constat, vbi Ambrosium citat in Sermone de natali Domini, quæ verba tamè in Sermonibus natalitijs apud eum non inueniuntur. Quòd dissimilitudinem styli nobis obijciunt, equidè flocci facio. Aliter enim in disceptationibus apud doctos, aliter in cōtione populari coram imperita multitudine locuti sunt Patres, hinc enim ad captum audientium & res & verba accōmodarunt, de quo qui volet, legat B. Augustinum Sermone 78. de temp. Mirum, illud Erasmo non venisse in mētem, quòd explicationem Psalmodum sollecissimis plurimis refertam Arnobio Rhetori illi, cuius existat contra Gentes opus disertissimum, reclamante summa discrepātia styli, falso tribuerat. Idem scripsit, inquit episto-

la ad

Ad Lectorem.

Ia ad Hadrianum Pontificem ; sed non scripsit  
ijsdem. Illud opus scripsit eruditus : hoc scri-  
psit vulgo. Quid ni ergo idem de Ambrosio  
iudices? eūdem & Sermones hos, & ceteros li-  
bros : sed hos elegātiori sermōe doctioribus,  
illos populo stylo ex industria humiliore  
scripsisse? Libros de Mysterijs Ambrosio adi-  
mit Oecolampadius. idēq; tum ex phrasi con-  
stare posse ait, tum ex alijs eiusdem scriptis,  
ybi longe aliter sentiat. An alijs libris, quos  
certo Ambrosianos esse constat, de re Eucha-  
ristica diuersum sentiat, liberum sit æquo Le-  
ctori ex hoc opere nostro iudicare. De cetero  
sanctissimi iuxta ac doctissimi Episcopi Ros-  
fensis iudicium sequi præstat, cuius hac de re  
verba ex capite 21. libri 5. contra Oecolampa-  
dium non pigebit subscribere : Quod ad Am-  
brosium attinet, inquit, clarissimus testis est  
Augustinus, qui non semel memorat Ambro-  
sium de Sacramētis librum scripsisse. Et mox:  
Liber de Mysterijs tam apte nectitur superio-  
ribus eius libris, tamque phrasim seruat Am-  
brosianam, vt nemo iuste eum possit repelle-  
re. Vt omittam, quōd hos ipsos libros, vt i &  
illum qui sequitur, De his qui inicianur my-  
sterijs, sēpissime citet Ambrosij nomine Lan-  
francus libro de veritate corporis & sangui-  
nis Domini contra Berengariū. Conijcere po-  
tes candide Lector, quo consilio ducantur Ad-  
uersarij, dum hos Ambrosij, alios item veterū  
libros in dubium vocant, & suppositicios fin-  
gunt. Scilicet, quos suæ causæ parum seruire,  
plurimū etiam obstruere apertissime conspi-  
cantur, his auctoritatem & fidem adimunt,  
atque in ordinē redigunt : ne crassissimi ipso-

rum errores à Veteribus & planissime prodi-  
ti, & plenissime confutati deprehendantur.  
Hæc te paucis admonere placuit. Tu Lector  
nostro labore fruere, & fidei sanctissimæ veri-  
tatem Confessione Ambrosij contra vanissi-  
mas hereticorum persuasiones munire & con-  
firmare stude.

PAVLVS KVECHOVIVS  
RVREMUNDENSIS, AD  
BENEVOLVM LECTOREM.

**A**mbrosij quicumque velis cognoscere diuis  
Virtutes veras, scripta relicta legas.  
Quanta viri pietas fuerit, constantia quanta  
Et grauitas morum, non aliunde petas.  
Quam fuerit rerum sacrarum rite peritus,  
Hereseos doctus quam refecare malum.  
Impiger Antistes fuerit quam sanctus, & aptus  
Ad fidei caulas cogere saepe pecus.  
Scripta relicta legas; sunt hæc monimenta suarum  
Optima virtutum, queis decus orbis erat.  
Ipsius ex magnis piget hæc si discere libris,  
En qui perspicua te breuitate iuuat.  
Quandoquidem summa contraxit dexteritate  
Nopelius, quicquid tradidit Ambrosius.  
Sed tamen in primis methodo collegit amena,  
Que fidei nostra dogmata sacra probant.  
Et que falsorum conuellunt schismata vana  
Doctorum; tollunt hereticamq; luem.  
Egregium hoc pie Lector opus sanctumq; laborem  
Agnosce & nostro dic bene Nopelio.

CASPA.

CASPARI VLENBERGII

Canonici & Pastoris in Cæsaris

Insula, ad Lectorem

CARMEN.

**Q**uot quot Apostolici post aurea tempora seclis  
Hæreticos primis Ecclesia mater ab annis  
Fulmine tartareas victrix destruxit ad vni-  
Hi stygijs omnes rursus erupere lacunis, (bras,  
Et cælo capita alta ferunt, cacoq; furore  
Præcipites, diris perturbant motibus orbem;  
Quin Christum contra insurgunt, sopitaq; pridem  
Bella mouent. Atq; illa cohors Cadmeis fratrum,  
Disidijs agitata cohors non agmine tantum  
Hostili nudis ciet horrida prælia campis;  
Præstigij etiam varijs, & fraudibus vti  
Nouit, vt in partem sceleris magna agmina ducat.  
Sumit Apostolici faciem mentita decoris,  
Antiquæ fallax sanctum pietatis honorem  
Induit, & veteris fidei se laudibus ornat  
Callida, tum pulcro vultum fucata colore  
Impia prædulci incautis sub melle venena  
Præbet, & innocuis irrepit mentibus vltro.  
Quisquis es, infidum genus hoc agnosce lutorum,  
Et prudens pestem vita: Si robore præstas,  
Si qua tibi ad pugnam stimulat præcordia virtus,  
I contra magnis animis, & monstra ferarum  
Sterne solo, sacrisq; incumbens confice telis,  
Et labyrinthæas illato lumine fraudes  
Discute: Nec moueant vana mendacia lingua,  
Quæ puri toties sanctissima munera verbi  
Lactabunda crepat, veterum qua dogmata Patrum  
Esse



Esse suis etiam placitis conformia garrit.  
Ha sunt antiqua versuti demonis artes,  
Hac fraus, sic priscis olim voluentibus annis  
Vellere furtiuo turpes inuoluere nugae  
Suevit, & insigni tegere impia dogmata fuco:  
Ni faceret, quis vesano temerarius ausu  
Ducentem stygias recta sequeretur ad vndas?  
Clarius illa tibi dabitur, mihi crede, tueri,  
AMBROSII tantum si docta volumina voluas,  
Praefulis Insubriū AMBROSII, qui prouidus olim  
Heresion cunctosq; dolos, fraudesq; malignas  
Viperea sobolis nouit, calamoq; retexit.  
Fudit in hunc omnes furibundi pectoris iras  
Heresis, hunc vidit studijs obscure nefandis  
Impietas; Sed enim quanto magis improba presis  
Insignem pietate virum, tanto acrius ille  
Frendentem contra nitens pugnavit in hostem.  
Non illum fregere mina, non Caesaris ira,  
Non miles, non armata flexere cohortes,  
Omnibus obiecit sanctum caput vsque periculis  
Intrepidus, vitamq; frementibus obtulit vltro,  
Tanta viri inuictam firmanant robora mentem.  
Hunc animi sanctum spirat quoq; scripta vigorem:  
Namq; sacra quoties pugnant decurrit arena,  
Christidos assertor fidei, sanctissimus heros,  
Qualis in arma ruit? quam fortiter aethera vi  
Torquet in hereticas metuenda tonitrua pestes?  
Quanto luctantes rationum pondere sternit?  
Tum labes scelerum quo sancta robore dextra  
Aggreditur? quibus ad pugnam se viribus infert  
Obuius, & quanto percussas fulmine terret?  
At vbi non hostes fidei, non crimina vita

Oppugnat sacris postquam sese exiit armis,  
Quanta viri grauitas? qua maiestate verendus  
Incedit? quam diuino venerabilis ore  
Verba facit? leniq; tamen ceu flumine blandus  
Labitur, & totus coelestem spirat amorem.  
Agnoscas mihi sanctos in pectore flatus  
AMBROSII, suauiem ambrosiae fragrantis odorē,  
Optatosq; simul diuini nectaris haustus  
Delibare queas, adeo mens ebria gustu  
Flaminis aetherei largo se gurgite fundit.  
Quinetiam veros purosq; per omnia sensus  
Saluificis scripturarum de fontibus haurit  
Nobilis interpres, quem nusquam tramite veri  
Deuius abduxit delusis sensibus error.  
Quasi cuncta libet firma cognoscere, Lector,  
Vera fide, non AMBROSII monumēta necesse est  
Omnia scrutari penitus; nam certa libellus  
Hic documenta dabit, stricto qui margine claudit,  
Qua latis fundunt immensa volumina campis.  
Quicquid facundo Praesul sanctissimus ore  
Disseruit, librisq; volens compluribus olim  
Sparsit, id exiguo breuis hac tibi pagina pugno  
Constringit; qua peruigili digesta labore  
Omnia disposuit prudens, atque ordine ceruo  
Quaeq; suis dedit apta locis, aciemq; venustam  
Mularum instituit rerum, quas postulat vsus.  
Hunc tibi Nopelius sudauit sponte laborem,  
Quando sui vacuas à pondere muneris horas  
Nactus, ad hanc animum potuit conuertere curam,  
Acri vir flagrans studio pietatis auita,  
Instructus doctrinarum praeslantibus armis,  
Eloquioq; potens, quo non prudētius alter

Vi veri errorum vanos dispellere fumos  
Nouit, & hæreticas sine fraude retexere fraudes.  
Hic pulcros vasto deduxit ab aquare riuos  
AMBROSII; puros si tu hauseris inde liquores.  
Nulla tuam inficient seclâ contagia mentem.

ALIVD  
CORNELII SCHVLTIN-  
gij Steinvvichij.

**I**Nter tot veneranda Patrū monumenta sacrorū,  
Ambrosij minime posteriora ferunt.  
Nemo maiori, mores, grauitate, ruentes  
Correxit, decori restituitq; suo.  
Magna fuit mentis constantia, maximus ardor,  
Casaris, hoc prestit sceptra superba pede.  
Non minus eloquio clarus, quàm rebus abundans,  
Dulcis ei Ambrosio neq; are sermo fluit.  
Stultus Aristarchus, veterum Ludderus auorum  
Censor, dum temerat scripta verenda Patrum,  
Is tamen attribuit primas ex ordine partes  
Ambrosio, & dignum vexit ad astra virum.  
Si quis enim Lector repetens ab origine prima  
Antiqua quarat relligionis opes:  
Eruet ingentem thesaurum è diuine fonte,  
Hæreticosq; graui conteret ore feros.  
Aurelium inde etiam Manetis dogmate cacum  
Conuertit, lumen progenuitq; nouum:  
Qui prius orthographā pugnando inuaserat arcem,  
Atque hostis fidei qui metuendus erat:  
Tunc acie versa sua tela minantia torst  
Contra hostes fidei, sædis fragosq; lupos.

Ambo

*Ambro florentes studijs, virtutibus ambo,  
 Collustrant fidei dogmata, luce noua.  
 Doctores similes si ferrea secla tulissent,  
 Non essent tantis omnia plena malis.  
 Prodyt in lucem pridem Confessio diui  
 Aurelij, in certos illa redacta locos:  
 Nunc limata datur similis Confessio: vera  
 Ambrosiusq; senex Ambrosia fruitur.  
 Huc igitur rerum Lector studiose sacrarum  
 Adsis, percipias commoda multa breui.  
 Debentur tibi, Nopeli doctissime, grates  
 Magna, pro vigili sedulitate tua.  
 Quicquid in Ambrosio sparsum est, id cogis in vñ,  
 Atque suis per te reddita quaque locis:  
 Maxima commoditas methodi, pulcerrimus ordo,  
 Ad veteres Patres, hac via monstrat iter:  
 Non est hoc truncare Patres, accendere lumen  
 Est potius, Rescicit grata animos breuitas.  
 O vtinam detur Patrum illustrata sacrorum  
 Cetera cum methodo scripta videre pari.*

**H E N D E C A S Y L L A B V M**  
 Phaleuciũ God. Mylandri humanio-  
 rum litterarum professoris Agrip-  
 pinę in Gymnaf. Laurent.

**E** Cquid hęc olet obujs lucernam  
 Tantum naribus, vt Cleanthis olim  
 Lecythis? Liber, erutus profundo  
 Intima Ambrosij patris medulla,  
 Nopeli studio Licentiati:  
 Nopeli, pietate, moribusque

Excel-

Excellentis, & eruditione :  
Quo mysta venerabili, atque sancto  
Gaudet Insula Caesaris Decano:  
Quo Laurentiades palam Camena  
Accepisse fatentur a magistro  
Quondam non modicam docente laudem:  
Vnde adhuc meminisse nomen eius  
Ipsis est volupe, atque gratiosum.  
Donec Ambrosij labor beati  
Viuet, ambrosius manebit isto  
Fama Nopelius labore paria.

ALIVD  
ALBERTI HERONIS FRI-  
sij, Philosophiæ Professoris in Gy-  
mnasio Laurentiano, Iam-  
bicum trimetrum.

Καιρός τὸ πρὶν τέτυκται τῆ ἐκκλησίας,  
καθ' ὃν τέθηλε παμπλέτοισι ἀοιδίμοις  
θεῶν λογίων ἐρμηνεύσιν ἀνδρασι :  
ὃν ἵχρεσιν βαδίζειν σερητὸν τοῖς γε νῦν,  
ὅσοι μείρονται τῷ βαθεῖ τοῦ πνεύματος  
ἐγκόπτειν, καὶ ἱερᾶς γραφῆς νοῦν εἰδέναι.  
φεῦ ἡμῶν εἰς τὸ χεῖρον τ' μεταλλαγῆς.  
αὐτὰρ καὶ τῶν παλ' ἀχμασάντων ἀνέρων  
ἄλλον μακρῶ ὑπερβέβηκεν ἄτερος.  
ἦν ἵχρεῶν ἡμῖν τοῦ παντός συλλόγῃ  
ἐνὰ προτιμᾶν, ὡς ἔχοντ' ἄλλων πλέον :  
καίπερ τὸ πρῶγμα τοῦτο σφόδρ' ἐπίφθορον  
παρ' ἀνθρώποισιν, οὐκ ὁμῶς τι δείδια

μή τις μ' ἀγίων ἐν ὄργῃ σὴν ὠχικῶτων,  
ἀν Ἀμβρόσιον πανσέπλον ἱερῆ ἰταλῶν,  
οὐ μὲν προκρίνω συμπάντων ἀπαξ ἀπλῶς,  
φῶ δ' ἐν τοῖς ἄλλοις ἀσράφαι φάει λάβρω.  
εἰ γὰρ σκέψαιο τ' ἀνδρὸς τὴν ευγλωπίαν,  
πολλοῖς γε τοῖ πεποικιλταὶ αὐτοῦ λόγος  
ἀνθεσσιν, οὔτε ζῆλον ἤθηνα τῶνεί,  
χὲ πρὸς ᾧ φαίνει ἐκ θεοῦ κάτ' ἄχον νόον.  
ἐπεὶ ᾧ οὐ περὶ τόσσον πᾶσι σχολῆς,  
ὡς τέυχη αὐτοῦ ἐξελίθειν νήριθμα,  
παντ' εἰς ὄψιν μίαν ἄγεν Νωπέλιος  
Ἀμβροσσίου ἔργων τὰ χαριώτατα  
πρὸς δογμάτων ἐψευσμένων ἀνατροπῆν;  
ἢ ἐκκλησίῃ δις ἰνάσσεται τὸ νῦν  
χὲ ἔγγυς ἤλθε καππεσεῖν εἰς τ' ὕδαφος.  
μέγαν γὰρ εἰκὸς τὴν ῥοπῆν τὸ οὔνομα  
αὐτοῦ πρὸς ἀρετικῶν ἔξειν ἐπιτροπῆν.  
παῦροι γὰρ εἰς τόσον δ' ἀνοίας ἐφθασαγ,  
ὡς ὄγκον οὐ δυσωπηθῆν' ἀυθεντίας  
ἦν πὰρ πάντες ἔχει μέγας Ἀμβρόσσιος.  
εἰκῆνο λῶσε σ' ἡβυλῆθην οὐ λαθεῖν,  
ὅσις γε τῇ παρούσῃ ἐντέυξῃ βίβλω,  
ἵνα γνοίης ὅτι πᾶν ὃ τ' ἀπάνωο,  
Νωπέλιος σέ χρῆ πόνοισι προσγέμειν.

c

ELO.

ELOGIA ALIQVOT D.  
AMBROSII EPISCOPI ME-  
DIOLANENSIS, QVAE PAS-  
sim in veterum scriptis  
exstant.

BASILIVS MAGNVS.

**M**agna semper fuisse & multa Domini nostri  
dona, quippe quorū neque magnitudinem  
quis admetiatur, neque adnumeret multi-  
tudinem. Vnum proinde est, quod iure debeat inter  
maxima censi ab ijs, quos beneficiorū in se colla-  
torum nō ingrata recordatio facile tangit, nimirum  
presens hoc quod nobis indulsit, longissimo licet lo-  
corum situ seiunctos coniungi posse mutuo littera-  
rum alloquio, imo cognitionis etiam modum du-  
plicem gratuito nobis impertiuit. Vnum quidem,  
per domesticum & familiarē congressum: alterum,  
quo ipsa conciliatur familiaritas, litterarum missi-  
tatione. Iam quando per ea quae locutus es, te cog-  
nouimus, & quidem cognouimus neutiquam ex eo  
quod menti nostrae vlla corporis lineamenta notas-  
que impressimus: magis autem, quia interioris tui  
hominis elegāciam nos perdocuit variegata sermo-  
num tuorū expressio. Singuli enim quippe nostrum  
ex abundantia cordis loquimur. Gloriam proinde  
Deo nostro repēdimus qui per singulas qualque ge-  
nerationes deligit qui se illi probent ac placeant.  
Qui olim quidem a gregibus ouium excitauit po-  
pulo suo principem, & Amos a caprii seuocatum  
quem sancti sui Spiritus gratia p̄munijsset, ad pro-  
pheticam extulit dignitatem: nunc porro virum ex  
imperatrice ciuitate profectum (cui princeps aucto-  
ritas gentis totius moderandae fuerat concredita)  
virum inquam, prudentia & grauitate praecelsum,  
claritudine generis ac vitae splendore illustrem, vi-  
rum orandi praestantia nō minus ac rebus per vitam  
pra-

Elogia D. Ambrosij.

preclare gestis cum primis spectabilem pertraxit ad  
pastoralem curam gregis Christiani. Qui excussis à  
& semel præcipuis quibusque vitæ istius bonis, ijs-  
que detrimenti loco habitis, vt Christum lucriface-  
ret, amplissimæ & quaquaversum celebratæ nauis,  
Ecclesiæ nimirum Dei moderandæ sibi delata gu-  
bernacula accepit pro tuenda quæ in Christum est,  
fide. Agedum igitur tu ô homo Dei, quando non ab  
hominibus quidem accepisti Christi Euāgelium aut  
edoctus es: quin ipse magis Dominus ex albo iudi-  
cum terræ seuocatam te transcripsit ad hanc Apo-  
stolicam præsentiam, decerta mihi bonum certa-  
men. Populi ægritudinem emendato. Si qua forte  
lues Arrianæ vesaniæ suo illum attigit afflatu, tu  
ipsum innoua, præcorum patrum ingressus vestigijs.  
Tuæ insuper erga nos dilectionis fundamentū quod  
ieicisti, ad absolutam instructionis fundamentū conten-  
dito, assiduitate epistolaris alloquij. Hoc enim pa-  
cto ipsi poterimus alter alteri spiritu cōiungi quàm  
lōgissimo licet interstitio terreni incolatus alter ab  
altero disungamur. *Lib. Epist. epist. 55.*

AVGVSTINVS.

Veni Mediolanum ad Ambrosium Episcopum in  
optimis notum orbi terræ pium cultorem, cuius tūc  
eloquia strenue ministrabāt adipem frumenti tui, &  
laxitiam olei, & sobriam vini ebrietatem populo  
tuo. Ad eum autem ducebar abs te nesciens, vt per  
eum ad te sciens ducerer. Suscepit me paterno ille  
homo Dei, & peregrinationem meam satis episco-  
paliter dilexit. Et eum amare cœpi, primo quidem  
non tamquam doctorem veri, quod in Ecclesia tua  
priorius desperabam, sed tamquam hominem beni-  
gnum in me. Et studiose audiebam disputantem in  
populo, non intentione qua debui, sed quasi explō-  
rans eius facundiam, vtrum conueniret famæ suæ,  
an maior minorve profueret, quàm prædicabatur,  
& verbis eius suspendebar intentus. &c. *Tom. 1. lib. 5.  
Confess. cap. 13.*



## Elogia

Nec iam ingemiscebam orando, vt subueniret mihi, sed ad quarendum intentus, & ad differendum inquietus erat animus meus. Ipsumque Ambrosium felicem quondam hominē secundum sæculum opinabar, quem sic tantę potestates honorarent; celi- batus tantum eius mihi laboriosus videbatur. Quid autem ille spei gereret aduersus ipsius excellentia tentamenta, quid luctaminis haberet, quidve solaminis in aduersis, & occultum os eius, quod erat in corde eius, quàm sapida gaudia de pane tuo ruminaret, nec conijcere noueram, nec expertus eram. &c.

*Tom. 1. lib. 6. Confess. cap. 3.*

Mediolani apud SS. Protasium & Geruasium martyres expresso nomine, sicut defunctorum, quos eodem modo commemorabant, adhuc viuum damones episcopum confitebantur Ambrosium, atque vt sibi parceret obsecrabant, illo aliud agente, atque hoc cum ageretur, omnino nesciente. *Tom. 4. lib. de cura pro mortuis gerenda. Item Tom. 5. lib. 22 cap. 8. de ciuit. Dei.*

Ipsē Pelagius in illo ipso recenti opusculo suo, cuius se commemoratione defendit, id est, in tertio libro pro libero arbitrio, sanctum Ambrosium quem admodum laudet, accipite. Beatus, inquit, Ambrosius episcopus, in cuius præcipue libris Romana elucet fides, qui scriptorum inter Latinos flos quidam speciosus enituit, cuius fidem & purissimum in Scripturis sensum ne inimicus quidem ausus est reprehendere. *Tom. 7. lib. 1. de gratia Christi contra Pelagium & Celestium, cap. 43. Et lib. 1. de nuptijs & concupiscentia ad Valerium, in fine.*

Sed adhuc vidi alium excellentem Dei dispensatorem, quē veneror vt patrem. In Christo enim Iesu per Euangelium ipse me genuit, & eo Christi ministro lauacrum regenerationis accipi: beatum loquor Ambrosium, cuius pro Catholica fide gratiam, constantiam, labores, pericula, siue operibus, siue sermonibus & ipse sum expertus, & mecum non dubitat orbis prædicare Romanus. *Tom. 7. lib. 1. contra*

*Iulian*

## D. Ambrosij.

*Julianum Pelagianum, cap. 2.*

Et quis hæc dicit? Homo Dei Catholicus, & Catholicæ veritatis aduersus hæreticos vsque ad periculum sanguinis defensor Ambrosius. *Lib. 2. contra eundem.*

### POSSIDONIVS Episcopus Calamésis.

Consequenti tempore trans mare in vrbe Roma, & apud Mediolanum, vbi tunc temporis Imperatoris Valentiniani minoris comitatus fuerat constitutus. In qua vrbe episcopatum administrabat acceptissimus Deo, & in optimis viris præclarissimus sacerdos eximius Ambrosius. *In vita D. Augustini, quæ existat Tom. 1. operum eiusdem, cap. 1.*

### CASSIANVS Chrysoſtomi discipulus.

Ambrosius eximius Dei Sacerdos qui à manu Domini non recedens, in Dei semper digito, quasi gemma rutilauit. *Lib. 7. de Incarnatione Domini.*

### THEODORETVS.

Audio Ambrosium qui Mediolani Archiepiscopalem sedem administravit, aduersus omnem quidem hæresim se præclare gessisse; pulcherrima autem scripsisse & quæ cum Apostolorum doctrina conueniunt. *In Polymorpha dialogo primo.*

### CASSIODORVS.

Sanctus quoque Ambrosius lactei sermonis emanator, cum grauitate acutus, peruiolenta persuasione dulcissimus: cui fuit æqualis doctrina cum vita, quando ei non paruis miraculis gratia diuinitatis arrisit. *In libro de diuinis lectionibus, cap. 20.*

### THEODOSIVS IMP.

Ambrosium noui, qui solus digne vocetur Episcopus. *Theodoretus lib. 5. cap. 18.*

### REGES FRANCI.

In conuiuio Arbogastes à regibus Francis rogatus, num Episcopum Ambrosium nosset. Noui, inquit,

## Elogia

quit, atque ei carus sum. Cui illi: In hoc pfecto vincis omnes quòd ab illo viro diligenteris, qui dicit soli, consiste, & consistit. *Car. Sigonius lib. xi. de occidentali Imperio.*

### STILICHO,

Ambrosium grauisimo morbo iactatum simul Stilicho audijte diuino quasi afflatus numine, vaticinium protulit, inquiens: Si hic vir nature cõcesserit, vltimus Italiae impendet interitus. *Car. Sigonius lib. 10. de occidentali Imperio.*

### BAPTISTA MANTVANVS.

*\*f. Aprilis*

Quarta dies \* eius magnum decedere vidit  
Ambrosium, magnaque polos conscendere pompa.  
Ipse fuit terris clarum iubar omnibus. Urbem  
Quam Mediolanum dicunt, quia conditor eius  
Brennus in his agris monstruosum repperit aprum  
Vestitum partim fetis, & vellere partim:  
Seu potius, quòd sit fluuijs inclusa duobus,  
Rexit, & abrafo fecit squallore nitentem.  
Arrius humani generis letale venenum,  
Legis in excidium natus, fideique ruinam,  
Polluerat gentes, totumque infecerat orbem,  
Præsertim Italiam. Tum tota Insubria fractis  
Viribus ægrotans isto in languore iacebat.  
Ambrosius, qui tum erat ex proconsule factus  
Pastor, in hanc hydram claua insurrexit & arcu,  
Et velut Alcides alius Lernæ fugauit  
Toxica, Niligenas abigenas ab ouilibus hydros.  
Nilus enim tulit hoc monstrum virosius omni  
Aspide, saxificæ crudelius ore Medusæ.  
Ambrosius vero genus à primatibus vrbis  
Traxerat Aeneadis, & erat Romana propago.  
Augustinus ab hoc sancti vitalia fontis  
Sacramenta habuit, fideique exordia rectæ.  
Theodosium mundi dominum delubra volentem  
Indugredi vetuit, donec peccata dolendo  
Ablueret: tulit æquo animo rex iurgia, tali

Maie-

D. Ambrosij.

Maestate fuit venerandus & indole pastor.  
Quum populus pastore carens venisset in vnum,  
Et multa à multis super hoc orata fuissent,  
O res mira, Deus, qui consulit omnibus æque,  
Venit in infantis linguam, populoque filente  
Ambrosium tali dignum clamauit honore.  
Difficile effectum res est sortita, laborem  
Hunc illo fugiente, Deus qui ceperat, ipse  
Consummauit opus, victumque in sede locauit.  
Vt suscepit onus, mox tamquam mane rubentem  
Sol super auroram veniens effulsit, & omnes  
Illustrans populos, noctem submouit opacam,  
Fecundauit agros animarum, & semina culto  
Sancta solo iaciens collegit in horrea Christi  
Frugis in ingentes onus exurgentis acervos.  
In melius sacros ritus, & sancta reduxit  
Sacramenta docens populos, documenta nepotes  
Illa tenent, & adhuc eius vestigia seruant.  
Scripta manent, quæ quanta fuit prudentia in illo,  
Significant, lingua quantum pollebat vtraque.  
Quum puer in cunis olim dormiret apertis  
Forte labris, examen apum super illius ora  
Sedit, & ingrediens buccas tenerumque labellum  
Inuenisse fauis rectum se credidit: at mox  
In sublime volans altos discessit in Austros.  
Hoc pater augurio lætus, si vixeris, inquit,  
Care puer tua te mittere sacundia ad astra.  
Ipse duos, tumuli sedem monstrantibus ipsis  
Martyras inuenit fratres, te sancte Protasi  
Te pie Geruasi, quibus est post funera tandem  
Additus, hoc omni populo rogitante repertor.  
Quarta dies Aprilis erat, quæ vidit aperto  
Ambrosium supra scandentem sidera cælo.  
Sancte pater qui tanta potes, nos aspice ab alto,  
Italiæ pacem, populisque Insubribus ora,  
Et placare Deum nostro reminiscere sæclo.  
*Libro quarto Pastorum.*

INDEX IN QUATTVOR  
LIBROS AMBROSIANAE  
CONFESSIONIS, CAPITA  
& Propositiones ordine  
conticens.

LIBER PRIMVS, DVODE-  
cim Capita complectens.

*Caput I. De Deo.*

- |    |   |          |
|----|---|----------|
| 1. | Deum esse, ne Paganis quidem fuisse incognitum.           | Pagina 1 |
| 2. | Quid sit Deus, ineffabile nobis esse & incomprehensibile. | 2        |
| 3. | Quis sit sensus habendus de Deo.                          | 2        |
| 4. | Deum omnipotentem esse.                                   | 4        |
| 5. | Providentia Dei omnia gubernari.                          | 4        |
| 6. | Deum esse vbique.   | 6        |

*Cap. II. De Trinitate & Vnitate Dei.*

- |    |  |    |
|----|--|----|
| 1. | In diuinis esse Trinitatem personarum & Vnitatem essentiae.  | 7  |
| 2. | Non plures Deos quamquam plures personas agnoscere Catholicos.   | 9  |
| 3. | Substantialia nomina in diuinis singulari numero de tribus coniunctim personis esse intelligenda.                | 11 |
| 4. | Hæreticos esse, qui Filiū aut Spiritum sanctum creaturam, aut minorem Patre, aut diuersæ ab eo essentiae ponunt. | 13 |

*Cap. III. De Deo Patre.*

- |    |  |    |
|----|--|----|
| 1. | Ipsū esse Patrem qui Filius, hæresim fuisse Sabellianorum. | 16 |
| 2. | Patrem non esse maiorem Filio secundum diuinitatem.        | 17 |
| 3. | Quòd   |    |

## Index Caputum & Propositionum

3. Quòd ab æterno Pater genuit Filium. 19
4. Patri Filium esse confubstantialem. 21

### Cap. IIII. De Christo vero Deo & homine.

1. Christum eundē verum esse Deum Patri coæternum, & verum hominem in tempore. 23
2. Christum verum Deum nihil læsa diuinitate, integram suscepisse naturam humanam. 26
3. Naturam humanam in persona Christi nullo modo cum eius diuinitate fuisse confusam. 29
4. Confutantur argumenta eorum, qui Christum Patri confubstantialem negant. 31
5. Recensentur hærefes, quæ pugnant cum Christi diuinitate & humanitate. 36
6. Christum mediatorem Dei & hominum esse, & sine illo neminem posse consequi salutem. 38
7. Humanitas in Christo qua ratione adorāda. 39
8. Christum passum fuisse secūdum humanam naturam, non secūdum diuinam. 40
9. Christum secundum animā vere descendisse ad inferos, & tamen nihil istic passum. 42
10. Christum in infernum descendisse, vt inde animas beatorum eriperet. 44

### Cap. V. De Spiritu sancto.

1. Spiritum sanctum esse Deum. 45
2. Spiritum sanctum à Patre Filioque pcedere. 50

### Cap. VI. De Ecclesia.

1. Ecclesiam esse vnā, sanctā & Catholicā, id est, Romanā. 52
2. Ecclesiam non posse deficere. 54
3. Ecclesiā ex bonis malisq; hominibus cōstare. 55
4. Nullam esse extra Ecclesiam spem salutis, & hæreticos ac schismaticos in Ecclesia non esse, quamquam fidem de Christo rectam, & sacramenta videantur habere. 57
5. Ecclesiæ spirituales datas clauēs soluendi & ligandi. 58

## Index Capitum & Propositionum

6. Penes Ecclesię Prefectos spiritualē potestatem excommunicandi esse. 59
7. Christum esse fundamentum, caput, & sponsum Ecclesię. 61
8. Ecclesiam Christi solam esse, quę libros Canonicos ab Apocryphis distinguat. 62

### Cap. VII. De Scripturis sacris.

1. Scripturę nomine non modo libros noui, sed & veteris testamenti contineri. 63
2. Catalogus librorum Canonicorum. 64
3. Scripturam sacram obscuram esse, eiusque interpretationem nec à Iudeis nec ab hæreticis, etfi utrique illius videri velint peritissimi, sed tantum à Catholica Christi Ecclesia perēdam. 77

### Cap. VIII. De sacris Traditionibus.

1. Ambrosium præter verbum Dei scriptum etiam maiorū traditiones agnoscere, ijsque multum deferre. 80

### Cap. IX. De Petro Apostolo, de Romano Pontifice, & Apostolica sede.

1. Petrum primum fuisse, & caput Apostolorū. 81
2. Petrum esse fundamentum Ecclesię. 82
3. Petrum Romę fuisse Episcopum, Simonem magum superasse, & ibidē cruci affixum esse. 86
4. Penes Romanā sedem esse primatum, summam auctoritatem, & vniuersalem curam totius Ecclesię. 89
5. A Romana sede de doctrina Catholica iudicium fieri, & Hæreses damnari. 90

### Cap. X. De sacris Concilijs.

1. Auctoritatem Conciliorum Oecumenicorum non humanam sed diuinam esse, ab eaque non discedendum. 93
2. Concilia leges de fide & moribus cōdere, finem controuersijs imponere solere. 94
3. Desipi-

## Confessionis Ambrosianæ.

3. Definitioni legitimi Concilij acquiescendum, hæreticorum vero conciliabula, quæ hominû fauorem captant, fugienda. 95
4. Non esse necessarium propter hæreticum vnum Concilium conuocare, etsi ad illud prouocet.

### Cap. XI. De auctoritate Patrum Doctorumq; Ecclesie.

#### Cap. XII. De Hæreticis.

1. Quis sit hæreticus, & qui sint hæreticorum mores. 97
2. Causæ hæreseon. 104
3. Hæreticos in varias sectas dissectos esse. 105
4. Hæreticorum & schismaticorum cõmunionem vitandam esse. 106
5. Non esse hæreticis templa concedenda. 107
6. Hæreticorum cõtus non esse Christi, sed, à quo reguntur, diaboli. III
7. Hæreticos non esse in Rebusp. Catholicis ferendos. III
8. Hæreticorum mores pulcris similitudinibus expressi. III

## LIBER SECVNDVS, oçto Capita complectens.

### Caput I. De peccato originali.

1. Primum hominem Adam, cùm mandatum Dei in Paradiso fuisset transgressus, & sanctitatem ac iustitiam, in qua constitutus fuerat, amississe, & indignationem Dei atque adeo mortem ipsam, quam illi Deus fuerat comminatus, incurrisse. 119
2. Adæ præuaricationem non ipsi soli, sed toti illius posteritati nocuisse. 117
3. Adam per inobedientiam inquinatum eodem inobedientiæ peccato non tantum mortem & penas



## Index Caputum & Propositionum

- penas corporis, sed & peccatum in omne-  
genus humanum transfudisse. 119
4. Propagatos ex semine Adam iniustitiam non  
imitatione sed propagatione cōtrahere. 120
5. Peccatum originis non potuisse curari humana  
aliqua ope, sed solius mediatoris nostri Iesu  
Christi gratia ac merito. 122

### Cap. II. De gratia & libero Arbitrio.

1. Liberum arbitrium non esse rem de solo titulo,  
aut titulum sine re. 127
2. In potestate hominis esse, vias suas facere ma-  
las. 129
3. Liberum arbitrium non velut inanime quoddā,  
nihil omnino agere, aut mere passive se habere,  
sed adiuuanti Deo cooperari posse. 129
4. Cum libertate arbitrij nec pugnare Dei præsci-  
entiam, nec prædestinationem. 130
5. Deum non operari mala opera, ita vt bona, ve-  
rum illa permissiue tantum, hæc proprie &  
per se. 131
6. Per liberum arbitrium sine gratia Dei hominem  
nullo modo posse coram Deo iustam vitam  
inchoare ac perficere. 133
7. Duplicem esse gratiam Dei, generalem ac speci-  
alem; præuenientem item & adiuuantem. 136
8. Liberum arbitrium à gratia non destrui, sed sa-  
uari, iuari & perfici. 138

### Cap. III. De Fide & Operibus.

1. Fidem non esse humano iudicio estimandā. 139
2. Fidem rectam ad salutem necessariam esse. 140
3. Fidem esse donum Dei. 141
4. Fidem non ita esse donum Dei, vt propter vo-  
luntatis motum non sit pariter & liberi ar-  
bitrij. 142
5. Quomodo Fides, spes, caritas inter se affectæ  
sint, & fides à caritate perficiatur, ac vt ilis red-  
datur. 143

## Confessionis Ambrosianæ.

### Cap. IIII. De Iustificatione.

1. Hominem suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinâ fiunt, absque diuina per Iesum Christum gratia coram Deo iustificari non posse. 145
2. Liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, posse Deo vocanti & excitanti vt iustificationem cōsequatur assentiri, & eidem etiam repugnare. 149
3. Timorem diuinæ iustitiæ non esse malum, neque facere peccatores deteriores. 151
4. Fidem esse initium, radicem & velut fundamentum omnis iustitiæ. 153
5. Fide sola impium non iustificari. 154
6. Hominem semel iustificatum posse iterum peccare, & gratiam amittere. 158

### Cap. V. De lapsis & eorum reparatione.

1. Quid sit peccatum. 158
2. Peccatum esse voluntarium, nec vlla vi aut necessitate hominem ad illud cogi. 159
3. Peccatorum alia mortalia, alia venialia esse: & venialia recitatione orationis dominicæ expiari posse. 162
4. Lapsos post baptismum posse per Dei gratiam resurgere, & amissam iustitiam per sacramentum pœnitentiæ recuperare. 163
5. Cur Deus pijsimos etiam viros patiat in peccata grauissima sæpe prolabi. 163
6. Non esse nisi in Ecclesia Catholica remissionem peccatorum. 164

### Cap. VI. De discrimine legis veteris &

#### *Euangelij.*

1. Euangelij nomine non esse nudâ promissionem vitæ æternæ intelligendam. 165
2. Euangelium esse legem nouam. 165
3. Inter litteram legis, & Euangelij gratiam quid intersit. 166

Cap.

Index Capitum & Propositionum  
Cap. VII. De mandatorum Dei obseruatione, de  
bonorum Operum ad salutem  
necessitate.

1. Magnum esse inter præcepta atque consilia  
Euangelica discrimen, quod illa sunt ad salu-  
tem obseruari necessaria, hæc vero perfectio-  
ni peculiariter destinata. 167
2. Iustitiam hominis Christiani in bonorum ope-  
rum, quæ ex fide fiunt, exercitatione consti-  
tere. 169.

Cap. VIII. De fructu seu effectu iustifi-  
cationis, deq; bonorum operum  
meritis.

1. Dei gratiam esse principium rationemque me-  
riti nostri. 169
2. Iustum pro omnibus bonis, quæ per Dei gra-  
tiam & Iesu Christi meritum ab eo fiunt, vere  
mereri, & legitime sperare vitam æternam. 173
3. Iustificatû minime peccare, dum intuitu æter-  
næ mercedis operatur. 175
4. Ut in hac vita diuersa sunt hominum merita, ita  
post hanc vitam præmia quoque non æqualia  
omnibus tribui, sed propriam meritorum cu-  
iusque rationem haberi. 178
5. Merita vnus alteri prodesse. 181

LIBER TERTIVS, VN-  
decim Capita comprehendens.

Caput I. De Sacramentis generatim.

1. Sacramenta non esse tantum externas notas  
Christianæ professionis, sed signa visibilia in-  
uisibilis gratiæ, quæ per eadem sacramenta  
confertur. 182
2. Sacramenta nouæ legis à Christo Domino esse  
insti-

## Confessionis Ambrosianæ.

instituta, & excellentiora esse Sacramentis  
vereris legis. 183

3. In administratione sacramentorum non merita  
personarum, sed officia consideranda. 184

### Cap. II. De Sacramento Baptismi.

1. Baptismum vere & proprie sacramentum esse  
nouæ legis. 184
2. Per Baptismum tolli totum id, quod veram &  
propriam peccati rationem habet, non autem  
radi tantum, vel non imputari. 185
3. In Baptismo Spiritum sanctum conferri. 190
4. Baptismum non esse liberum sed necessarium ad  
salutem. 191
5. Baptismatis sacramentum non nisi in forma Ec-  
clesiæ verbisque Evangelicis rite cõferri. 191
6. Adultis, si baptizandi potestas non detur, vo-  
luntatem promptam sufficere. 192
7. Baptizatum posse amittere gratiam peccando,  
si velit. 193
8. Baptismum verum & rite collatum illi reiteran-  
dum non esse, qui vel apud infideles fidem  
Christi negauerit, vel in aliud peccatum mor-  
tale prolapsus fuerit, cum ad pœnitentiam re-  
uertitur. 195
9. Anabaptismum Nouatianis, Arrianis, Donati-  
stis & Manichæis in usu fuisse. 196
10. Baptismum Ioannis non habuisse eandem vim  
& efficaciam cum baptismo Christi ad remis-  
sionem peccatorum. 197

### Cap. III. De paruulis & baptismo paruulorum.

1. Paruulos etiam Christianorum nasci in peccato  
originali, & ab eo non nisi per lauacrum rege-  
nerationis vindicari posse. 198
2. Paruulos regenerationis lauacro nondum expi-  
atos, vitam æternam consequi non posse. 200
3. Paruulos nondum actu proprio credentes, in  
fide Ecclesiæ rectissime baptizari. 201

Cap.

Index Capitem & Propositionum  
Cap. IIII. De Ceremonijs & ijs rebus, qua circa  
baptifinum geruntur.

1. Aquam Baptifini figno crucis confecrari foli-  
tam. 202
2. In baptifmo vifibili vnguento feu chrifmate fi-  
deles iungi moris effe. 202
3. Baptizandos abrenunciare fathanę atq; pompis  
cius. 203
4. Trinam mersionem in baptifmo fuiife vfitatam  
Ambrofij ætate. 204
5. Baptizatos induere veftem candidam. 205
6. Baptizandorum pedes in quibusdam Ecclefijs  
lauari. 205

Cap. V. De Sacramento Confirmationis.

1. Confirmationem diftinctum effe sacramentum  
à baptifmate. 207
2. In Sacramento Confirmationis gratiam con-  
ferri. 208

Cap. VI. De Sacramento Euchariftia.

1. In fanctiffimo Euchariftia Sacramento verum  
contineri corpus & fanguinem Domini noftri  
Iefu Chrifti. 208
3. In Euchariftia admirabili Sacramento, non in  
vfu tantum dum fumitur, verum etiam ante &  
post fumtionem verum corpus & verum fan-  
guinem Chrifti effe. 211
3. In Euchariftia fanctiffimo Sacramento vnige-  
nitum Dei Filium cultu patrię, etiam externo  
effe adorandum. 212
4. In facrofancto Euchariftia Sacramento Subftan-  
tiam panis & vini, post confecrationem non  
remanere. 214
5. Vitalem ac salutarem effe fidelibus frequentem  
facrofancti corporis Chrifti cõmunionem. 217
6. Ad fumtionem corporis & fanguinis dominici  
mentem diligenter præparandam. 219
7. Con-

## Confessionis Ambrosianæ.

7. Continentiam à proprijs etiam vxoribus accessuris ad sacram Eucharistiæ synaxim iam olim in vsu fuisse. 220
8. Sacrosanctæ Eucharistiæ mysteria non fuisse Ambrosij ætate quibusuis exposita. 221
9. Fructum sacramenti Eucharistiæ non in hæreticorum & schismaticorum conciliabulis, sed in sola Catholica Romana Ecclesia percipi. 221
10. Ambrosij tempore sub specie panis tantum Eucharistiam à non sacrificantibus sumtam. 222

### Cap. VII. De Sacrificio Missæ.

1. Visibile aliquod sacrificium in noua lege Deo offerendum, idque esse, quod in Missa offertur, sanctissimum illud Eucharistiæ sacramentum. 223
2. Sanctam Eucharistiam Ambrosij sententia, oblationem, sacrificium, victimam atque hostiam esse. 227
3. Offerre corpus & sanguinem Christi, non esse idem quod Christum nobis ad manducandum dari. 229
4. Sacrificiū Missæ à Melchisedech significatū. 229
5. Sacrificiū Missæ à Christo Domino institutū. 230
6. Sacrificium Missæ vere propitiatorium esse, eiusque oblatione peccatorum veniam impetrari. 231
7. Pro mortuis Missæ sacrificium rite offerri. 233
8. Angelos astare Sacerdoti, dum sanctissimum Missæ sacrificium Deo offert. 234

### Cap. VIII. De Cæremonijs & alijs ad Missam pertinentibus.

1. Vino in calice offerendo miscendā esse aquā. 234
2. Vasa sacra in vsu fuisse Ambrosij tempore ad diuina mysteria peragenda. 236
3. Quædam verba Canonis Missæ apud Ambrosium reperi. 239

## Index Capitum & Propositionum

### Cap. IX. De Sacramento Pœnitentiæ.

1. Baptizatos in Christo non posse in peccata relabi, falsum & hæreticorum dogma esse. 239
2. Fidelibus, quoties post Baptismum in peccata relabuntur, Pœnitentiæ sacramentum superesse, quo veniam peccatorum consequentes Deo reconcilientur. 239
3. Explicantur loca aliquot scripturæ, quibus Novatiani fidelibus post susceptum baptismum in peccatum relapsis veniam negabant. 246
4. Contritione, quæ verus & utilis est de peccatis dolor, ad salutarem pœnitentiam opus esse, eaque ad percipiendam gratiam nos præparare. 255
5. Confessionem sacramentalem ad salutem consequendam necessariam esse. 259
6. Sacerdoti potestatem absolvendi à Christo Domino esse tributam. 261
7. Absolutionem Sacerdotis actum iudiciale esse. 264
8. Ad veram pœnitentiam non solum spectare novam vitam, sed & pro peccatis præteritis satisfactionem. 265
9. Pœnitentiam differendam non esse. 273

### Cap. X. De Sacramento Ordinis.

1. Per sacram ordinationem, quod Sacramentorū proprium est, gratiam conferri, eiusque externum signū esse, impositionē manuum. 277
2. In Ecclesia Catholica hierarchiam esse, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, aliisque ministris. 277
3. Episcopos Sacerdotibus superiores esse. 281
4. Ordine ecclesiastico nihil esse augustius, & ideo ad eum non quousvis, sed tantum doctrinamque integritate commendatissimos admittendos. 282
5. Ecclesiasticas & Ecclesiasticorum causas ad Eccle-

## Confessionis Ambrosianæ.

Ecclesiastica Episcoporum tribunalia esse re-  
ferenda. 286

6. Quæ sint impedimenta sacrorum ordinum. 288

### Cap. XI. De Sacramento Matrimonij.

1. Matrimonium seu nuptias damnandas non  
esse. 289

2. Secundas nuptias non esse damnandas. 292

3. Matrimonium vere proprièque sacramentum  
esse, solaque morte dissolui. 293

4. Matrimonium esse signum coniunctionis Chri-  
sti cum Ecclesia. 296

5. Extra matrimonium quamcumque viri & mu-  
lieris commixtionem esse peccatum. 297

6. Absque carnali copula verum matrimoniū con-  
stare posse. 297

7. Certos consanguinitatis & affinitatis gradus,  
qui impediunt matrimonium, recte ab Eccle-  
sia constitutos esse. 297

8. In matrimonij vsu spectandum esse finem pro-  
pagandæ prolis. 300

9. Non licere Catholicis matrimonium contrahe-  
re cum infidelibus. 302

## LIBER QUARTVS, IN decem Capita distributus.

### Caput I. De Purgatorio.

1. Orare & offerre sacrificium corporis & sangui-  
nis Domini nostri Iesu Christi pro defunctis,  
Ambrosij ætate vsu receptum fuisse. 305

### Cap. II. De Sanctis & eorum prerogatiua.

1. Animas Sanctorum etiam nunc, ante extremi  
iudicij diem regnare cum Christo. 308

2. Sanctos in Christo quiescentes speculatores esse  
vitæ actuumque nostrorum. 312

3. Angelos preces nostras offerre Deo, homini-  
busque varijs in rebus adesse & opitulari. 313



## Index Capitum & Propositionum

4. Sanctos vna cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus Deo offerre. 314
5. Sanctos suppliciter inuocare, & ad eorum orationes, opem, auxiliumque confugere, etiam singulis Christianis bonū atque vtile esse. 316
6. Sanctorum natalitia diesque festos Ambrosij tempore in solenni vsu fuisse. 319
7. Basilicas Sanctorum nomine Deo consecratas fuisse. 323
8. Sanctorum Martyrum cum Christo viuentium sancta corpora, quæ viua membra fuerunt Christi, à fidelibus merito obseruanda & in pretio habenda esse. 324
9. Multa beneficia hominibus à Deo per Sanctorum reliquias collata, & eorum quondam hæreticos, non secus ac hodie, contemtores & infestissimos hostes fuisse. 331
10. Reliquias sacras sub altari reponi, fuisse morem. 334

### Cap. III. De Ieiunio Christiano.

1. Ieiunium à Deo in paradiso institutum, & ad id nos Christi Seruatoris nostri exemplo inuitari, 335
2. Hostes Euangelicæ veritatis esse, qui ieiunium nullius meriti esse docent, eamque hæresin Ambrosij ætate à quibusdam apostatis monachis propagatam esse. 337
3. Ieiunandum esse homini Christiano, qui grauiore tentatione pulsatur. 341
4. Ieiunantem de se pœnas sumere, & Deum placare. 345
5. Quomodo sit ieiunium instituendum, vt fructuosius fiat. 347
6. Ieiunandum esse ijs diebus, quibus ieiunatur, in qua versamur, vel commoramur Ecclesia. 352
7. Die dominico, & à Paschate ad Pentecosten ieiunium nescit Ecclesia Catholica. 353

Cap.

Confessionis Ambrosianæ.

Cap. IIII. De Quadragesimali Ieiunio:

1. Quadragesimam à Christo consecratam & præceptam esse. 354
2. Quadragesimam integram magna religione ante pascha obseruandam. 356
3. De mysterijs ieiunij Quadragesimalis. 358

Cap. V. De Ciborum delectu.

1. Ciborum delectum ad refrenandam carnis lasciuam Ambrosij ætate in vsu fuisse. 361

Cap. VI. De Cœlibatu.

1. Bonam esse castitatem coniugum, meliorem viduarum, optimam vero virginum. 364
2. Virginitati Deo sacratę æquare nuptias hæresin fuisse Iouiniani, & quorundam præterea aliorum, qui vitam monasticam deseruerant. 368
3. Castitatem donum esse Dei, quod tamen recte perenti numquam denegetur. 372
4. Continentiam recte promitti ac voueri Deo, illudque votum fideliter seruandum esse. 373
5. Castitatem Deo vouere, consilij, atque supererogationis esse opus. 377
6. Cœlibatus & castitatis seruandę atque vouendę, Ambrosium sedulum esse suaforem. 378
7. Voto castitatis obstrictos, si matrimonium contrahant, in salutis suę extremo discrimine versari. 380
8. Obiecta contra continentiam quomodo refellat Ambrosius. 382
9. Hæreticum esse dogma negare Mariam Deiparam in virginitate ad extremum vitę spiritum perseuerasse. 384

Cap. VII. De Cœlibatu Sacerdotum.

1. Clericos, præsertim Diaconos, Sacerdotes, & Episcopos, Ambrosij seculo cœlibes existisse. 389
2. Qua de causâ Episcopos & reliquos Presbyteros

## Index Capitum & Propositionum

- ros atque Diaconos cœlibes esse deceat. 392
5. Illud 1. Cor. 9. Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & ceteri Apostoli &c. non esse de vxore intelligendum, atque Apostolum Paullum continentia perfectioris fuisse cultorem. 393

### Cap. VIII. De Monachorum instituto.

1. Monachorum & virginum Deo consecratarum institutū esse, vitam solitariam & ab hominū societate seclusam, etsi in amplissimis etiam vrbibus habitent, agere. 394
2. Ambrosij ætate virgines magno numero castitatem perpetuam vouisse, & ab eo instituto nec precibus, nec minis, nec tormentis etiam reuocari potuisse. 398
3. Facultates relinquere propter Christum, cōsiliij esse Euangelici & meriti singularis. 407
4. Placere Deo obedientiam, quæ superioribus propter Deum exhibetur. 407
5. Coniugatos nonnumquā Monachos factos. 408
6. Cōmemorantur cæremoniæ, quibus sancti Patres in consecratione sacrarum virginum vsi fuerunt. 409
7. Monachos apostatas, & sacras virgines à voto continentia relapsas cum suis corruptoribus, nisi pœnitentiam agant, in aperto salutis discrimine versari. 413

### Cap. IX. De diuersis Cæremonijs, antiquissimisq̄, nonnullis Ecclesiæ consuetudinibus.

1. Hymnos & cantica Ecclesiastica ab Ambrosio defendi atque commendari. 423
2. Quanta sit signi crucis dignitas & quanta virtus. 425
3. Defunctorum corpora Ambrosij ætate in templis sepulta fuisse. 427
4. Loca sancta iam olim fuisse deuotis Christianorum 427


44  
Confessionis Ambrosianæ.

- rum peregrinationibus frequentata. 427
5. Diem dominicum, & alia complura festa Christi, statis diebus magna deuotione à Christianis celebranda. 428
6. Quomodo illud Apostoli ad Galat. 4. Dies obseruatis & menses, accipiendum sit. 442

Cap. X. De Antichristi exireniq; Iudicij temporibus, ac deinceps futuro hominum tam electorum quam reproborum statu.

1. Antichristum filium illum perditionis vnum aliquem particularem hominem futurum ex tribu Dan. 443
2. Quomodo intelligendus sit ille Apostoli locus, 2. Theslal. 2. Nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati &c. 444
3. Enoch & Eliam tempore Antichristi, qui tribus annis & sex mensibus regnabit, mundo predicaturos. 447
4. Corpora defunctorum omnium, tam piorum quam impiorum, in extremo die iudicij resurrectura; & piorum quidem, vt vna cum animabus suis eterna fruantur felicitate; impiorum vero, vt igne corporeo inextinguibili perpetuo excrucientur. 449
5. Ambrosij ætate extitisse hæreticos, qui mortuorum resurrectionem negarent. 455

CONFES-



C

# CONFESSIO<sup>I</sup>NIS

AMBROSIANÆ

LIBER PRIMVS,

DVODECIM CAPI-

TA COMPLECTENS.

## CAPVT PRIMVM

De Deo.

1. Deum esse, ne Paganis quidem fuisse incognitum.



REVELATUR enim ira Dei de cælo in omnē impietatem & iniustitiā hominū eorum, qui veritatē Dei in iniustitia detinent. ] Sicut enim in illo qui credit iustitia Dei reuelatur, sicut supra memoravi: ita & in eo qui non credit, impietas & iniustitia reuelatur. Ex ipsa enim cæli fabrica iratus illi Deus videtur. Idcirco enim tam pulcra astra condidit, vt ex ijs quantus & quā admirabilis creator eorum est, possit agnosci, & solus adorari. Vnde scriptū est in Psalmo decimooctauo: Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Per naturalem ergo legem reum facit genus humanum. Potuerunt enim id per legem naturæ apprehendere, fabrica mundi testificante, auctorem Deum solum diligendum, quod Moyses litteris tradidit: sed inapij facti sunt non colendo creatorem: & iniustitia in eis apparet, dum videntes dissimulant à veritate, non fatentes vnum Deum. *Tom. 5. in Cap. 1. Epist. ad Rom.*

*Astrorum forma & pulchritudo in vniuersi Dei admirationem nos rapit, & ad cultum illius inuitat.*

*Lex naturæ Deum vnum esse, eumq; diligendum suadet.*

A

II. Quid

II. Quid sit Deus, ineffabile nobis esse  
& incomprehensibile.

\*Esa. 6. **E**saias dixit, \*Vidi Dominum sedentem super  
thronum excelsum & eleuatū, & plena erat do-  
mus maiestatis eius, & Seraphim stabant in circuitu  
eius, sex alæ vni, & sex alæ alteri: & duabus velabant  
pedes, & duabus velabant faciē, & duabus volabant  
& clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus,  
sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaorh, plena est

*Humana ratio Angelorum  
essentia com-  
prehendi non  
potest, multo  
minus ergo  
Dei.* vniuersa terra maiestate eius. Si stabant Seraphim,  
quomodo volabant? Si volabāt, quomodo stabant?  
Si hoc non possumus comprehendere, quomodo De-  
um comprehendere volumus, quem non videmus?  
Tom. 2. lib. 3. de Spiritu sancto, Cap. 22.

Denique pro captu, pro viribus, pro fide nostra  
intueamur Deus quid sit, & videamus an ei aliquid  
possit cōparari. Certe hic est de quo & cūm dicitur,  
non potest dici. Cūm æstimatur, non potest æstima-  
ri. Cūm comparatur, nō potest comparari. Cūm de-  
finitur, ipsa sua definitione crescit. Qui cœlum manu  
sua operit, pugno omnem ambitum mundi claudit.  
Quem totum omnia nesciunt, & metuendo sciunt.  
Tom. 2. lib. de fide contra Arrianos, Cap. 6.

*Plenitudinem  
diuinitatis,  
quæ in Deo ha-  
bitat, nemo  
vniquam vel  
sensus, vel in-  
tellektu cōpre-  
hēdere potuit.* Apparuit autem illi angelus stans à dextris atra-  
ris incensi. ] Deum nemo vidit vniquam, quia eam  
quæ in Deo habitat plenitudinem diuinitatis, nemo  
conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit.  
Tom. 3. lib. 1. Comment. in cap. 1. Lucæ.

III. Quis sit sensus habendus de Deo.

**A**ssertio nostræ fidei hæc est, vt vnum Deum ef-  
fense dicamus. Neque vt gentes, Filium separemus.  
Neque vt Iudæi natum ex Patre ante tempora, & ex  
virgine postea editum denegemus. Neque vt Sabel-  
lius Patrem confundamus & verbum, vt eundem Pa-  
trem asseramus & Filium. Neque vt Fotinus initium  
Filij ex virgine disputemus. Neque vt Arrius plures  
creden-

credēdo & dissimiles potestates, & plures Deos gen-  
tili errore faciamus, quia scriptum est: \*Audi Isra-  
hel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Deus enim

& Dominus nomen magnificentiæ, nomen est po-  
testatis: sicut ipse dicit: Dominus nomen mihi est. Et  
sicut alibi Propheta asserit: \*Dominus omnipotens

nomen est ei. Dominus ergo est Deus, vel quod do-  
minetur omnibus, vel quod spectet omnia, & time-  
atur à cunctis. Si ergo vnus Deus: vnum nomen, vna

potestas, vna est Trinitas. Denique ipse dicit: \*Ite  
baptizate gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus  
sancti. In nomine vtique non in nominibus. Ipse

etiam dicit: \*Ego & Pater vnum sumus. Vnum dixit,  
ne fiat discretio potestatis, Sumus addidit, vt Patrē  
Filiumque cognoscas, quo perfectus Pater, perfe-  
ctum Filiū genuisse credatur, & Pater & Filius vnum

sint non confusione, sed vnitatem naturæ. Tom. 2. lib. 1.  
deside, Cap. 1.

Hæc fidei nostræ prædicatio. Deus malus non est,  
Deo impossibile nihil est, Deus temporalis non est,  
Deus minor non est. Tom. 2. lib. 1. deside, Cap. 2.

Increpat enim discipulos suos ne cui hæc dicerēt,  
quod oportet filium hominis multa pati, & reproba-  
ri à principibus sacerdotum & scribis, & occidi & die tertio resurgere. ] Ordo igitur disputa-  
tionis est ordo tractatus: & ideo etiam nos cum  
aliqui ex gentibus vocantur ad Ecclesiam, ita præ-  
ceptorum seriem formare debemus, vt primo vnum  
Deum auctorem mundi omniumque esse doceamus,\*  
in quo viuimus & sumus & mouemur, cuius & genus  
sumus: vt non solum propter munera lucis & vitæ,  
verum etiam propter cognationem quandam gene-  
ris diligendus à nobis sit. Deinde opinionem illam  
quæ est de idolis destruamus, & quod non possit au-  
ri argentique vel ligni materia vim in se habere di-  
uinam. Cum vnū Deum esse persuaferimus, tūc iudi-  
cio eius astrues per Christum nobis salutem datam.  
Tom. 5. lib. 6. Comment. in cap. 9. Lucæ.

*Deus malus non est: neque quicquā ei impossibile est.*

*Vnus est Deus, auctor mundi & omnium rerum creatarum.*

*Act. 17. Di genitium diuinitate carent. Per Christum nobis salutem data est.*



Vt in caritate radicati & fundati, possitis comprehendere cū omnibus sanctis quæ sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum. ] Hoc præstare dicit habitantem Spiritum vel Christum in nobis, vt fundati simus in caritate Dei deuincti beneficijs eius, & possimus cum sanctis, qui sunt Apostoli & Prophetæ, immensum & inæstimabilem cognoscere Deum, omnia excedentem maiestate virtutis suæ. Cū enim dicit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum: hoc vtique significat, vt sicut in sphaera tanta longitudo est, quanta latitudo, & tanta altitudo, quantum & profundum, ita & in Deo omnia æqualia sunt immensitate infinitatis. Tom. 5. in cap. 3. Epist. ad Ephes.

*Deus immensus est & inæstimabilis, omniaq; excedit maiestate virtutis sue.*

#### IIII. Deum omnipotentem esse.

\*Hebr. 6.

**A**Mbrosius Chromatio. Numquidnam mētur Deum? Sed non mentitur, \*quia impossibile est mentiri Deum. Impossibile quoque istud, numquidnam infirmitatis est? Non vtique. Nam quomodo omnia potest, si aliquid efficere non potest? Quid ergo ei impossibile? Nō quod virtuti arduum, sed quod naturæ eius contrarium. Impossibile, inquit, est ei mentiri. Impossibile istud non infirmitatis est, sed virtutis & maiestatis. Tom. 3. lib. 6. Epist. 37.

#### V. Prouidentia Dei omnia gubernari.

*Cur quidam suspicentur Deum non curare res humanas.*

\*Iob 21.

**S**ed plerique reuocantur ab officio dispensatricis misericordix, dum putant hominis actus nō curare Dominum, aut nescire eum quid in occultis geramus, quid teneat nostra conscientia: aut iudicium eius nequaquam iustum videri, quando peccatores diuitijs abundare vident, gaudere honoribus, sanitate, liberis: contrā autem iustos inopes degere, inhonoros, sine liberis, infirmos corpore, luctu frequenti. Nec mediocris ea quæstio, quandoquidem \*tres illi reges amici Iob, propterea eum peccatorē pronunciabant,

nunciabāt, quia inopem factum ex diuite, orbatum liberis ex fecundo parente, perfusum vlceribus, inhorrentem vibicibus, exaratum vnlneribus à capite vsque ad pedes videbant. Et paullo post: Stratiq̄ue ipse quæstionem enodem reddidit, subijciens, quod extingatur lucerna impiorum, & futura sit eorum euerfio. Non falli Deum doctorem sapientiæ & disciplinae, sed esse veritatis iudicē. Et ideo non secundum forensam abundantiam æstimandam beatitudinem singulorum, sed secundum interiorem conscientiam, quæ innocentium & flagitiosorum merita discernit, vera atque incorrupta pœnarum præmiorem quæ arbitra. Tom. 1. lib. 1. Offic. Cap. 12.

Sed reuertamur ad propositum, ne diuisionem factam præterisse videamur, quia occurrimus opinioni eorum qui videntes sceleratos quosque diuites, lætos, honoratos, potentes, cū plerique iustorum egeant, atque infirmi sint, putāt vel nihil Deum curare de nobis, vt Epicurei dicūt: vel nescire actus hominum, vt flagitiosi putāt: vel si scit omnia, iniquum esse iudicem, vt bonos egere patiatur, abundare improbos, &c. Et primo refellam eorum assertionem, qui Deum putant curam mundi nequaquam habere, sicut Aristoteles asserit, vsque ad lunam eius descendere prouidentiam. Et quis operator negligat operis sui curā? Quis deserat & derelinquat, quod ipse condendum putauit? Si iniuria est regere, nōne est maior iniuria fecisse: cū aliquid non fecisse nulla iniustitia sit: non curare quod feceris, summa inclementia? Quod si aut Deum creatorem suum abnegant, aut ferarum & bestiarum se haberi numero censent, quid de illis dicamus, qui hac se condemnant iniuria? Per omnia Deum ire ipsi asserunt, & omnia in virtute eius consistere, vim & maiestatem eius per omnia elementa penetrare, terras, cœlum, maria: & putant iniuriam eius, si mentem hominis, qua nihil nobis ipse præstantius dedit, penetret, & diuinæ maiestatis ingrediatur scientia? Sed horum magistrum

*Beatitudo hominum nō est æstimanda secundum forensam abundantiam, sed secundum interiorem conscientiam.*

*Epicurei negant Deum curare res humanas.*

*Flagitiosi putant Deū nescire actus humanos.*

\* Virgil. I.  
Aeneid.

Deus omnia  
regit & gubernat.

velut ebrium, & voluptatis patronū, ipsi qui putantur sobrii irrident Philosophi. Nam de Aristotelis opinione quid loquar? qui putat Deum suis contentum esse finibus, & præscripro regni modo degere, \* vt Poetarum loquuntur fabulæ, qui mundum in tres ferūt esse diuisum, vt alij cælum, alij mare, alij inferna coercēda imperij sorte obuenerint, eosque cauere, ne vsurpata alienarum partium sollicitudine inter se bellum excitent. Similiter ergo asserit, quod terrarum curam nō habeat, sicut maris vel inferni non habet: Et quomodo ipsi excludunt, quos sequuntur Poetas? Tom. 1. lib. 1. Offic. Cap. 13.

Nec immerito gubernatorem nesciunt, qui non nouerunt Deum, per quem omnia reguntur & gubernantur. Tom. 4. lib. 1. Hexaëmeron, Cap. 2.

### V I. Deum esse vbique.

Deus nullis  
terminis circum-  
scribitur.

**V**T in caritate radicati & fundati possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum.] Deus non solum implet omnia, sed & excedit. Nec enim clauditur, sed omnia intra se habet, vt solus ineffabilis & infinitus habeatur. Tom. 5. in cap. 3. Epist. ad Ephes.

Prope est Dominus  
omnibus, qui vbique  
adest.

Deus omnia  
videt, assistit  
singulis.

\* Sapient. 1.

\* Hierem. 23.

\* Ioan. 1.

\* Psal. 138.

Prope es Domine, & omnes viæ tuæ veritas.] Prope est Dominus omnibus, qui vbique adest: nec refugere eum possumus si offendimus, nec fallere si delinquimus, nec amittimus si colamus. Spectat omnia Deus, omnia videt, assistit singulis, dicens: Deus appropinquans ego sum. Et quomodo potest deesse alicui Deus, cum de Spiritu Dei legeris: \* Spiritus Domini repleuit orbem terrarum? Quia vbi Domini Spiritus, ibi Dominus Deus. \* Cælum & terram ego compleo, dicit Dominus. Vbi igitur deficit qui implet omnia? \* aut quomodo de plenitudine eius omnes accepimus, nisi omnibus appropinquet? Denique Dauid sciēs illum vbique esse, & implere cælum & terram & maria, ait: \* Quò ibo à Spiritu tuo, & quò

& quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu ibi es: si descendero in infernũ, ades. Si sumfero penas meas ante lucem, & habitem in nouissimo maris, etenim ibi manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Quàm cito significauit vbiq; Deum esse: & vbi est Dei Spiritus, ibi Deum esse: & vbi est Deus, ibi Spiritum Dei esse præsentem. Quo loco indiuidua copula Trinitatis expressa est. *Tom. 4 Sermone 19. in Psal. 118.*

*Deus est vbiq; que.*

\* Vado ad Patrem, quoniam Pater maior me est, *\* Ioan. 14.* Quomodo vadit nisi per mortem, & venit nisi per resurrectionem? Denique addidit, vt de assumptione se dixisse signaret: Propterea dixi vobis prius quàm fiat, vt cùm factũ fuerit credatis. Loquebatur enim passionem sui corporis & resurrectionem, per quam credere cœperant, qui ante dubitabãt. Neque enim Deus de loco ad locum transit: qui vbiq; semper est. Vt homo est qui vadit, ipse est qui venit. *Tom. 2. lib. 2. de fide, Cap. 4. Lege Tom. 4. orationem preparantem ad Missam.*

*Deus nõ trãsit de loco ad locũ sed vbiq; semper est.*

## CAPVT SECVNDVM De Trinitate & Vnitate Dei.

### I. In diuinis esse Trinitatem personarum & Vnitatem essentia.

**S**ed dicunt lectum: \* Ite, baptizate gētes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et obijciunt, quia primo Patrem nominauit, secundo Filium, tertio Spiritum sanctum. Numquid ergo, quia dicit Euangelium, \* In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum: inferiorem significauit Patrem, quia primo verbum Dei in principio semper esse ac fuisse memorauit? Aut cùm dixit Apostolus: \* In regno Christi & Dei, ordinẽ fecit: Aut cùm dicit ipse Dominus Iesus: \* Spiritus Domini super me, eo quod vixit me, euangelizare pauperibus mi-

*\* Matth. 28.*

*Pater non est maior Filio et Spiritu sancto est nonnumquã prius nominatur.*

*\* Ioan. 1.*

*\* Ephes. 5.*

*\* Luc. 4.*

*Pater, Filius, Spiritus sanctus tres distinctæ personæ sunt, et trium istarum personarum una diuinitas, una maiestas est.* fit me, prædicare captiuis remissionem: eminentiorem Filio Dei Spiritum esse testatus est: Aduertis virgo quemadmodum ista soluantur. Aperi ad hæc aures tuas, os tuum claude. Aperi aures, ut fidem audias: claude os, ut teneas veterandiam. Deinde illud legunt, quia dixit: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: & non intelligunt quid ante præmiserit. In nomine, inquit. Tres personas quidem significauit, sed unum Trinitatis nomen asseruit. Vnus itaque Deus, unum nomen, vna diuinitas, vna maiestas. *Tom. 1. de institutione virg. Cap. 10.*

*Patrem distinctum esse à Filio & Spiritu sancto, Christus in ipsa passione post docuit Trinitatis vna esse gloria & diuinitas. \* Matth. 4. Sabellius Patrem cum Filio, et Spiritu sancto confundit.* Didicimus itaque vnam esse potentiam Trinitatis, quam nos in ipsa quoque docuit passione, atque post ipsam docuit passionem. Filius enim patitur per corporis sacramentum, Apostolis Spiritus sanctus infunditur, Pater quoque maxima voce signatur. Didicimus vnam Patris & Filij esse imaginem, vnam similitudinem, vnam sanctificationem. Didicimus vnam esse operationem, vnam gloriam, vnam quoque diuinitatem. Vnus ergo & solus Deus, quia scriptum est, \* Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Vnus Deus, non ut ipse sit Pater & Filius, sicut impius Sabellius asserit, sed quia Patris & Filij Spiritus quæ sancti vna diuinitas sit: vbi autem vna diuinitas, vna voluntas, & vna præceptio. *Tom. 2. lib. 2. de fide, Cap. 4.*

Aduertimus igitur quòd Pater & Filius & Spiritus sanctus in vno eodemque per naturam eiusdem maneant vnitatem. *Tom. 2. lib. 3. de Spir. sanct. Cap. 13.*

*Brenis professori fidei Catholicorum de Trinitate.* Professio autem fidei sententia est, quam aduersum Sabellianos & Arrianos ita à maioribus traditam tenemus, ut Patrem Deum, & Filium eius unigenitum, & Spiritum sanctum veneremur, hanc Trinitatem vnus esse substantiæ, maiestatis, diuinitatis. *Tom. 3. lib. Epist. 6. Epist. 40.*

\* Gen. 18.

\* Ante ostium sedebat Abraham, sedebat meridie. Quando alij quiescebant, iste hospitem explorabat aduentus. Merito illi Deus apparuit ad quercum

Mambra,

Mambæ, quia fructum hospitalitatis studiosissime requirebat. Et respiciens, inquit, oculis vidit, & ecce tres viri stabant supra illum. Et cum vidisset illos, currit obviam illis. Vide primo fidei mysterium. Deus illi apparuit, & tres aspexit. Cui Deus refulget, Trinitatem videt, nec sine Filio Patrem suscipit, nec sine spiritu sancto Filium confiteretur. *Tom. 4. lib. 1. de Abraham Patriarcha, Cap. 5.*

*Abrahamo  
Deus vnus ap-  
paruit in Tri-  
nitate perso-  
narum.*

Spiritus Domini super me. ] Vides Trinitatem coeternam atque perfectam. Ipsum loquitur Scriptura Iesum Deum hominemque in utroque perfectum, loquitur & Patrem, & Spiritum sanctum. Spiritus enim sanctus cooperator ostenditur, quando corporali specie sicut columba descendit in Christum, cum Dei filius baptizaretur in fluuio, Pater loqueretur è caelo *Tom. 5. lib. 4. Comment. in cap. 4. Lucæ.*

*In baptisinate  
Christi, Tri-  
nitatis myste-  
rium se prodit.*

Idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. ] In tantum non hoc hominibus dandum, quasi proprium, sed soli Deo asserit, vt etiam donum Spiritus sancti, & gratiam Domini Iesu, vnus Dei dicat operationem, ne gratia & donum diuisum sit per personas Patris & Filij & Spiritus sancti, sed indiscretæ vnitatis & naturæ trium vnum opus intelligatur, vt ad vnum omnem gloriam redigat & diuinitatem. Diuisiones autem gratiarum sunt officijs Ecclesiæ, nõ humanis meritis deputatæ. Si enim Spiritus sanctus idem Dominus est, & Dominus idem Deus est, tres vnus Deus est. Cum enim Spiritus sancti gloria & potestas, & natura Dei est, & Dominus Iesus idem est in natura quod Deus est, vnus vtique Spiritus sanctus, & Dominus Iesus, & Pater Deus est. Et singuli enim Deus vnus, & tres Deus vnus. Denique operante vno, tres operari dicuntur, vt Trinitatis mysterium in vnus Dei natura & potestate claudatur, cum sit immensum. *Tom. 5. cap. 12. Epist. 1. ad Corinth.*

*Pater, Filij,  
& Spiritus  
sancti vna est  
operatio.*

*Pater, Filius  
& Spiritus  
sanctus Deus  
vnus est.*

**II. Non plures Deos quamquam plures personas, agnoscere Catholicos.**

*Vnum Deum,  
non tres Deos  
Catholici pro-  
fitemur, etsi  
Trinitatem  
personarum  
agnoscunt.  
\* Matih. 28.*

*Arriani vel  
Filium Deum  
esse negare,  
aut duos Deos  
necessario in-  
troducere des-  
bent.*

*Intellectus a-  
nima est, volū-  
tas anima est,  
memoria item  
anima est, &  
tamen nō tres  
anima in hum-  
ano corpore sunt,*

**V**Num ergo Deum, non duos aut tres Deos dicimus, impia Arrianorum hæresis dum criminatur incurrit. Tres enim Deos dicit, qui diuinitatem separat Trinitatis, cum Dominus dicendo: \* Ite baptizate gentes in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, vnus esse Trinitatē potestatis ostenderit. Nos Patrē & Filium, & Spiritū sanctum cōfitemur, ita vt in Trinitate perfectā & plenitudo sit diuinitatis, & vnitas potestatis. *Tom. 2. lib. 1. de fide, Cap. 2.*

Sed quid veremini, an illud quod oblatrare confuestis, ne tres faciatis Deos? Absit. Vbi enim vna deitas intelligitur, vnus Deus dicitur. Neque enim cum Filium Deum dicimus, duos Deos dicimus. Nam si cum deitatē Spiritus confitemur, putatis nos tres Deos dicere: Ergo & cum deitatē Filij dicitis, quia non potestis eam negare, duos inducitis Deos. Necessesse est igitur iuxta sententiā vestram si Deum personæ vnus, non vnus naturæ nomē putatis, aut duos Deos dicatis, aut Deum Filium denegatis. Sed excusemus vos ab inscientia, etsi non excusamus à culpa. Etenim secundum nostram sententiā, quia vnus Deus, vna diuinitas, & vnitas intelligitur potestatis. Sicut vnum Deum dicimus & Patrem verum deitatis nomine confitentes, nec Filium denegantes: ita etiam Spiritum sanctum à deitatis non excludimus vnitate, & tres Deos non asserimus, sed negamus: quia pluralitatē non vnitas facit, sed diuisio potestatis. Quomodo enim pluralitatē recipit vnitas diuinitatis, cum pluralitas numeri sit, numerum autem nō recipiat diuina natura? *Tom. 2. lib. 3. de Spir. sanct. Cap. 14. Lege & Cap. 15. eiusdem libri.*

Et sicut Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus est, non tamen tres Dij sunt, sed vnus Deus tres habens personas: ita & anima intellectus, anima voluntas, anima memoria: non tamen tres animæ in vno corpore, sed vna anima tres habens dignitates. *Tom. 4. lib. de dignitate humane conditionis, Cap. 2.*

*anima in hum-  
ano corpore sunt, sed vna anima tres habens dignitates.*

Facite

Facite vobis amicos de iniquo mammona. ] Non feruiamus alienis, qui nullum Dominum debemus scire nisi Christum. Vnus enim Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & vnus Dominus Iesus, per quē omnia. Quid ergo? Pater Dominus, aut Filius Deus non est? Sed & Pater Dominus, quia

\* *Psal. 32.*

\* verbo Domini cæli firmati sunt: & Filius Deus, qui est super omnes Deus benedictus in secula. Quomodo ergo nemo potest duobus dominis seruire? Vnus enim Dominus, quia vnus Deus. \* Denique Dominū Deum tuū ad-

\* *Matth. 4.*

adorabis, & illi soli seruias. Vnde claret vnum Patris & Filij esse dominatum. Vnus autem est, si non diuidatur, sed totus in Patre, totus in Filio sit. Itaque quia vnus deitatis atque dominatus asserimus Trinitatem, vnum Deum, & vnum Dominum confitemur. Qui autem aliam Patris, aliam Filij, aliam Spiritus sancti memorant potestatem: plures Deos, & plures Dominos in Ecclesiā gentilis vitio erroris inducūt.

*Trinitas vnus est Deitatis et dominatus.*

*Tom. 5. lib. 7. Comment. in cap. 16. Lucae. Vide lib. 10. Comment. in cap. 22. eiusdem Lucae.*

III. *Substantialia nomina in diuinis singulari numero de tribus coniunctim personis esse intelligenda.*

Quis igitur vnitatem separare audeat nominis, cum operationis videat vnitatem? Sed quid ego vnitatem nominis argumentis astruo, cum diuinæ vocis euidentis testimonium sit, vnum esse nomen Patris, & Filij, & Spiritus sancti? Scriptum est enim:

\* Ite baptizate gentes in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. In nomine dixit, non in nominibus. Non ergo aliud nomen Patris, aliud nomen Filij, aliud nomen Spiritus sancti, quia vnus Deus: non plura nomina, quia non duo Dij, non tres Dij. Et ut aperiret quia vna diuinitas, vna maiestas est, quia vnum nomen Patris & Filij & Spiritus sancti, non in alio nomine venerit Filius, & in alio nomine Spiritus sanctus, ait ipse Dominus: \* Ego veni in nomine Pa-

\* *Matth. 28.*

*In nomine Trinitatis, non in nominibus dicendum est.*

\* *Ioan. 5.*

tris



tris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quod autem nomen Patris est, hoc idem Filij Scriptura declarat, quia in Exodo dixit Dominus: Ego antecedo in nomine meo & vocabo te in nomine meo Dominū in conspectu tuo. Dominus ergo dixit, quia in nomine suo vocauit Dominum Dominus ergo & Patris est nomen & Filij. Cū autem vnum nomen sit Patris & Filij, accipe quod & Spiritus sancti idem nomen sit, quoniam & Spiritus sanctus in nomine Filij venit: sicut scriptum est: \* Paracletus autem ille Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Qui autem venit in nomine Filij, utique etiam in nomine Patris venit, quia vnum nomen Patris & Filij est. Sic fit vt vnum & Patris & Filij nomen sit & Spiritus sancti. Tom. 2. lib. 1. de Spir. sancto, Cap. 14.

\* Ioan. 14.

*Spiritus venit  
in nomine Fi-  
lij & Patris.*

*Pater Dominus est, Filius item, & Spiritus sanctus, et tamen non tres Domini, sed vnus est Dominus.*

\* Mar. 6.

\* Matth. 11.

*Deus Pater Dominus est.*

\* Ioan. 13.

*Filius Dominus est.*

\* Deut. 6.

*Vnus est Deus & Dominus.*

*Pater sanctus est, Filius item*

Sed fortassis iterum dicas: Si Dominum Spiritum dixerō, tres Dominos declarabo. Nūquid cū Dominum Filium dicis, aut Filium negas, aut duos Dominos confiteris? Absit. Ipse enim Filius dixit: \* Nolite duobus dominis seruire. Sed non utique aut se, aut Patrem Dominum denegauit. Nam & Patrem Dominum dixit, sicut habes: \* Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ. Et se memorauit Dominum, sicut in Euangelio legimus: \* Vocatis me Dominum & Magistrum, & bene facitis, sum etenim. Sed non duos Dominos dixit, immo ostēdit se non duos Dominos seruire. Nō sunt enim duo Domini vbi dominatus vnus est, quia Pater in Filio, Filius in Patre, & ideo Dominus vnus. Sic & lex docuit: \* Audi, Israhel, Dominus Deus tuus vnus est, hoc est, immutabilis semper, vnitatem permanentis potestatis, semper idem: nulla accessione, nulla diminutione mutatur. Tom. 2. lib. 3. de Spiritu sancto, Cap. 17.

Ergo sanctus Pater, sanctus Filius, sanctus & Spiritus, sed non tres sancti, quia vnus est Deus sanctus, vnus

vnus est Dominus. Vna est ergo vera sanctitas, sicut *& Spiritus vnus est Dominus. Vna est ergo vera sanctitas, sicut vnus est vera diuinitas, vna illa sanctitas naturalis. sanctus, & Ideo omnia hæc quæ sancta nos credimus, illam so-* *sanctus, & tamen nõ tres* *sancti, sed vn-* *nus est Deus* *sanctus.*  
 lam prædicant sanctitatem: Cherubim & Seraphim indefessis vocibus laudant & dicunt: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth. Non semel dicunt, ne singularitatem credas. Non bis dicunt, ne Spiritum excludas. Non sanctos dicunt, ne pluralitatem æstimes. Sed ter reperunt, & idem dicunt, vt etiam in hymno distinctionem Trinitatis, & Diuinitatis intelligas vnitatem: hoc cum dicunt, Deum prædicant. *Tom. 2. lib. 3. de Spiritu sancto, Cap. 18. Vide plura Tom. 2. lib. 2. de fide, Cap. 4.*

IIII. *Hæreticos esse, qui Filium aut Spiritū sanctum creaturam, aut minorem Patre, aut diuersa ab eo essentia ponunt.*

**N**unc consideremus quas Arriani Dei filio inferant quæstiones. \* Dissimilem Patri dicunt esse Dei Filium. Hoc si homini obijciatur, iniuria est. *Errores Arrianorum de Christo.*  
 \* Ex tempore cœpisse dicunt Dei Filium, cum cōditor ipse sit temporum. Homines sumus, & esse nolimus temporales. Ex tempore cœpimus, & sine tempore futuros esse nos credimus. Fieri nos optamus æternos, & quomodo negare possumus Dei Filium sempiternum, quem sempiternum docet atque demonstrat naturā non gratia? \* Creatum dicūt. Quis auctorem inter opera sua deputer, vt videatur id esse quod fecit? \* Bonum negant. Sacrilega vox ipsa se damnat, vt indulgentiam sperare non possit. \* Negant verum Dei Filium, \* negant omnipotentem, \* cum fateantur omnia facta per Filium, omnia creata per Dei esse virtutem. Quid est enim virtus, nisi perfecta natura? \* Negant etiam diuinitate vnus esse cum Patre. Deleant ergo Euangelium, deleant Christi vocem. Ipse enim dixit: \* Ego & Pater vnus sumus. Non ego hoc dico, Christus dixit. Numquid fallax, *\* 1.* *\* 2.* *\* 3.* *\* 4.* *\* 5.* *\* 6.* *\* 7.* *\* Ioh. 10.*

fallax, ut mentiretur? Numquid impius, ut quod nō erat usurparet? Sed singula suis locis plenius digerentur. *Tom. 2. lib. 1. de fide, Cap. 3.*

Da veniam sancte Imperator, si ad ipsos (qui Filium Patri dissimilem dicunt) paullisper verba conuerto. Sed quem potissimum legam, Eudoxium Eunomiumve, an Arrium vel Aetium eius magistros? Plura enim nomina, sed vna perfidia, impietate non dissonans, communione discordans, non dissimilis fraude, sed cogitatione discreta. Cur enim secum non sint conuenire, non intelligo. Eunomij personam diffugiunt Arriani, sed eius perfidiam asserunt, impietatem exsequuntur. Aiunt eum prodidisse effusius, quæ Arrius scripserat. Magna cæcitatibus effusio. Auctorem probant, executorem refutant. Itaque nunc in plures sese diuisere formas. Alij Eudoxium, alij Eunomium vel Aetium, alij Palladium vel Demophilum atque Auxentium, vel perfidia eius hæredes sequuntur, alij diuersos. \*Numquid diuisus est Christus? Sed qui eum à Patre diuidunt, ipsi se scindunt: & ideo quoniam communiter aduersus Ecclesiam Dei, quibus inter se ipsos non conuenit conspirarunt, communi nomine hæreticos, quibus respondendum est, nominabo. *Tom. 2. lib. 1. de fide, Cap. 4.*

\*1. Cor. I.

*Paucis verbis* Omnes hæreses hoc capitulo breui (In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, &c.) B. Ioānis Euā-  
*gelistæ* oēs hæ piscator noster exclusit. Quod enim erat in principio, non includitur tempore, non principio præuenitur. Ergo Arrius conticescat. Quod autem erat apud Deum, non commixtione confunditur, sed manentis verbi apud Patrem solida perfectione distinguitur, ut Sabellius obmutescat. Et Deus erat verbum. Non ergo in prolatione sermonis hoc verbum est, sed in illa cælestis designatione virtutis, ut confutetur Fotinus. Quod verò erat in principio apud Deum, sempiternæ diuinitatis in Patre & Filio inseparabilis vnitas edocetur, ut erubescat Eudo-

Eudoxius & Eunomius. Postremo cum \* omnia per ipsum facta dicantur, ipse conditor noui vtique testamenti: & veteris designatur, vt Manichæus locum tentationis habere non possit. Tom. 2. lib. 1. de fide, Cap. 5.

Similiter quoque eiusdem sententia: auctoritate (Sirectè offeras, rectè autem non diuidas, peccasti, quiesce) damnantur, qui diuinitatem sancti Spiritus negauerunt. Alij enim quidam vel Arrianorum Iudæi, vel Arriani sunt Iudæorum: quia sicut illi Filium à Patre, ita & isti Spiritum à Deo Patre & Filio Dei separant. Tom. 2. lib. de incarnat. dominicæ sacramen- to, Cap. 2.

Et hos igitur qui in \* phantasmate venisse Iesum prædicant, & illos condemnare debemus qui aduersa erroris linea, non vnum eundemque Filium Dei dicunt, sed alium esse qui ex Deo Patre natus sit, alium qui sit generatus ex virgine, cum Euangelista dicat: \* Quia verbum caro factum est, vt vnum Dominum Iesum, non duos crederes. Nonnulli etiam aliud Dei verbum, alium verum Dei Filium crediderunt, cum ipsum qui in principio erat verbum apud Deum Patrem in sua propria venisse Euangelista testetur. Sunt autem qui tamquam ad vnum prophetarum, ita ad Christum factum esse verbum arbitrati sunt, non ipsum esse Dei verbum. Sed de nullo prophetarum dictum est, quia verbum caro factum est, nullus prophetarum abstulit peccata mundi. De nullo alio dictum est. \* Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. De nullo prophetarum legimus, quod sit Dominus maiestatis, quod de Christo Apostolus dixit: \* Quia Iudæi Dominum maiestatis crucifixerunt. Sed dum hos redarguimus, emergunt alij, qui carnem Domini dicant & diuinitatem vnus esse naturæ. Quæ tantum sacrilegium inferna vomerunt? Iam tolerabiles sunt Arriani, quorum per istos perfidiæ robur adolescit, vt maiore contentione asserant Patrem & Filium

\* Ioan. 1.

Manichæus  
Christum aucto-  
rè veteris Testa-  
menti esse  
negat. De quo  
vide Epiphani-  
um Tom. 2.  
lib. 2. heres. 66

Quidam here-  
tici instar Iu-  
deorū diuinitate  
Spiritua  
sancti negant.

\* Manichæos  
putat. De quo  
vide August.  
Tom. 6. lib. de  
heresibus ad  
Quoduldeuū  
heresi 46

\* Ioan. 1.

Quidam Chris-  
tum Dei vero  
verbum negant.

\* Matih. 3.

\* 1. Cor. 2.

Non longe ab  
hac sententia  
absunt hodie  
Vbiquitarij.

& Filium

& Filium & Spiritum sanctum vnus nõ esse substantiæ, quia isti diuinitatem Domini & carnem substantiæ vnus dicere tentauerunt. *Lib. de incarnat. dominicæ sacramento, Cap. 6.*

Sed plerique eandem sectam sequentes, disputationis genere discordare se putant, ab his qui dissimilem Patri per omnia Filium dicunt. Ideo horum quoque qui similem dicunt Filium, sed non vnus substantiæ cum Patre, ineptias discutiamus. *Lib. de incarnat. dominicæ sacramento, Cap. 10.*

## CAPVT TERTIVM De Deo Patre.

### I. Ipsum esse Patrem qui Filius, hæresin fuisse Sabellianorum.

Sabelliani Patrem cum Filio confundunt.

**N**Os nec iuxta Sabellianos, Patrem Filiumque confundimus, nec iuxta Arrianos, Patrem Filiumque secernimus. Pater enim & Filius distinctionem habent, vt Pater & Filius separationem diuinitatis non habent. *Tom. 2. lib. 2. de fide, Cap. 2.*

Dicat & Sabellianus: Ego te ipsum Patrem & Filium & Spiritum sanctum arbitror: Respondebit & Dominus: Non audis Patrem, non audis Filium? Numquid hic vlla confusio est? Scriptura ipsa te docet, Patrem esse qui detulit iudicium, Filium esse qui iudicat. Non audisti me dicentem: \* Solus non sum, sed ego & qui misit me Pater? *Lib. 2. de fide, Cap. 4.*

\* Ioan. 8.

Nobis natus est puer, non Sabellianis. Illi enim nolunt Filium datum, eundem asserentes Patrem esse quem Filium. *Lib. 3. de fide, Cap. 4.*

Quomodo Pater & Filius vnus sint.

Verum est quod dixit Filius: Omnia quæ Pater habet mea sunt, & secundum diuinitatem vnum est cum Patre Filius, vnum per substantiam naturalem, non vnus secundum Sabellianam perfidiam. *Tom. 2. lib. 2. de Spiritu sancto, Cap. 12.*

II. Patrem

## II. Patrem non esse maiorem Filio secundum diuinitatem.

**Q**uomodo potest minor esse Deus, cum Deus *Filius non perfectus & plenus sit? Sed minor in natura test esse minor hominis: & miraris si ex persona hominis, Patrem Patre, cum De-*  
*dixit maiorem, qui in persona hominis se vermem us perfectus dixit esse, non hominem. Dixit enim: \* Ego autem & plenus sit.*  
*sum vermis & non homo. Et alibi: \* Sicut ovis ad occisionem ductus est. Si in hoc minorem dicis, negare non possum. Sed ut verbo utar Scripture, non minor natus, sed minoratus, hoc est, minor factus est. Quo sensu Filius Patre dicatur minor. \* psal. 21. \* Esa. 53. \* Philip. 2.*  
 Quomodo autem minor factus, nisi quia \* cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se  
 æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit? Nō amittens vti que quod erat, sed assumens quod non erat, quia formam serui accepit. Denique ut sciremus per  
 susceptionem corporis minoratum, de homine Dauid prophetauit dicens: \* Quid est homo quod me-  
 mor es eius, aut filius hominis, nisi quia visitas eum? \* *psal. 8.*  
 Minorasti eum paullo minus ab angelis. Hoc ipsum interpretatus Apostolus ait: \* Nam paullo minus minoratum ab angelis videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, ut sine  
 Deo pro omnibus gustaret mortem. Non solum ergo *Christus non*  
 go à Patre, sed etiam ab angelis minor Filius Dei *solum Patre,*  
 ctus est. Et si hoc ad præiudicium trahis: Num ergo *sed & Ange-*  
 Filius in natura Dei minor est quam sui angeli, qui *lis minor fa-*  
 ei seruiunt & ministrant? Ita dum minorem vultis *ctus est.*  
 asserere, impietatem incurritis, ut Angelorum naturam Dei Filio præferatis. Sed non est \* seruus su-  
 pra dominum suum. Denique & in carne constituto \* *Matth. 10.*  
 \* Angeli ministrabant, ut nihil ei agnoscas per naturam corporis imminutum. Neque enim Deus sui  
 pati potuit detrimentum, cum id quod assumpsit ex  
 virgine nec accessio diuinæ, nec diminutio potestatis sit. Non est ergo secundum diuinitatem minor, qui plenitudinem habet diuinitatis & gloriæ. Ma-  
 ior

ior enim & minor in his quæ corporalia sunt distinguuntur. Aut statu maior, aut plenitudine, aut certe ætate: vacant enim ista, ubi de diuinis tractatus inducitur. *Tom. 2. lib. 2. de fide, Cap. 4.*

*Ambrosij bre-  
uis confessio de  
sanctissima  
Trinitate.*

*Ratio cur Fi-  
lius Patre mi-  
nor dici non de-  
beat.*

*Filius non est  
Patri subie-  
ctus secundum  
diuinitatem.*

\* *Genes. 1.*

\* *Psal. 103.*

\* *Prouerb. 8.*

\* *Ioan. 1.*

Ad te nunc omnipotens Pater cum lacrymis verba conuerto. Ego te quidem inaccessibilem, incomprehensibilem, inæstimabilem promitte dixerim: sed Filium tuum minorem non ausum dicere. Nam cum illum splendorem gloriæ & imaginem substantiæ tuę legerim, vereor ne minorem imaginem tuam dicendo substantiæ, minorem substantiam tuam dicere videar, cuius imago sit Filius, cum plenitudo tuę diuinitatis omnis in Filio sit. Immensum te Filiumque tuum & Spiritum sanctum, in circumscriptum, inæstimabilem, inenarrabilem, legi libenter, credo libenter. *Tom. 2. lib. 5. de fide, Cap. 9.*

Miserationes tuæ multæ nimis Domine, secundum iudicia tua viuifica me. Non possum ego à me facere quicquam. Nonnulli hæretici solebant hinc facere quæstiones, quasi infirmus esset Filius, qui à se nihil faceret, quasi secundum diuinitatem quoque subditus, & paterno subiectus imperio: nec aduertit quod hoc quoque magis potestatis diuinæ vnitas comprobetur, ubi putant inter Patrem & Filium esse distantiam potestatis. Nihil à se facit Filius, quia per vnitatem operationis, nec Filius sine Patre facit, nec sine Filio Pater. Denique Pater dicit ad Filium: \* Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, communem asserens operationem esse, ubi commune consilium est. Quid sine sapientia facit, qui omnia in sapientia fecit? ut lectum est: \* Omnia in sapientia fecisti. Denique Sapientia dixit: \* Cum faceret cælos, cum illo erā, & ego eram cui applaudebat. \* Et Euangelista ait: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: ut doceret non solum operatorem omnium Filium, sed etiam paternæ operationis confortem esse. *Tom. 4. Serm. 20. in Psalm. 118.*

Deus

Deus autem vnus est.] Hoc dicit, ne Christū prædicando Deum, quem arbitrum dicit vni Deo, prædicasse putaretur contra legem & Prophetas. Arbitrum ergo hūc per assumptionem carnis intelligi docet, sicut dicit ad Timotheum: \*Arbiter Dei & hominum homo Iesus Christus. Iuxta autem quod Deus est, à Patre hunc non separari, sed vnum esse cū Patre. Siue enim Pater, siue Filius, Deus vnus est. Deus enim naturæ nomen est & potestatis, quam in Patre & Filio indiuiduam manere ipsa nominum ratio docet. *Tom. 5. in Cap. 3. Epistole ad Galatas.*

*Christus mediator noster est vt homo.*  
\* 1. Tim. 2.

*Christus diuinitate vnum est cum Patre.*

III. Quòd ab aeterno Pater genuit Filium.

**D**Ic mihi hæretice, dat enim veniam clementissimus Imperator, vt te non obloquendi studio, nec audiendi cupiditate, sed exponendi gratia paulisper alloquar. Dic mihi, inquam, Fuit ne aliquando tempus quo omnipotens Deus Pater non erat, & Deus erat? Tempus, inquis, non astruo. Bene & argute. Si enim tempus dixeris, te ipsum conuincas, quia necesse est asseras fuisse tempus ante Filium, cū Filius temporis auctor sit & creator. Nō potest enim post opus suum ipse cœpisse. Necesse est igitur auctorem operis sui esse fatearis, Ante tempora, inquis, non nego Filium. Sed cū Filium dico, ostendo priorem Patrem, quia Pater, inquis, Filio prior est. Quid est hoc? Negas esse tempus ante Filium, & tamen nescio quid ante Filium vis præcessisse quod temporis sit, & ostendis media nescio quæ molimina fuisse generandi, in quo generationem Patris significas temporalem. Nam si Pater esse cœpit, Deus ergo primo erat, postea Pater factus est. Quomodo ergo immutabilis Deus? Si enim ante Deus, postea Pater: vtique generationis accessione mutatus est. Sed auertat Deus hanc amentiam. Nos enim ad impietatem eorum redarguendam, hanc retulimus quæstionem: quia pia mens generationē sine tempore asserit, vt & sempiternum Patrem cum Filio di-

*Filius temporis auctor creator est.*

*Deus ab initio Pater fuit.*



*Pater honorificatur si Filio diuini honores tribuantur.* cat, nec aliquando asserat esse mutatum. Iungat igitur honorificentia Patri Filium, quem diuinitas iunxit: non separet impietas, quem generationis proprietates copulauit. Honorificemus Filium, vt honorificemus & Patrem, sicut in Euangelio scriptum est. Sempiternitas filij paternæ maiestatis insigne est. Si iste non semper fuit, ergo ille mutatus est: sed si semper fuit Filius, ergo nec Pater aliquando mutatus est, qui immutabilis semper est. Itaque videmus quòd illi qui volūt negare Filium sempiternum, volunt Patrem docere esse mutatum. Accipe aliud quòd clareat Filium sempiternū. Apostolus dicit: \* Quòd Dei sempiterna virtus sit atque diuinitas. Virtus autem Dei Christus est. Scriptum est enim, \* Christum esse Dei virtutem & Dei sapientiam. Ergo si Christus Dei virtus, quia virtus Dei sempiterna: sempiternus igitur & Christus. Non ergo ex vsu generationis humane calumniam hæretice instruas, neque ex nostro sermone componas. Neque enim angustis sermonibus nostris, immensæ magnitudinem possumus diuinitatis includere, cuius magnitudinis non est finis. Namque hominis generationem si definire contendas, tempus ostēdis. Generatio autem diuina supra omnia est. Late patet, supra omnes cogitationes ascendit & sensus. Scriptum est enim: \* Nemo venit ad Patrem nisi per me. Quicquid igitur de Patre cogitaueris quamlibet eius æternitatem, non potes te eo aliquid nisi per Filium cogitare: nec potest vllus

\* Rom. I.

\* I. Cor. I.

\* Ioan. 6.

\* Matth. 17.

\* Psal. 118.

*Generationē Filij nemo mēte comprehendere potest.*

ad Patrem nisi per Filium transire sensus. \* Hic est, inquit, Filius meus dilectissimus. Est, inquit, quod indefinēter est. Vnde & Dauid dicit: \* In æternum, inquit, Domine, permanet verbum tuum in cœlo. Quod enim manet, nec substantia nec æternitate deficit. Quæris à me, quomodo si Filius sit, nō priorem habeat Patrem. quæro item abs te, quando a ut quomodo Filium putes esse generatum? Mihi enim impossibile est, generationis scire secretum. Mens deficit, vox silet, non mea tantum sed Angelorum.

Supra

Supra potestates, supra Angelos, supra Cherubim, supra Seraphim, supra omnem sensum est, quia scriptum est: \*Pax autem Christi quæ est supra omnem sensum. Si pax Christi supra omnem sensum est, quemadmodum non est super omnem sensum tanta generatio?

\* Philip. 4.

Et paullo post:

Dicit aliquis: Quomodo generatus est Filius quasi sempiternus, quasi verbum, quasi splendor lucis æternæ, quia simul splendor operatur ut nascitur? Apostoli iudicium exemplum est, non meum. Noli ergo credere quod fuerit vel momentum aliquod quo fuerit sine sapientia Deus, aut sine splendore lux. Noli Arriane ex nostris æstimare diuina, sed diuina credere, ubi humana non inuenis. Tom. 2. lib. 1. de fide, Cap. 5.

Ne momento

quidem fuit

Pater sine Fi-

lio.

IIII. Patri Filium esse consubstantialem.

DE substantia Imperator Auguste quid loquar? Vnius Filium cum Patre esse substantiæ, cum imaginem paternæ substantiæ Filium legimus, ut in nullo secundum diuinitatem à Patre intelligas discrepare. Iuxta hanc imaginem dixit: \*Omnia quæ Pater habet mea sunt, ergo nec substantiam in Deo possumus denegare. Neque enim insubstantius est, qui alijs dedit habere substantiam, licet alia sit substantia Dei, alia creaturæ. Non potest insubstantius Filius Dei esse, per quem cuncta subsistunt. Et ideo ait: \*Non est absconditum os meum quæ fecisti in abscondito, & substantia mea in inferioribus terræ. Virtuti enim & diuinitati, ea quæ ante constitutionem mundi, vel in perplicable maiestate sunt gesta, abscondita esse non poterant. Tom. 2. lib. 3. de fide, Cap. 7.

Filius à Patre

in nullo discre

pat secundum

diuinitatem.

\* Ioan. 16.

\* Psal. 138.

Deus igitur ex Deo, lumen de lumine, verus Deus de Deo vero, ex Patre natus non factus, vnius substantiæ cum Patre. Sic nempe nostri secundum Scripturas dixerunt Patres, qui etiam sacrilega dogmata ideo suis inferenda putauere decretis, ut Arrij per-

Filius ex Pa-

tre natus non

factus, vnius

substantiæ est

cum Patre.

fidia ipsa se proderet, ne quasi fucis quibusdã & coloribus illita velaretur. *Tom. 2. lib. 1. de fide, Cap. 8.*

*Ecclesia damnat qui Filium non per omnia Patri aequalẽ faciunt.*

Eos, inquit, qui dicunt: Erat quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & qui ex nihilo factum, aut ex alia substantia vel vsia dicunt esse, aut mutabilem & conuertibilem Dei Filium, anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia. Accepisti sancte Imperator eos qui talia asserunt iure damnatos, non humana industria, nõ compositione aliqua, sed trecenti decẽ & octo, vt supra dixi, Episcopi ad concilium conuenerunt. *Lib. 1. de fide, Cap. 9.*

*Arriani homouision propterea nominari non oportere aiunt, quia in Scripturis diuinis non continetur.*

*\* Rom. 10.*

Sed dicis homouision nominati nõ oportere, quia in Scripturis diuinis non cõtineatur. Quæro & ego, homo qui hoc prohibes, si ideo nominari non debet, quia scriptum non est, an quia ita credi non liceat? Quod si ita credendum est, cur non ita profitendum? \* Corde enim, inquit Apostolus, creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Aut si ideo nominandum non est, quia nec ita credendum, obtrinit Arrianæ labis assertio, quæ ideo Patrem & Filium vnus substantiæ denegauit, quia Filium Dei, modo ex nihilo, modo ex Patre, sed ab alia substantia, quando voluit, & quomodo voluit, & vnde voluit factum inducit, dummodo aliunde eum, & non de eo quod Pater est extitisse confingat. Quem & si natum dicit, sed hoc dicto genus: quia rursum omne quod natum est, factum intelligit, eo quod & nos à Deo geniti appellemur, quos constat esse facturam. Vel si Arrianus non es, & verum Filium de vero Patre natum non factum agnoscis, cur non eum cum Patre vnã substantiam dicis? Frustra times homo profiteri quod credis, & frustra credis si ita non credis, & merito hæreticus denotaris. *Tom. 2. lib. de fide, contra Arrianos, Cap. 3. Vide plura in hanc sententiam Cap. 4. & 5. eiusdem libri. Item Tom. 2. lib. de incarnationis dominice sacramento, Cap. 6. & 7.*

CAPVT

CAPVT QVARTVM  
De Christo vero Deo & homine.

I. Christum eundem verum esse Deum Patri co-  
ternum, & verum hominem in tempore.

**C**VM in Euangelio, in Apostolo, in Prophetis generationem Christi legerimus, vnde audēt dicere creatum esse vel factum? Et quidem in quo creatum legerint, in quo factum considerare debent? Edoctum est enim Dei Filium de Deo esse genitum, de Deo natum. Factum autem in quo legerint diligēter aduertant. Non enim Deus factus, sed Deus Dei Filius natus est. Postea autem secundum carnem homo factus ex Maria est. Si mihi non credunt, credant Apostolo dicenti: \*Postquam verò venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere factum sub lege. Filium, inquit, suum, non vnum de multis, non communem sed suum. Suum cum dicit, generationis æternæ proprietatem signauit. Hunc postea factum ex muliere asseruit, vt factura non diuinitati, sed assumptioni corporis ascriberetur. Factum sub lege per obseruatiā legis. Generatio autem illa cœlestis ante legem, ista post legem. Tom. 2. lib. 1. de fide, Cap. 6.

Aduersus Apollinarem legitima circumspectio est, vt consisteamur sicut in Dei forma nihil ei defuit diuinæ naturæ & plenitudinis, sic in illa forma hominis nihil ei defuisse, quo imperfectus homo iudicaretur, qui ideo venit, vt totum hominem saluum faceret, Neque enim decebat vt qui perfectum opus in alijs consummauerat, hoc imperfectum in se esse pateretur. Si enim aliquid ei defuit, non totum redemit, si non totum redemit, fefellit igitur qui dixit ideo se venisse, vt totum hominem saluum faceret. Sed quia impossibile est metiri Deo, non fefellit ergo: quia ita venit, vt totum

*Christus Deus Filius, de Deo genitus est, non factus.*

*\* Galat. 4. Apostolus Paulus verum Deum Filium hominis formam assumisse ex muliere asseruit.*

*Apollinarius Christum humanam carnem sine anima suscepisse, quemadmodum Arriani opinatur. Augustinus Tom. 6. de heresibus ad Quod uult deus heresi 55.*

*Christi humanitati nihil defuit.*

tum redimeret & saluum faceret, totum utique suscepit quod erat humanę perfectionis. *Tom. 3. lib. Epist. 6. Epistola 40.*

At vbi iste sermo ad aures peruenit meas, statim respondi quod eum virus infecerit Apollinare, qui non potest audire quod Dominus noster Iesus pro nobis seruitutem suscepit in istius corporis susceptione, cum Apostolus clamet: \*quod formam serui acceperit. Hoc munimentum, hæc sepes est fidei nostræ, qui hanc destruit, destruetur ipse, sicut scriptum est: \*Quia destruentem sepem mordebit serpens.

*Et paullo post:*

*Christum Deum & hominem fuisse pulchre ostenditur.* Quid enim in eo imminutum est quod nostram seruitutem, nostras infirmitates suscepit? Erat humiliatus, erat in serui forma, sed idem in gloria Dei Patris. Erat vermis in cruce, sed idem dimittebat

\* *Esa. 40.*

peccata etiam persecutorum suorum. Erat opprobrium, sed idem maiestas Domini, sicut scriptum est: \*Et videbitur maiestas Domini, & videbit omnis caro salutare Dei. Quid amisit cui nihil minus est?

\* *Esa. 53.*

\* Non habebat quidem speciem neque decorem, sed habebat plenitudinem diuinitatis. Infirmus existimabatur, sed non destiterat esse Dei virtus. Videbatur vt homo, sed fulgebat in terris maiestas diuina & Patris gloria. Vnde pulchre Apostolus eiusdem verbi repetitione vsus est dicēs de Domino Iesu: \*Quia

\* *Philip. 2.*

cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Quid est in Dei forma, nisi in plenitudine diuinitatis in illa perfectionis diuinę expressione? Ergo cum esset in plenitudine diuinitatis, exinaniuit se, & accepit plenitudinem naturę & perfectionis humanę: sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi, vt esset perfectus in vtraque forma. Vnde & Dauid dicit: \*Speciosus forma præ filijs hominum. Concluditur Apollinarista, nec quod se vertat haber, suis clauditur retibus. Ipse enim

\* *Psal. 44.*

enim

enim dixerat: Formam serui accepit, non seruus lectus est. Iterum ergo interrogo, quid est in forma Dei? In natura Dei. Sunt enim ait Apostolus, \* qui *Galat. 4.* nō sunt natura Dij. Quāro quid sit formam serui accipiens? Sine dubio perfectionem naturæ & conditionis (vt dixi) humanæ, vt esset in hominum similitudine. Et pulcre non carnis sed hominum dixit similitudinem, quia in carne eadem. Sed quia sine peccato erat solus, omnis autem homo in peccato, in specie hominis videbatur. Vnde & Propheta ait: Et homo est, & quis cognoscit eum? Homo secundum carnem, sed vltra hominem secundum diuinam operationem. \* Denique cū leprosum tangeret, homo *Matth. 8.* videbatur, sed vltra hominem cū emundaret. \* Et *Ioan. II.* cū Lazarum fletet mortuum quasi homo flebat, sed supra hominem erat, cū mortuū iuberet vinctis pedibus exire. Homo videbatur cū penderet in cruce, sed supra hominem cū referatis tumulis mortuos resuscitaret. *Tom. 3. lib. 7. Epist. 47.*

An negas etiam Dominum maiestatis esse Spiritum sanctū, cū Dominus maiestatis sit crucifixus, quia natus est de Spiritu sancto & virgine Maria, quia non alter Christus, sed vnus est, & ante secula ex Patre, vt Dei Filius sit natus in seculum, vt homo carnis assumptione generatus. *Tom. 2. lib. 3. de Spiritu sancto, Cap. 23.*

\* Apostolus certe qui de eo dixit: Quoniam et si crucifixus est ex infirmitate nostra, viuit tamen ex virtute Dei; ipse dixit, \* quia nō diuisus est Christus. *\* 2. Cor. 13.* Numquid etiam cū dicimus, quia an imam rationalem & intellectus nostri suscepit capacem, diuidimus eum? Non enim ipse Deus verbum, pro anima rationabili & intellectus capaci in carne sua fuit, sed animam rationabilem & intellectus capace, & ipsam humanam, & eiusdem substantiæ cuius nostræ sunt animæ, & carnem nostræ similem, eiusdemque cuius caro est nostra substantiæ suscipiens Deus verbum, *\* I. Cor. 1.* In eo tantum à nobis Christi-

*Christus animam  
rationalem,  
& carnem  
nostræ similem  
suscepit.*

*his differt, quod vixerit sine ulla labe peccati.* cati, quia peccatum ipse non fecit, sed pro nobis peccatum factus est, vt nos essemus iustitia Dei in ipso. *Tom. 2. lib. de incarnat. dominice sacramento, Cap. 7.*

Inclinaui cor meum ad faciendas iustitias tuas propter retributionem. ] Cum lego Euangelium, audio Filium Dei carnem sumisse de Maria, videor mihi cum Christo ipse descendere. Lego enim eum: Qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit. Ex inaniuit autem, vt formam serui acciperet, & specie inuentus vt homo, humiliavit se ad mortem. *Tom. 4. Serm. 14. in Psalmum 118.*

\* Ioan. 21.

*Anima Christi passionibus obnoxia fuit, diuinitas vero ab iisdem liberata semper extitit.*

Tristis est, inquit, anima mea. ] Et alibi: \* Nunc anima mea turbata est valde. Non ergo suscipiens, sed suscepta turbatur. Anima enim obnoxia passionibus, diuinitas libera. Denique: Spiritus promptus, caro autem infirma. Tristis autem est non ipse, sed anima. Non est tristis sapientia, non diuina substantia, sed anima. Suscepit enim animam meam, suscepit corpus meum. *Tom. 5. lib. 10. Comment. in Cap. 21. 1. ca. Vide in eadem sententiam Tom. 1. institut. virginis, Cap. 11. Tom. 2. lib. 2. de sse, Cap. 3. & 4. Lib. de Dominice incarnationis sacramento, Cap. 5. Item Tom. 4. in prefat. enarrationis Psal. 35.*

## II. Christum verum Deum nihil lesa diuinitate, integram suscepisse naturam humanam.

*Christus cum hominē induit, non labem eternitati intulit, vt spiritum in carnē mutaret.*

*Maiestas & diuinitas christi*

Cum hominem (Christus) induere dignatus est, non labem eternitati intulit, vt spiritum in carnem mutaret, sed vt suscepto homini immortalitatem atque eternitatem cœlestis vitæ præstaret. Nam & si Apostolus semetipsum exinaniisse dicit, formam serui suscipiendo, non utique sic exinaniuit accipimus vt aliud quam fuerat idem spiritus fieret, sed vt seposito interim maiestatis suæ honore humanum corpus indueret, quo suscepto salus gentium fieret. Vt enim sol cum nube tegitur, claritas eius comprimitur

mitur non cecatur: & lumen illud quod toto orbe  
 diffusum claro splendore cuncta perfundit, paruo  
 admodum obstaculo nubis includitur, non aufer-  
 tur: sic & homo ille quem Dominus Iesus, Saluator  
 que noster, id est, Deus Dei que Filius induit, Deum  
 tamen in illo non interceptit, sed abscondit. Denique  
 cum se in monte paullulum extra ipsum hominem  
 extulisset, fulgore luminis eius pene obcecati Apo-  
 stoli, in terram quippe homines ceciderunt, pericli-  
 tati vitam nisi eis Dominus compresso rursum ma-  
 iestatis suæ honore vt misericors subuenisset, secun-  
 dum illam sententiam: \* Nemo vidit Deum & vi-  
 xit. Vt ergo claritas Solis cum vsque ad nostros  
 emicat visus sibi salua est, quia quod non videtur in-  
 firmitatis est nostræ quorum oculos nubium textit  
 obscuritas, ita probat se non suo detrimento proprij  
 latuisse fulgoris, sed carnis, vt dixi, beneficio, cuius  
 causa Filius Dei, Filius hominis esse sustinuit, Nemp-  
 e enim de Spiritu Dei virgo concepit, & quod con-  
 cepit hoc peperit, id est, Deum homini suo (vt iam  
 dixi) sociatum, sicut ipse dixit: \* Quod nascitur de  
 carne caro est, & quod nascitur de spiritu, spiritus  
 est, quia Deus spiritus est, & de Deo natus est. Sicut  
 & Angelus ad Mariam virginem dicit: \* Spiritus  
 Dei veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit te.  
 Propterea quod nascetur ex te sanctum vocabitur  
 Filius Dei. Vides ergo ipsum Spiritum, id est, Filiũ  
 Dei venisse ad virginem, & inde Dei & hominis Fi-  
 lium processisse. Nec tamen ipso indumento carnis,  
 Dei Filium esse mutatum, sed eundem ipsum esse in  
 homine, qui fuerat ante mundum cum Patre, per  
 quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil,  
 sicut Euangelista ait: Mundus per ipsum factus est,  
 & mūdus eū non cognouit. Caterū amentis est cre-  
 dere ab eo posse liberari, qui vt liberaret amissus est,  
 vt nasceretur oppressus est, vt immortalitatē redige-  
 ret transiit ad mortē. Sed absit hæretice, vt sensus tuę  
 iniquitatis à Catholicis admittatur. Nos enim credi-

*sti quomodo la-  
tuerit sub hu-  
manitate.*

*Nostræ causa  
Christus divi-  
nitate occul-  
tauit.*

*\* Ioan. I.*

*\* Ioan. 3.*

*\* Luca. 1.*

*Absurdissimū  
est Christi di-  
uinitati quic-  
quā decessisse  
cum hominem  
assumeret.*



mus immutabilem & inconvertibilem, verbum & Spiritum, id est, Filium Dei, qui cum hominẽ induit non statum vertit, non ordinem perdidit, non substantiam immutavit, sed illuuias eiusdem corporis æterno claritatis suæ lumine illustravit, vt ad nos per tramitẽ corporis eius lux sancti Spiritus & æternæ vitæ gratia redundaret. *Tom. 2. lib. de fide contra Arrianos, Cap. 8.*

Itaque in illo velut contemptibili corpore præualuisti, inquit, (Iacob ad Ioseph) propter benedictionem vberum & vuluæ. Benedictiones patris tui & matris vbera, vel duo testamẽta dixit, quorum altero annunciatus est, altero demonstratus. Et bene vbera, quoniam velut quodam nos spiritali lacte nutritos educavit, & obtulit Deo filios. Vel Mariæ dicit vbera, quæ vere benedicta erant, quibus sancta virgo populo Domini potum lactis immulst. Vnde & illa mulier in Euangelio ait: \*Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Quod autem ait: Vuluæ benedictionem patris tui & matris. Si vuluam solum Mariæ velimus intelligere, cur vtrumque benedictione coniunxerit, latebit causa. Poruit enim dicere de sola vulua matris. Sed pulcrius arbitror, vt secundum spiritale mysterium intelligamus vtramque generationem Domini Iesu: & secundum diuinitatem: & secundum carnem, qui ante secula est generatus ex Patre. Vnde & Pater ait: \*Eruçtauit cor meum verbum: eo quod ex illa intima, eo quod irreprehensibili Patris processit substantia, & in ipso est semper. Vnde & Euangelista ait: \*Deum nemo vidit vquam, nisi vnigenitus Filius qui est in sinu Patris ipse enarrauit. Sicut ergo sinus Patris spiritalis, intelligitur intimum quoddam paternæ caritatis naturæque secretum, in quo semper est Filius, ita etiã Patris spiritalis est vulua, interioris arcanũ, de quo tamquam ex genituali aluo processit Filius. Denique diuerse nunc legimus vuluam Patris, nunc cor eius quo verbum eruçtauit, nunc os eius ex quo iustitia processit,

*Vbera B. Mariae virginis sancta sunt.*  
\* *Luce 11.*

\* *Psal. 44.*

\* *Ioan. 1.*

processit, ex quo prodiit sapientia, sicut ipse ait: \* *Ecclesi. 24.*  
 Ex ore altissimi prodiit. Ita cum vnum non definitur, & vnum omnia sonant, spiritale magis mysterium generationis paternæ quam membrum aliquod corporale significat. Sed sicut illam ex Patre generationem intelligimus, ita etiã ad consummationem fidei generationem Mariæ intelligamus, quando benedicitur vulua matris, illa vtique Mariæ virginalis, quæ nobis edidit Dominum Iesum. De quo partu, dicit Dominus per Hieremiam prophetam: \* *Hierem. 1.*  
 Priusquam te formarem in vtero noui te, & priusquam exires de vulua matris sanctificauit te. Geminam igitur Propheta in Christo substantiam declarauit, diuinitatis & carnis, alteram ex Patre, alteram ex virgine, ita tamen vt non ex fors suæ esset diuinitatis cum ex virgine nasceretur, & esset in corpore. *Tom. 4. Cap. II. de benedictionibus Patriarcharum.*

*Christi duplex generatio.*

III. *Naturam humanam in persona Christi nullo modo cum eius diuinitate fuisse confusam.*

Seruemus distinctionem diuinitatis & carnis, vnum *Retinenda est distinctio diuinitatis et carnis in Christo.*  
 in vtraque loquitur Dei Filius, quia in eodem vtraque natura est. Et si idem loquitur, non vno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunchominis passiones, quia quasi Deus loquitur quæ sunt diuina, quia verbum est: quasi homo dicit quæ sunt humana, quia in mea substantia loquebatur. \* *Ioan. 6.*  
 Hic est panis viuus qui descendit de caelo. Panis hic caro est, sicut ipse dixit: Hic panis quem ego dabo, caro mea est. Hic est qui descendit, hic est quæ Pater sanctificauit & misit in hunc mundum. Hæc ipsa littera nos docet, sanctificatione non diuinitatis, sed carnis. Denique ipse Dominus dicit: Et ego memetipsum sanctifico pro ipsis: vt agnoscas quod & sanctificatur in carne pro nobis, & diuinitate sanctificat. *Tom. 2. lib. 2. de fide, Cap. 4.*

*Sanctificatio ne Dei Patris, egebat Christus, non diuinitas, sed humanitas.*

Considera

*Scriptura familiaris est scriptura pro præteritis dicere, & scriptura pro præteritis dicere.*

Considera quòd moris est scripturis diuinis, & scriptura pro præteritis dicere, & geminam in Christo significare substantiam, diuinitatis & carnis, ne quis aut diuinitatem neget eius aut carnem. *Tom. 2. lib. 30 de fide, Cap. 4.*

*Eustychianorū heresi inferna euomuerūt. videtur isto testimonio D. Leo Magni Epist. 97.*

*Ex naturarū in Christo confusione quàm impia dogmata consequantur.*

Sed dum hos redarguimus, emergunt alij qui carnem Domini dicant & diuinitatem vnus esse naturam. Quæ tantum sacrilegium inferna vomuerunt! Iam tolerabiliores sunt Arriani, quorum per istos perfidiæ robur adolescit, vt maiore contentione asserant Patrem & Filium & Spiritum sanctum vnus non esse substantiæ, quia isti diuinitatem Domini & carnem substantiæ vnus dicere tentauerunt. Deinde cum isti dicant, quia verbum in carnem, capillos, sanguinem & ossa conuersum est, & à natura mutatum est, proprie datur illis locus vt infirmitatem carnis ad infirmitatem diuinitatis quadam facta diuinitatis naturæ mutatione derorqueant. Sunt etiam qui in tantum impietatis prodierint, vt putent quia diuinitas Domini circumcisa est, & imperfecta de perfecta facta est, & in ligno non caro, sed illa operatrix omnium substantia diuina, in carnis specie coagulata pendebat. Quis autem non horrescat? quis audiat quia nõ ex Maria virgine, sed ex diuina substantia passibilem sibi carnem fecerit Dei verbum? Quod asserendo eò prolabantur, vt non ex tempore corpus Domini esse susceptum, sed coæternū Dei verbo semper fuisse contendant. Horum omnium auctores sunt, qui diuinitatem & carnem Domini vnus naturæ fuisse dixerunt. *Tom. 2. lib. de incarnationis dominicæ sacramento, Cap. 6.*

*Christus non diuiditur, cum vtraque illius natura asseritur.*

Caro ipsius (Christi) & anima, eiusdem est cuius animæ nostræ caro quæ substantiæ. Nec timeo ne retrada videar inducere. Nos enim vere solam qui hoc asserimus, colimus Trinitatem. Non enim Christum diuido, cum carnis eius diuinitatisque distinguo substantiam, sed vnum Christum cum Patre & Spiritu Dei prædico, & illos magis qui carnem Christi

Cap. IIII. De Christo vero Deo & ho.

Christi vnus cum diuinitate eius dicunt esse substantiæ, tetra da inducere demonstrabo. Non enim quod eiusdem substantiæ est, vnus, sed vnū est. Nam vtique Filium eiusdem cum Patre substantiæ consistentes in tractatu concilij Nicæni, non vnā personam, sed vnā diuinitatem in Patre & Filio crediderunt. Ergo cū dicunt eiusdem carnem, cuius & Filius Dei erat, fuisse substantiæ, ipsi quod nobis obijciunt, ineprijs vanæ assertionis incurrunt, vt diuidant Christum. Itaque quartum increatū quod adoremus inducunt, cū sola increata sit diuinitas Trinitatis. Tom. 2. lib. de incarnationis dominice sacramento, Cap. 7.

IIII. Confutantur argumenta eorum qui Christum Patri consubstantialem negant.

Sed vt omne mysterium hæresis Arrianæ traduscā, cur nolint Filium de Patris substantia credi, breuiter intimabo. Aiunt enim: \* Cū sit Deus Pater omnipotens, inuisibilis, inconuertibilis, immutabilis, perfectus, semper idem, æternus: Filius vero visibilis, quia sæpe patribus visus, & conuertibilis, atque mutabilis, quia in varijs figuris quibusque sese monstrauit. Qui si de Patris, inquit, esset substantia, numquam fieri posset, vt ante carnis assumptionem aut visibilis aut mutabilis cerneretur, quin potius in æqualitate qua Pater est permanisset, ex cuius substantia erat: quia quod de Patre est nec videri nec mutari nec conuerti posse credendum est. \* Accedit ad causam, cū illapsus est in Mariam, cū virginis vterum oppleuit, aliud vtique ex illa quā quod venerat natum est. Vnde iam inquit corrupta substantia statim vertit ordinem, perdit continuo immutationem, ipsa formando de Deo in hominem, de spiritu in carnem. Et vtique translatio omnis interentio est pristini.

Filius Patris  
dissimilis in-  
xia Arrianor  
\* 1. Arg. Arr.  
анотит.

\* 2. Arg. Arr.  
анотит.

Ac per hoc aiunt: Si Filius de Patris substantia esset, iam & Patrem minorem videri substantiæ suæ vel traditione vel sine, & proinde Filium ex alia substantia credere maluerunt, quod cõuerti & mutari & videri possit, quia hoc de Patris substantia credi nõ liceat. Hęc est causa erroris, hęc origo hęresis Arrianæ, dum non intelligunt virtutem Dei, neque tanti sacramenti dispositionem agnoscut, cur Deum humanis conditionibus comparent. Quibus primo

*Dissoluntur  
argumenta,  
quæ Arriani  
Catholicis cõ-  
tra Christi cõ-  
Patre equali-  
tatem obijci-  
unt.*

\* Psal. 101.

In loco Filium Dei non ita visum vt Deus erat, sed vt homo capere poterat de Deo. Deinde varijs figuris non immutabilem & conuertibilem ipsum esse, sed hoc esse potentiæ Dei, vt cum se singulis prout vult reuelare dignatur, habitum mutet non substantiam vertat, nec proprietatem qualitatis amittat, sed iuxta meritum videntis temperamentum maiestatis adhibeat, ipse tamẽ idem vt semper est in substantiæ suę proprietate permaneat. Sicut scriptum est: \* Mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es & anni tui non deficient. Nam & si multa sunt ex his quæ in hoc mundo videntur, quę ex alio conuertantur in aliud, vt desinant esse quod erant, & hoc sint quod retro non fuerant, vt limus cum in hominem figuratur, limus iam esse definit, aut pisces aut aues cū de aqua procedunt ex eo iam non aqua, quia aliud, vt lutum figuli cum solidatur in testam, vt lapis cum dissoluitur decoctus in calcẽ, vt arena cum mutatur in vitrum, & cætera, quæ longum est recensere. Sed multum interest, stulte hæretice, inter ea quę facta sunt, & eum qui omnia quemadmodum voluit fecit. Quæ facta sunt, a scriptę conditioni deseruiunt, qui vero fecit suæ voluntatis & proprii iuris est. Neque potest in aliud quàm quod est aliquo cogente mutari, sed prout vult & cui vult se demonstrat. Nam si Angeli in figura hominum sæpe sunt visi, & tamen aliud non sunt quàm quod se esse norunt, neque substantiam mutã cum formam humani corporis sumunt: quanto magis ipse Domi-  
nus

*Angeli substã-  
tiam non mu-  
tant cum for-  
mam humani  
corporis su-  
munt.*

nus noster qui omnia fecit, qui ipsis Angelis vt hoc possent sua institutione cōcessit? Huc accedit quòd sic Filium Dei vt iam dictum est visum à patribus approbamus, vt non totum in illo quod Deus est videretur, sed dispositiones rerum futurarum, quæ suis quibusque temporibus complenda erant, in illo per imaginem cernerentur. Nam quis Filium Dei videre potuit antequam conspicibilem materiam sicut ei placuit assumfit, vel ipsum hominem induere dignatus est? Qui etsi Abrahæ visus est, sed in forma humani corporis visus est, quo scilicet postremis temporibus in homine venturus esse demonstraretur. Iacob etiam alibi in Angelo, alibi æque videtur in homine. Qui ideo se in Angelo demōstrauit, vt nuncium se magni consilij indicaret. In homine vero cū quo & colluctatus fuisse describitur, vt imaginē future colluctationis quam cum Israel habiturus erat, cū secundum hominem aduenisset indicaret. Sed vt Dominum crederet cum quo tāto certamine sub figura hominis luctabatur Israel, id est homo videns Deum, nomen accepit. \*Vidi, inquit, Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea: Et vt qui figuram hominis viderat quam Deus Dei Filius induerat. Moysi in rubo in flāma ignis apparuit, vt lumen credentibus, incredulis iudicium demonstraret, quia Christus credentibus salus est, non credentibus pœna, vt Apostolus ait: \*Alijs odor eius vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem. \*Populum Israel in columna nubis per diem, & per noctē in columna ignis, quasi dux itineris præcedebat, vt baptismi gratiam per nubem & ad donum sancti Spiritus per ignem ostenderet. Quia Apostolus Paullus in nube patres baptizatos scribit. Et Spiritum sicut ignē esse, Apostolorum Acta declarant. Vides ergo per omnia hæretice characteres diuinarum Scripturarū in honorem Dei patribus præostensos, non tamen ipsum Deum, vt est, proprie reuelatum. Denique dū Moyses oraret vt faciem Dei pure videret, quid ad

*Abrahamo  
cur Deus in  
humana forma  
visus.*

*Deus cur Iacob  
in specie Angeli  
apparuerit, & cum eo  
tamquam homo  
luctatus  
fuerit.  
\* Gen. 32.*

*Moysi Deus in  
flamma ignis  
apparuit.  
\* 2. Cor. 2.  
\* Exo. 13.*

*Apostolis Deus  
in forma  
ignis apparuit*

\* Exo. 33.

illum continuo Deus? \* Non poteris, inquit, videre faciem meam. Non enim videbit homo faciem meam & viuet. Hoc ipso quod negatur aspectus, claritas assignatur, quæ scilicet tanta est, quanta credenda est quæ inuisibilis indicatur. Cum ergo Moyſes & situm cœli & ordines mundi, & elementorum vices, totius denique orbis ornamenta digesserit, indicarit, expresserit, cui ipse Dominus testimonium perhibuit dicens: \* Nemo erit ex Prophetis, vt seruus meus Moyſes, cui facie ad faciem, ore ad os locutus sum, Deum tamen pure videre non potuit,

\* Num. 12.

*Moyſes Deum  
vt eſt, videre  
non potuit.*

Merito quidem prophetia omnium dignus, sed non vsque adeo vt intueri Deum valeret, quia homo tantummodo eſet. Et vtique hæc omnia Filij verba defendimus, quem in monte Sina cum Moyſe locutum eſſe ſcimus, qui agendis explicandisque rebus à Patre aduenerat, quia omnia à principio per ipsum & ordinari & explicari & manere conuenerat, vt habendi Filij hæc præcipua ratio conſtaret. Et tamen ſi viſus accipitur, vt alicuius conſpicabilis vt dixi materiæ diſpoſitione aſſumpta videretur, ſalua ſcilicet inuisibilitate eius, quam à conſpectu omnium maietas interfuſa ſepoſuit. Non enim ſic humanis aſpectibus reuelatus eſt, vt tota in illo deitas appareret, ſed ad vicem ſpeculi cum conceptos intra lucem ſuam vultus quaſi ad plenam effigiem hominis includit, ita maietas eius præeunte fulgore intra id viſum eſſet, quod imaginè veritatis non ipſum Deum proprie demonſtraret. Sic & cum hominem induere dignatus eſt, non labem æternitati intulit, vt ſpiritum in carnem mutaret, ſed vt ſuſcepto homini immortalitatem atque æternitatem cœleſtis vitæ præſtaret. Nam & ſi Apoſtolus ſemetipſum exinanitſe dicit, formam ſerui ſuſcipiendo, non vtique ſic exinanitum accipimus vt aliud quàm fuerat idè ſpiritus fieret, ſed vt ſepoſito interim maietatis ſuæ honore humanum corpus indueret, quo ſuſcepto ſalvus gentium fieret. Vt enim ſol cum nube tegitur, claritas

*Chriſtus dum  
hominem induit,  
nullam  
labem æterni-  
tati intulit.*

claritas eius comprimitur non cœcatur, & lumen illud quod toto orbe diffusum claro splendore cuncta perfundit, paruo admodum obstaculo nubis includitur, non auferitur: sic & homo ille quem Dominus Iesus Saluator que noster, id est, Deus Dei que Filius induit, Deum tamen in illo non intercepit, sed abscondit. Denique cum se in monte paullulum extra ipsum hominem extulisset, fulgore luminis eius pene obcœcari Apostoli, in terram quippe homines ceciderunt, periclitati vitam nisi eis Dominus cōpresso rursus maiestatis sue honore vt misericors subuenisset, secundum illam sententiam: \* Nemo vidit Deum & vixit. Vt ergo claritas solis cum vsque ad nostros emicat visus sibi salua est, quia quod non videtur infirmitatis est nostræ quorum oculos nubium textit obscuritas: ita probat se non suo detrimento proprii latuisse fulgoris, sed carnis vt dixi beneficio, cuius causa Filius Dei, filius hominis esse sustinuit. Nempe enim de Spiritu Dei virgo concepit, & quod concepit hoc peperit, id est, Deum homini suo, vt iam dixi sociatum: sicut ipse dixit: \* Quod nascitur de carne, caro est, & quod nascitur de spiritu, spiritus est, quia Deus spiritus est, & de Deo natus est. Sicut & Angelus ad Mariam virginem dicit: \* Spiritus Dei veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit te. Propterea quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei. Vides ergo ipsum Spiritum, id est Filium Dei venisse ad virginem, & inde Dei & hominis filii processisse. Nec tamen ipso indumento carnis Dei filium esse mutatum, sed eundem ipsum esse in homine qui fuerat ante mundum cum Patre, per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, sicut Euangelista ait: \* Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Ceterum amenitatis esse credere ab eo posse liberari, qui vt liberaret amissus est, vt nasceretur oppressus est, vt immortalitatem redigeret transiit ad mortem. Sed absit heretice vt sensus tuæ iniquitatis à Catholicis admittatur.

*Divinitas sub  
humanitate  
latuit quem  
admodum sol  
sub nube.*

\* Ioan. I.

\* Ioan. 3.

\* Luca I.

*Indumento car  
nis Filius Dei  
non est mutatus.*

\* Ioan. I.



tatur. Nos enim credimus immutabilem & inconvertibilem, verbum & spiritum, id est Filium Dei, qui cum hominem induit non statum vertit, non ordinem perdidit, non substantiam immutavit, sed illu-  
 vias eiusdem corporis æterno claritatis suæ lumine illustravit, ut ad nos per tramitem corporis eius lux sancti Spiritus & æternæ vitæ gratia redundaret. Quem etsi passum credimus & sepultum, sed homo ille passus est quem Filius Dei suscepit, quem induit, quem portavit. Sed quia totum ad auctorem referebatur quicquid homo ille patiebatur, ideo mors & passio Domini iudicatur: Nam constat immortalis esse quod Dei est, hominis quod caducum. Tertia quoque die resurrexit, non Deus in hominem, sed homo potius in Deum. Ascendit in cælos, obtulit Patri suo hominem illum gratissimum munus, confedit ad dexteram Patris, secundum quod scriptum est: \* Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam. Misit nobis Spiritum sanctum de propria sua & ipsa vna substantia sua protectorem, sanctificatorem, & deductorem in vitam æternam, sicut scriptum est in voce Dei: \* Effundam de Spiritu meo super servos meos & ancillas meas. Et iterum: Spiritus ex me prodijt. Et ipse Dominus Saluatorque noster: De meo inquit accipiet. Et ex eo utique quod est Filius, quia & Filius de eo quod Pater est. Exinde præfinito tempore venturus viuos mortuosque iudicaturus, ut reddat credentibus præmia, non credentibus vero supplicia. Cuius regnum æternum, immortale, nec initium habet nec terminum, cui est honor & gloria in secula seculorum. Tom. 2. lib. de fide contra Arrianos, Cap. 8.

\* Psal. 109.  
 Spiritus sanctus  
 protector  
 & deductor  
 noster est in  
 vitam æternam  
 \* 1. Cor. 12.

V. Recensentur hereses qua pugniant cum Christi  
 diuinitate & humanitate.

Gentiles.

**A**sertio nostræ fidei hæc est. Ut vnum Deum esse dicamus. Neque ut gentes filium separemus. Neque

Neque vt Iudæi natum ex Patre ante tempora, & ex Iudæi.  
virgine postea editum denegemus. Neque vt Foti-  
nus initium Filij ex virgine disputemus. Tom. 2. lib. 1.  
de fide, Cap. 1. Et lib. 2. de fide, Cap. 4.

Scriptum est: \*Dominum Deum tuum adorabis, & \* Matth. 4.  
illi soli seruias. Nūquid cōtra legem Propheta senti-  
ret, qui sub lege regnaret? Excluditur Arrius quod Fi-  
lium sedere audit ad dexteram Patris, vt si ex vsu ar-  
gumētetur humano, ipse se perimat, & venenum fa-  
cilegæ disputationis suæ in se refundat, vt dum ine-  
qualitatem Patris & Filij ex cōsuetudine hominum  
interpretatur, in vtroque à vero deuius eum præfe-  
rat, cui derogat, confessurus priorem quem audit ad  
dextram. Excluditur etiam Manichæus. Non enim  
negat esse se Dauid filium secundum carnem, vt po-  
te qui clamantibus cœcis: \* Iesu fili Dauid miserere \* Matth. 20.  
nobis, & delectatus est fide, & stetit, & curauit eos:  
Sed negat hoc suæ esse æternitatis, si Dauid solius fi-  
lius à perfidis nominetur. Nam Filius Dei est contra  
Hebionem. Filius Dauid est contra Manichæos. Fili-  
us Dei est contra Fotinum. Filius Dauid est contra  
Marcionem. Filius Dei est contra Paullum Samosa-  
tenum. Filius Dauid est contra Valentinum. Filius  
Dei est contra Arrium atque Sabellium gentilis er-  
roris hæredes. Dominus Dauid est contra Iudæos.  
Qui Dei Filium in carne cernentes, hominem tan-  
tummodo impio furore credebant. Tom. 2. lib. 5. de fide, Iudæi.

Cap. 4.

Dicitur hoc (Si recte offeras recte autem non di-  
uidas, peccasti, quiesce) Valentino & Manichæo, qui  
non putauerunt veritatem carnis humanæ à Chri-  
sto esse susceptam. Paullus quoque Samosatenus &  
Basilides in eadem sententiæ sorte numerantur. Tom. 2. lib. 5. de incarnat. dominicæ sacram. Cap. 2.

Aduersus Apollinarem legitima circūspectio est,  
vt consiteamur sicut in forma Dei nihil ei defuit di-  
uinæ naturæ & plenitudinis, sic in illa forma homi-  
nis nihil ei defuisse, quo imperfectus homo iudica-

retur, qui ideo venit vt totum hominem saluum faceret. *Tom. 3. lib. Epist. 6. epist. 40.*

At vbi iste sermo ad aures meas peruenit, statim respondi quòd eū virus infecerit Apollinare, qui nō potest audire quòd Dominus noster Iesus pro nobis seruitutem susceperit in istius corporis susceptione, cūm Apostolus clamet: \* quòd formam serui acceperit. *Tom. 3. lib. 7. Epistolarum, epist. 47. Vide lib. Epistol. 10. epist. 81.*

\* *Philip. 2.*

*V I. Christum mediatorem Dei & hominum esse, & sine illo neminem posse consequi salutem.*

*Christus aduocatus noster apud Deum Patrem.*  
\* *Matth. 25.*

**N**ON est finis labori eius, quia pro omnibus aduocatus noster est apud Patrem, & infirmitates nostras susceperit, & pro nobis dolet & infirmatur, sicut ait: \* Aeger eram & non visitastis me, cuius oculus non fatiatur diuitijs, quia ipse est altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, in quo sunt thesauri mysteriorum cœlestiū. *Tom. 1. lib. de instit. virg. Cap. 11.*

Videte mysterium, venit Dominus noster Iesus Christus ad piscinam, multi ægri iacebant. Et facile ibi multi ægri iacebant vbi vnus tantummodo curabatur. Deinde ait ad illū paralyticum: Descende. Ait ille: Hominem nō habeo. Vide vbi baptizaris. Vnde fit baptisma, nisi de cruce Christi, de morte Christi. Ibi est omne mysteriū, quia pro te passus est. In ipso redimeris, in ipso saluaberis. Hominem, inquit, non habeo, hoc est, \* quia per hominē mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Non poterat descēdere, non poterat saluari qui nō credebat quòd Dominus Iesus carnē suscepisset ex virgine. Hic autē qui operiebatur mediatorē Dei & hominum, hominē Iesum expectās eū de quo dictū est: Et mirret Dominus hominē qui saluos faciat eos, dicebat hominem nō habeo, & ideo ad sanitatē meruit peruenire, quia credebat in aduenientē. *Tom. 4. lib. 2. de sacram. Cap. 2.*

Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominū, homo Christus Iesus.] Dei & Christi vnā significat

*Baptismatis vis & efficacia ex merito Christi dependet.*  
\* *I. Cor. 15.*

*Sine fide in Christum mediatorem, nemo saluari potest.*

cat esse voluntatē in saluādis hominibus: Vnde Deū Patrem, quia ab ipso est omnis auctoritas, vnum esse fatetur, & vñū mediatorē Dei & hominū Christum Iesum. Misus enim à Patre factus arbiter reconciliauit Deum & homines, reformādo eos ad agnitioē eius. Quia enim vnus est Pater & Filius, non persona sed indifferenti natura: vt arbiter esset Dei & hominū, Filius Dei assumpta carne homo natus est, vt mediator Dei & hominū homo esset Christus Iesus, id est, nō sine diuinitate, quia in Deo homo erat, & Deus in homine, vt ex vtroq; esset mediator & vtrumq; reconciliaret in se primū hoc fecit. Nō enim poterat vnitatē Dei custodiens mediator Dei & hominū vocari, quasi alius esset Deus qui dissidentem hominē à Deo in gratiam reuocaret: sed homo qui legem datam non praterirer factus est arbiter intereum qui peccauit, & inter illum qui peccare ignorat, vt hic ignosceret, & homo de cetero in Dei hñde maneret. Tom. 5. in caput 2. Epist. 1. ad Timoth.

Vnus mediator  
noster  
Christus Iesus

VII. Humanitas in Christo qua ratione adoranda.

Sed ne forte propositum aliquos praterfugere videatur exemplum, qua ratione ad incarnationis dominicæ sacramentum spectare videatur quod ait Propheta: \* Adorate scabellum pedum eius, consideremus. Non enim ex vsu hominum æstimare debemus scabellum. Neque enim corporalis Deus, aut non immensus, vt tamquā fulcrum pedibus eius scabellū subiectum putemus. Neque adorandum quicquam prater Deum legimus, quia scriptum est: \* Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs. Quo modo ergo aduersus legem Propheta præciperet sub lege nutritus & eruditus in lege? Non mediocris igitur quæstio, & ideo diligentius consideremus quid sit scabellum. Legimus enim alibi: \* Cælū mihi thronus, terra autem scabellum pedum meorum. Sed nec terra adoranda nobis, quia creatura est Dei. Videamus tamē ne terram illam dicat adorandā Pro-

\* Psal. 98.

Deus corporalis  
non est.

Solus Deus  
adorandus.  
\* Math. 4.

\* Esa. 66.

*Christus in sa-  
cramento Eus-  
charistie ado-  
randus.*

*Apostolorum  
exemplū inui-  
tat oēs Chri-  
stianos ad ad-  
orandū Chri-  
sti corpus in  
Eucharistia.  
\* Lucæ 1.*

pheta quam Dominus Iesus in carnis assumptione suscepit. Itaque per scabellum terra intelligatur, per terram autem caro Christi, quam hodie quoque in mysterijs adoramus, & quā Apostoli in Domino Iesu, vt supra diximus, adorarunt. Neque enim diuinus Christus, sed vnus. Neque cū adoraretur, tamquā Dei filius, natus ex virgine negabatur. Cū igitur incarnationis sit adorandum sacramētum, incarnatio autem opus Spiritus sit, sicut scriptum est: \* Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei: haud dubie etiā sanctus Spiritus adorandus est, quādo adoratur ille qui secundum carnem natus ex spiritu est. Tom. 2. lib. 3. de Spiritu sancto, Cap. 12.

VIII. *Christum passum fuisse secundum humanam naturam, non secundum diuinam.*

*Christus secū-  
dum naturam  
humanam nō  
diuinā passus.*

*\* Psal. 21.*

*\* Galat. 5.*

*\* 1. Pet. 4.*

VThomo (Christus) dubitat, vt homo turbatur. Non turbatur virtus, non turbatur eius diuinitas, sed turbatur anima, turbatur secundū humane fragilitatis assumptionem. Et ideo quia suscepit animam, suscepit & animæ passionem. Nō enim eo quod Deus erat, aut turbari aut mori posset. Denique, \* Deus Deus, inquit, meus, quare me dereliquisti? Vt homo ergo loquitur, meos circumferens metus, quōd in periculis positi à Domino deserere nos putamus. Vt homo turbatur, vt homo flet, vt homo crucifigitur. Sic enim & Apostolus Paulus dixit: \* Quia Christi carnem crucifixerunt. Et alibi Apostolus Petrus ait: \* Christo passo secundum carnem. Caro igitur est passa, diuinitas autem mortis libera, passioni corpus, naturæ humanæ legi concessit. An vero mori diuinitas potest, cū anima non possit? Nolite, inquit, timere eos qui corpus possunt occidere, animam autem non possunt. Si ergo anima occidi non potest,

potest, quomodo diuinitas potest? Tom. 2. lib. 2. de fide, Cap. 3.

Vnde illud quod lectum est, Dominum maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate sua crucifixum putemus: sed quia idem Deus, idē homo: per diuinitatem Deus, per susceptionē carnis homo Iesus ait, Dominus Christus: Dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia confors vtriusque naturæ, id est humanæ atque diuinæ, in natura hominis subiit passionem, vt in discrete & Dominus maiestatis dicitur esse qui passus est, & Filius hominis, sicut scriptū est, qui descendit de cælo. Per naturam igitur hominis & dubitauit & tædruit, & resurrexit. Quod enim cecidit, hoc resurrexit per naturam hominis. Tom. 2. lib. 2. de fide, Cap. 4.

Detestandi Iudæi qui carnem Domini crucifixerunt, detestabiliores tamen eos arbitror, qui diuinitatem Christi cruci subditam crediderunt. Tom. 2. lib. 3. de fide, Cap. 3.

Moriebatur (Christus) secundum nostræ susceptionem naturæ, & non moriebatur secundum æternæ substantiam vitæ, & patiebatur secundum corporis susceptionem, vt suscepti corporis veritas crederetur, & non patiebatur secundum verbi impassibilem diuinitatem quo torius exors doloris est. Denique idem dicebat: \*Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? quia secundum carnem relictus est, qui secundum diuinitatem nec deseri potuit nec relinqui. Idem etiam dicit: Longe à salute mea, verba delictorum meorum, hoc est, non capiatur qui audit, quare me dereliquisti, sed intelligat quod secundum carnem ista dicantur, quæ longe à plenitudine diuinitatis aliena sunt. Aliena sunt enim à Deo verba delictorum, quia aliena sunt & delicta verborum. Sed quoniam delicta aliena suscepti, etiam delictorum alienorum verba suscepti, vt delictum me à Patre Deo esse dicam, qui apud Deum semper sum. \* P'sal. 21.

Erat igitur immortalis in morte, impassibilis in passione.

Quomodo intelligendū sit quod Apostolus ait, Dominus num maiestatis crucifixus.

Impijssima hæresis est, Christi diuinitatem in cruce passam esse qui hunc errorem Musculo & Isebio tribuant, quoad modum annotauit Ericciū lib. 3. de medicatore.

Moriebatur Christus secundum susceptionem nostræ nature, nō secundum vitæ substantiam. Christus immortalis in passione.

\* *Matth. 27.*

sione. Etenim quasi Deū non cepit mortis ærumna, & eundem quasi hominem inferna viderūt. \* Denique emisit spiritum, & tamen quasi arbiter exuendi suscipiendique corporis, emisit spiritum, non amisit, pendebat in cruce, & omnia commovebat. Tremebat in ligno, quem totus tremebat hic mundus. Erat inter supplicia, excipiebat vulnera, & regnum cælesti donabat. Peccatum omnium factus, peccata generis abluēbat humani. Postremo mortuus est. Et secundo & tertio exultans atque ouans dico, mortuus est: vt illius mors vita fieret mortuorum. Sed

*Christus defunctus defunctorum sepulchra referabat.*

nec sepulchrū quidem eius miraculo carer. Nam cū esset vnctus à Ioseph & in eius monumēto sepultus, nouo opere quodam ipse defunctus defunctorum sepulchra referabat. Et corpus quidē eius iacebat in tumulo, ipse autem inter mortuos liber, remissionē in inferno positus, soluta mortis lege donabat. Erat enim caro eius in monumēto, sed virtus eius operabatur è cælo. Ostendebatur omnibus per corporis veritatē, quia nō caro erat verbū, sed caro erat verbi. Caro quidem guttauit mortē, sed impassibilis Dei virtus, & si exiit corpus, nullum de corpore Deo damnū. Cur diuinitati attribuis ærumnas corporis, & infirmum doloris humani diuinæ connectis naturæ?

*Caro Christi gustauit mortem, Dei autē virtus impassibilis fuit.*

*Citantur hæc verba à Gelasio lib. de duabus naturis.*

\* *Ioan. 12.*

\* Nunc anima, inquit, mea turbata est, nō sapientia: Immutabilis enim manebat sapientia, etsi circumdaretur amictu carnis. Nam in illa serui forma erat veri luminis plenitudo, & cū se exinaniuit lumen erat. *Tom. 2. lib. de dominicæ incarnat. sacramento, Cap. 5. Vide plura in hanc sententiam Tom. 2. lib. 1. de fide, Cap. 2. Tom. 5. lib. 4. Commentar. in cap. 4. Lucæ, & lib. 10. Comment. in cap. 12. eiusdem.*

*IX. Christum secundum animam vere descendisse ad inferos, & tamen nihil istic passum.*

**C**Orpus (Christi) iacebat in tumulo, ipse autem inter mortuos liber, remissionem in inferno positus,

fitis, soluta mortis lege donabat.

Et mox:

Mortem tribuitis sapientiæ, de qua abyssus dicit: Non est in me. Mare dicit: Non est mecum. Nō dicit cælum: Non est in me. Nō enim abyssus sed Patri dixit: \* In manus tuas commendo spiritum meum. Ipsa anima & si fuit in abyssus, iam non est, quia scriptum est: \* Quoniam non relinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuū videre corruptionem. *Tom. 2. lib. de dominicæ incarnationis sacramento, Cap. 5.*

\* Luca 23.

\* Psal. 15.

Christi anima in inferno fuit, sed ab inferno detineri non potuit.

Hominum interitum dolens diuina censura, non per seruum vatem, nec per angelum inuisibilem, sed ad hoc per substantiam humanæ carnis, in homine Deus veniens habitauit, vt honestam viuendi formam mortalibus daret, & temporarijs æternam in se credentibus vitam, exemplo suæ mortis ac resurrectionis aperiret. Vt enim incredulitas & simulacrorum cultus, cœli aditum clauferat, ita inferni baratrum præuaricatoribus perfidia procurarat. In quorum supplicijs vsque ad aduētum Saluatoris Domini Iesu Christi, diabolus per mortem regnauit, donec humanæ carnis ad Deum attemperata substantia, immaculatum corpus conditioni mortis addidit. Expers peccati Christus, cū ad tartari ima descendere, feras inferni ianuasque confringens, victas peccato animas mortis dominatione destructa, è diaboli faucibus reuocauit ad vitam, atque ita diuinum triumphum æternis characteribus est conscriptum, dum dicit: \* Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est mors victoria tua? *Tom. 2. lib. de mysterio Pasche, Cap. 4.*

Christus ad ima tartari descendit, vt feras inferni cōfringeret, et animas patriū è diaboli faucibus reuocaret ad vitam.

\* Osee 13.

\* Psal. 87.

Satis ergo claret, & solū Deum nō esse Patrem sine Filio, & solum Deum non intelligi Filium sine Patre. In quo autem factus sit, per os sancti Patriarchæ locutus asseruit dicens: \* Quia repleta est malis anima mea, & vita mea in inferno appropinquauit: Aestimatus sum cū descendentibus in lacū, factus sum sicut



*Anima Christi  
sibi non diuini-  
tas repleta est  
malis.*

sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Ethic  
sicut homo, inquit, non sicut Deus, factus sum. Et re-  
pleta est malis anima mea. Anima utique, non diui-  
nitas. Factus est in eo in quo erat infernus debitus,  
factus est in eo in quo cum alijs estimatur, diuinitas  
enim similitudinem collationis abiurat, & tamen in  
ipsa carne morti obnoxia maiestatem aduerte diui-  
nitatis in Christo. Et si factus est sicut homo & sicut  
caro factus est, tamen inter mortuos liber, & liber  
sine adiutorio. Sed quomodo hic sine adiutorio fu-  
isse se Filius dicit, cum supra dictum sit: \* Posui adiu-  
torium super potentem? Ergo & hic distingue natu-  
ras. Adiutorium caro habet, diuinitas non habet.  
Liber igitur est qui mortis vincula nesciuit, non ca-  
ptus ab inferis, sed qui operatus sit in infernis: sine  
adiutorio est, quod non per nuncium, neque legat-  
um, sed ipse per se Dominus saluum fecit populum  
suum. Tom. 2 lib. 3. de fide, Cap. 3.

\* Psal. 88.

*Christus in  
inferno nihil  
passus est, sed  
diuinam suam  
maiestatē istic  
ostendit.*

Prope es Domine, & omnia præcepta tua veri-  
tas.] Denique Dauid sciens illum vbi que esse, & im-  
plere cælum & terram & maria, ait: \* Quò ibo à spi-  
ritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in  
cælum, tu ibi es: si descendero in infernum, ades. Si  
fumero pennas meas ante lucem, & habitem in no-  
uissimo maris, etenim ibi manus tua deducet me, &  
tenebit me dextera tua. Quàm cito significauit vbi-  
que Deum esse: & vbi est Dei spiritus, ibi Deum esse:  
& vbi est Deus, ibi spiritum Dei esse præsentem. Quo  
loco indiuidua copula Trinitatis expressa est. Siqui-  
dem hæc per os Prophetæ locutus est Dei Filius in  
persona hominis locutus, qui per incarnationem de-  
scendit in terras, per resurrectionem ascendit in cœ-  
lum, per corporis mortem penetrauit infernum, vt  
solueret alligatos. Tom. 4. Sermon. 19. in Psal. 118.

*Christus pene  
trauit mortē  
vt solueret al-  
ligatos.*

X. Christum in infernum descendisse vt  
inde animas beatorum eriperet.

Propter

**P**ropter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatē, dedit dona hominibus.] Hoc scriptum est in psalmo sexagesimo septimo. **D**ona tamen hæc post triumphos cœpit largiri. Vincēs est enim mortem exaltatus in cruce, sicut ipse dixerat. Ait enim: \*Cū exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad me. Exspoliavit inferos, cū captiuos quos ex præuacatione Adæ, aut proprijs captos peccatis, in conditione tenebant, abstulit consentiētes sibi, & ascendēs inde in cœlos induxit. Ex quibus aliquanti resurgentes in corporibus, multis apparuerunt ad testimonium euictę mortis, vt qui forte Christi resurrectionem credituri nō essent, ex horum resurrectione quos mortuos scirent, rei fierent. Hos enim viderunt quos cōgnoscerent dudum vixisse: quamuis captiui inuiti & alieni ducantur, Saluator tamen & suos duxit & volūtarios. Apparentia enim sua dum lacessit desiderantes liberari, cepisse dicitur. Quōd autem ascendit, quid est nisi quia etiam descendit in inferiora terræ.] Verum est, quia ideo descendit, vt ascenderet, non sicut hominēs qui ad hoc descenderunt vt illic remanerent. Ex sententia enim tenebantur apud inferos, quæ sententia Saluatorem tenere non poterat, quia vicit peccatum. Triumphato ergo diabolo descendit in cor terræ, vt ostensio eius prædicatio esset mortuorum, vt quotquot cup di eius essent, liberarentur. Nec poterat non ascēdere, qui ad hoc descenderat, vt vi potestatis suæ calcata morte, cum captiuis quorum causa pati se permisit, resurgeret. *Tom. 5. in cap. 4. Epistola ad Ephesios.*

\* Ioan. 12.

*Infernū Christi  
suis exspoliauit.*

## CAPVT QVINCTVM

### De Spiritu sancto.

#### I. Spiritum sanctum esse Deum.

**S**ed ipse Petrus, in eo quod proposuimus exemplo, præmisit Spiritum sanctum, & postea dixit  
Spiri-

\* Act. 5.

Beatus Petrus  
Apostolus cōfite-  
tetur Spiritū  
sanctum Deū  
esse.

Spiritum Domini. Sic enim habes: \* Anania, cur int-  
pleuit satanas cor tuum ad mētiendum Spiritui san-  
cto, vt fraudem faceres de pretio agri? Nōne ma-  
nens tibi manebat, & venditum in tua erat potesta-  
te? Quare posuisti in corde tuo hoc scelus? Non es  
hominibus mentitus, sed Deo. Et subter ad vxorem,  
ait: Quod vtique conuenit tentare Spiritum Domi-  
ni? Primum intelligimus, quia Spiritum sanctum,  
Spiritum Domini dixit: Deinde cūm prēmiserit  
Spiritum, & addiderit, non es hominibus mentitus,  
sed Deo: necesse est in Spiritu sancto, aut vt vnita-  
tem diuinitatis esse intelligas: quoniam cūm Spiritu  
tentatur, Deus fallitur. Aut si vnitatem diuini-  
tatis conaris excludere secundum Scripturæ verba,  
ipse vtique Spiritum Domini credis. Si enim & de  
Spiritu expressum intelligimus & de Patre, in Deo  
vtique Patre & Spiritu sancto veritatis scientiæ ad-  
uertimus vnitatem, quia similiter à sancto Spiritu  
sicut à Deo Patre mendacium deprehēditur. Quod  
si vtrumq; de Spiritu accipimus, cur quod legis per-  
fide negare conaris? Aut igitur vnitatem diuinitatis  
Patris & Filij & Spiritus sancti, aut diuinitatem san-  
cti Spiritus in Patre & Filio confitere, vtrum dixeris  
in Deo, vtrumque dixisti, quia & vnitas diuinita-  
tem astringit & diuinitas vnitatem. *Tom. 2. lib. 3. de Spiritu  
sancto, Cap. 10.*

Nec solum hoc loco euidenter sancti Spiritus Deo-  
tate, hoc est, diuinitatem Scriptura testatur, sed etiā  
ipse Dominus dixit in Euangelio: Quoniam Deus  
Spiritus est. Quem locum ita expressè Arriani testi-  
ficamini esse de Spiritu, vt eum de vestris codicibus  
auferatis, atque vtinam de vestris & non etiam de  
Ecclesiæ codicibus tolleretis. *Tom. 2. lib. 3. de Spiritu  
sancto, Cap. 11.*

Quattuor Deo Ad summam tamen, vt in fine quæ disperse dicta  
propria sunt, sunt, expressius colligamus, cūm ex ceteris, tum ex  
eas; in Spiritū quattuor istis præ ceteris manifesta diuinitatis glo-  
sanctū cadūt, ria comprobatur. Deus enim ex eo cognoscitur, aut  
quia

quia sine peccato est, aut quia peccata condonat, aut quia creatura nō est, sed creator est, aut quia nō adorat sed adoratur. Sine peccato itaque nemo est, quia nemo sine peccato nisi vnus Deus. Peccata quoque nemo condonat, nisi vnus Deus, quia æque scriptum est: \* Quis potest peccata donare nisi solus Deus? Creator quoq; omnium nō potest esse nisi qui creatura non est, qui creatura autem nō est, sine dubio Deus est, quia scriptum est: \* Seruierunt creatura potius quàm creatori, qui est Deus benedictus in secula. Deus quoque non adorat, sed adoratur, quia scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Consideremus ergo vtrum horū aliquid habeat Spiritus sanctus, quæ testimonium adferant diuinitatis. Primum igitur de eo tractemus, quia nemo sine peccato nisi vnus Deus. Exigamus vt doceant quōd peccatum habeat Spiritus sanctus. Sed docere non possunt, & auctoritatem requirunt, vt lectione doceamus, quia nō peccauit Spiritus sanctus, sicut de Filio lectum est, quia peccatum non fecit. Et hoc accipiant scripturarum auctoritate nos docere. Scriptum est enim: \* Quia in sapientia est Spiritus intelligentiæ, Spiritus vnicus, multiplex, subtilis, bene mobilis, discretus, immaculatus. Immaculatus dicit Scriptura: Nūquid mentita est de Filio, vt de Spiritu credas esse mentitā? Dixit enim Propheta in eodem loco de sapientia, quia nihil maculosum in illā incurrit. Ipsa immaculata est, & immaculatus eius est Spiritus. Ergo si peccatū non habet Spiritus, Deus est. Sed quomodo reus potest esse peccati qui donat ipsa peccata, & peccatum non fecit? Et quia sine peccato est, creatura non est. Omnis enim creatura peccatorū capacitati obnoxia est, sola autē est à peccato immunis & immaculata sempiterna diuinitas. Nūc videamus vtrū peccata donet Spiritus. Sed hinc dubitari nō potest, cum ipse Dominus dixerit: \* Accipite Spiritum sanctū: quorum remisistis peccata remissa erūt. Ecce quia per Spiritum sanctū peccata donantur.

\* Luca 5.

\* Rom. 1.

*In Spiritū san-  
ctum nullū co-  
dit peccatum.*

\* Sapien. 7.

*Spiritus san-  
ctus peccata  
remitit.*

\* Ioan. 20.

Remittit Spiritus sanctus donantur. Homines autem in remissionem peccatorum ministerium suum exhibent, non ius alicuius potestatis exercent. Neque enim in suo, sed in Patris & Filij & Spiritus sancti nomine peccata dimittuntur ex Christi instituto et tur. Isti rogant, diuinitas donat: humanum enim ob homines, sed sequimur, sed munificentia supernæ est potestatis. In baptismo quoque peccata donari non est ambiguū. In baptismo autem operatio Patris & Filij & Spiritus sancti est. Ergo si peccatum non habet Spiritus, cum scriptum sit: \* Quis potest dimittere peccata nisi vnus Deus? utique qui non potest etiam à Dei potestate secerni. Si autem à Dei non secernitur potestate, quomodo à Dei appellatione secernitur? Videamus nūc vtrum creatura sit, an creator. Sed cum supra creatorem euidentissime probauerimus, quia scriptum est: Spiritus diuinus qui fecit me: & innouari faciem terræ per Spiritum, & sine Spiritu facefere omnia declaratum sit: apparet Spiritū esse creatorem. Sed quis hoc dubitet, quādo sicut supra ostendimus, ne Domini quidem ex virgine assumpta generatio, quæ præstantior omnibus creaturis est, operationis exfors sit spiritalis? Non ergo creatura Spiritus, sed creator est, qui autem creator, non utique creatura. Et quia creatura nō est, sine dubio creator est omnium qui Patri & Filio cooperator est in omnibus. Si autem creator, utique dicendo Apostolus, in condemnationem gentilitatis, quia seruiuerunt creaturæ potius quàm creatori qui est Deus benedictus in secula: suadendo quoque vt supra docuimus, seruiendum esse Spiritui sancto, & creatorem ostendit, & quia creator est Deum appellari debere demonstrauit. Quod etiam in epistola quæ ad Hebræos scripta est, comprehendit dicens: \* Quoniam qui omnia creauit Deus est. Aut dicant igitur quid sit quod sine Patre & Filio & Spiritu sit creatū, aut Spiritum quoque vnus cum Patre & Filio deitatis esse fateantur. Adorandum quoque docuit, quem Dominum & Deum dixit. Qui enim Deus vnaueritatis &

\* Mar. 2.

Spiritus sanctus non creatura est, sed creator omnium.

\* Hebr. 3.

Spiritus sanctus adorari debet.

Dominus,

Dominus, utiq; ab omnibus adorandus est. Sic enim scriptum est: \* Dominum Deum tuum adorabis, & \* *Matth. 4.* ipsi soli seruias. Aut dicant ubi legerint, quia adorat Spiritus. Dicitur enim de Dei Filio: \* Adoret eum omnes Angeli eius. Non lectum est adoret Spiritus. Quomodo enim potest adorare, qui non inter famulos & ministros est? Sed cum Patre & Filio seruitia habet subiecta institorum, quia scriptum est: \* *Hebr. 1.* Spiritui Dei seruimus. Adorandus igitur est nobis, cui seruiendum à nobis Apollolus docuit. Cui autem seruimus huc & adoramus. Iuxta quod scriptum est, ut eadem sæpe repetamus, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias, quamquam & hoc non prætermiserit Apollolus, quin & Spiritum diceret adorandum. Cum enim docuerimus quia Spiritus in Prophetis est, nec hoc quisquam possit ambigere, quia per Spiritum prophetia datur, utique cum adoratur qui in Prophetis est, idem Spiritus adoratur. Itaque sic habes: \* Si conueniat vniuersa Ecclesia \* *1. Cor. 14.* in vnum & omnes linguis loquantur, intret autem idiota aut infidelis, nonne dicent quod insanitis? Sin autem prophetent omnes, intret autem idiota aut infidelis, cõuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus. Occulta etiam cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum pronuncians quod vere Deus sit in vobis. Deus est ergo qui adoratur, Deus qui manet & qui loquitur in Prophetis, manet autem & loquitur Spiritus. Ergo & Spiritus adoratur. *Tom. 2. lib. 3. de Spiritu sancto, Cap. 19.*

An negas etiam Dominum maiestatis esse Spiritum sanctum, cum Dominus maiestatis sit crucifixus, quia natus est de Spiritu sancto & virgine Maria, quia non alter Christus, sed vnus est, & ante secula ex Patre, ut Dei Filius natus, & in seculo, ut homo carnis assumptione generatus. Quid autem dicam, quia sicut Pater & Filius, ita etiam Spiritus immaculatus est & omnipotens, quia Græce *πνεῦμα ἁγίου, ἁπλοῦς καὶ ἰσοκύριον*, Salomon dixit, eo quod omnipotens

*Spiritus sanctus immaculatus est & omnipotens.*

\* Sap. 7.

& speculator sit omnium, sicut lectum esse \* in libro Sapientiæ, supra est demonstratum. Ergo & Spiritus in honore est & in maiestate. Intuere nunc, ne quid eum forte non deceat, aut si tibi displicet Arriane, detrahe eum de Patris Filijque consortio. Sed si detrahere volueris, eolum supra te verti videbis, quia virtus eorū omnis ab Spiritu est. Si detrahere volueris, in Deum tibi prius mittenda est manus, quia Deus Spiritus. Sed quomodo detrahes eū, qui alta scrutatur Dei? Tom. 2. lib. 3. de Spiritu sancto, Cap. 23.

## II. Spiritum sanctum à Patre Filioque procedere.

*Similis ostēdit Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere.*

**S**icut ex Patre generatur Filius, & ex Patre Filioque procedit Spiritus sanctus: ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his item ambobus procedit memoria, sicut facile à sapiente quolibet intelligi potest. Tom. 4. lib. de dignitate humanae condit. Cap. 2.

\* Esaiæ 6.

Dixit Esaias, \* Quia missum est ad me vnum de Seraphim. Et Spiritus quidem missus dicitur, sed Seraphim ad vnum, Spiritus ad omnes. Seraphim mittitur in ministerium, Spiritus operatur mysterium. Seraphim quod iubetur exsequitur, Spiritus quod vult diuidit. Seraphim de loco ad locum transit: non enim complet omnia, sed ipsum repletur ab Spiritu. Seraphim descendit cum aliquo secundum naturam suam transitu. At vero de Spiritu sancto hoc non possumus æstimare? De quo dicit Filius Dei: \* Cū venerit, inquit, paracletus Spiritus veritatis, quem ego mitto vobis qui à Patre procedit. Etenim si de loco procedit Spiritus, & ad locum trāsit: & ipse Pater in loco inuenitur, & Filius. Si de loco exit quem Pater mittit, aut Filius: utique de loco trāsiens Spiritus atque progrediens, & Patrem sicut corpus secundum impias interpretationes relinquere videtur & Filium. Hoc secundum eos loquor qui putant quod habeat Spiritus descensorium motum. Sed neque in loco aliquo Pater circumferibitur, qui est super

*Spiritus non mouetur secundum locum, et tamen recte dicitur à Patre procedere.*

\* Ioan. 15.

per omnia non solum corporeæ naturæ, sed etiam inuisibilis creaturæ. Neque Filius suorum operum locis temporibus concluditur, qui super omnem est creaturam, totius opifex creaturæ. Neque Spiritus veritatis, utpote Dei Spiritus, circumscribitur aliquibus finibus corporalibus: qui cum sit incorporeus, omnem intelligibilem substantiam creaturæ inenarrabili diuinitatis plenitudine supereminet, spirandi ubi velit, & inspirandi quomodo velit, habens super omnia potestatem. Nō ergo quasi ex loco mittitur Spiritus, aut quasi ex loco procedit quādo procedit ex Filio, sicut ipse Filius cum dicit: \* De Patre processi & veni. Omnes interfecit opinioniones quæ ex loco ad locum possunt, sicut in aliquibus corporalibus æstimari. Similiter cum aut intus aut foris legimus Deum esse, nō utique Deum aut intra aliquod corpus includimus, aut ab aliquo corpore separamus: sed alta hoc & inenarrabili æstimatione, pensantes diuinæ naturæ intelligimus arcanum. Denique ita Sapientia ex ore altissimi prodisse se dicit, ut non extra Patrem sit, sed apud Patrem, quia verbum erat apud Deum. Nec solum apud Patrem, sed etiam in Patre. Dicit enim: Ego in Patre, & Pater in me est. Sed neq; cum de Patre exit, de loco recedit, aut quasi corpus à corpore separatur. Neq; cū Patre est quasi in corpore tamquā corpus includitur. Spiritus quoque sanctus cum procedit à Patre & Filio, non separatur à Patre, nō separatur à Filio. Quemadmodum enim separari potest à Patre qui Spiritus oris eius est: Quod utique & æternitatis indicium, & diuinitatis exprimit vnitatem. Est ergo & manet semper qui oris est Spiritus. Sed descendere videtur etiam, cum illum recipimus ut habitet in nobis, ne nos simus à gratia eius alieni. Nobis descendere videtur, non quo illo descendat, sed quo ad illum animus noster descēdat. De quo plenius diceremus, nisi meminissimus in libris iam superioribus positū quod & Pater dixerit: \* Descendamus & confundamur \* Gen. 1.



\*Ioan. 14.

linguas eorum. Et Filius dixerit: \* Qui diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Sic igitur venit Spiritus, quemadmodum venit Pater, quia ubi Pater est ibi est & Filius, & ubi Filius est, ibi est & Spiritus sanctus. Non ergo discrete venire æstimandus est Spiritus sanctus. Venit autem non de loco ad locum, sed à dispositione constitutionis ad salutem redemptionis, à gratia viuificationis ad gratiam sanctificationis, vt de terris ad cælum, de iniuria ad gloriam, de seruitio ad regnum transferat. Tom. 2. lib. 1. de Spiritu sancto, Cap. 10.

Quomodo  
ad quid Spiritus  
procedat.

## CAPVT SEXTVM De Ecclesia.

### 1. Ecclesiam esse vnam, sanctam & Catholicam, id est, Romanam.

Ex omnibus  
orbis partibus  
Ecclesia Christi  
congregata est.

**N**ouit aqua & congregari, & timere, & fugere, quando Deus præcipit. Hanc imitemur aquam, & vnam congregationem Domini, vnam Ecclesiam nouerimus. Congregata est hic quondam aqua ex omni valle, ex omni palude, ex omni lacu. Vallis est hæresis, vallis est gentilitas, quia Deus montium est, non vallium. Deniq; in Ecclesia exultatio est, in hæresi & gentilitate fletus & mæror. Vnde ait: \* Disposuit in conualle fletus. Ex omni igitur valle congregatus est populus Catholicus. Iam nõ multæ congregationes sunt, sed vna est congregatio, vna Ecclesia. Dicitur est & hic: Congregetur aqua ex omni valle, & facta est congregatio spiritalis, & factus est vnus populus: ex hæreticis & gentilibus repleta Ecclesia est. Vallis est scena, vallis est circus: vbi currit mendax equus ad salutem, vbi humilis & abiecta contetio, vbi litium fœda deformitas. Ex his igitur, qui circo inhærere consueverant,

\*Psal. 83.

rant, fides creuit Ecclesia, quotidianus cœtus auge-  
tur. *Tom. 4. lib. 3. Hexaemeron, Cap. 1.*

Erant ambo iusti ante Deum incedentes in omni-  
bus mandatis & iustificationibus Domini sine que-  
rela. Quid ad hoc referunt, qui peccatis suis solaria  
præferentes, sine peccatis frequentibus hominē pu-  
tant esse non posse, & vtuntur versiculo, quia scriptū  
est in Iob: \* Nemo mundus à sorde, nec si vnus diei

vita sit in terra, numerosi menses eius ab ipso? Qui-  
bus respondendum est, prius vt quid sit hominem si-  
ne peccato esse, definiat, vtum numquam omnino  
peccasse, an desisse peccare. Si enim hoc putant, si-  
ne peccato esse, desisse peccare, & ipse consentio.

\* Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei. Sin-  
autem eum qui veterem errorē correxerit, & in eam  
se vitæ transformauerit qualitatem, vt temperet à  
peccato, negant abstinere delictis, non possum in  
eorum conuenire sententiam, cum legamus: \* Quia

sic Dominus dilexit Ecclesiam, vt exhibeat sibi ipse  
gloriosam, & non habentem maculā aut rugam, aut  
aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.

Nam cum Ecclesia ex gentibus, hoc est, ex peccato-  
ribus congregata sit, quomodo ex maculatis imma-  
culata potest esse, nisi primo per Dei gratiam, quod  
abluta à delicto sit, deinde quod per qualitatem nō  
peccandi abstinere à delictis? Ita nec ab initio im-  
maculata: (humanæ enim hoc impossibile est natu-  
ræ) sed per Dei gratiam, & qualitatem sui, quia iam  
non peccat, fit vt immaculata videatur. *Tom. 5. lib. 1.*  
*Comment in 1. cap. Lucae.*

*Ecclesia cū ex  
peccatoribus  
collecta sit,  
quo modo im-  
maculata esse  
et dici possit.*

Aduocauit (Satyrus Ambrosij frater) ad se Epi-  
scopum, nec vllam veram putauit nisi veræ fidei gra-  
tiam, percūctatusque ex eo est vtum nam cum Epi-  
scopis Catholicis, hoc est, cum Romana conueniret  
Ecclesia, & forte & ad id locorum in schismate regi-  
onis illius Ecclesia erat. *Tom. 3. in oratione funebri de  
obitu fratris.*

*Ecclesia Ro-  
mana Catho-  
lica est.*

## II. Ecclesiam non posse deficere.

*Ecclesia instar lune obscura* **E**cclesia tempora sua habet, persecutionis videlicet & pacis. Nam videtur sicut luna deficere, sed non deficit. Obumbrari potest, deficere non potest: quia aliquotum quidem persecutionibus discessione minuitur, vt Martyrum confessionibus impletur, & effusi pro Christo sanguinis clarificata victorij, maius deuotionis suæ & fidei toto orbe lumen effundat. Tom. 4 lib. 4. Hexaameron Cap. 2. Vide & Cap. 12 lib. 3. Hexaameron.

Adhuc quid subiungat, audite. Et semitas, inquit, nauigantis. ] Nauem adæque Ecclesiam debemus similis est, ac accipere in salo mundi istius constitutam, quæ cretationum vbris ventorum fluctibus, id est, tentationum plagis ac procellis & verberibus fatigatur, quam turbidi fluctus, id vexari potest, est, huius seculi potestas conatur ad saxa perducenaufragij sus re. Quæ etsi vndarum fluctibus aut procellis saepe stinere non potest. vexatur, tamen nunquam potest sustinere naufragium, quia in arbore eius, id est, in cruce Christus erigitur, in puppi Pater residet gubernator. Proram paracletus seruat Spiritus. Hanc per angusta huius mundi freta duodeni in portum remiges ducunt, id est, duodecim Apostoli, & similis numerus Prophetarum. Inde Montani antra larratu falsi carminis resonant, qui duabus sceminis Prophetissis Priscillæ & Maximillæ tamquam alicuius Scyllæ rabidis succinctus est canibus. In ista naue Ecclesiæ ea feliciter præterimus. Inde in Fotinianam Charybdim nõ incidimus. Inde nullo modo in illud baratrum, quasi Dathan & Abiron, id est, in profundum mortis Vrsacij & Valentis non incurrimus. Inde Arrium architratam, qui nos per mare seculi ad instar Pharaonis insequitur, non timemus, illam stellam seruantes in celo quæ \* Magos perduxit ad Christum, per quæ nos regnum Dei, qui omnium malorum futurus est portus, expectat. Inde numquam nos de hac naui Ecclesiæ præcipitatus Marcion cetus ille absorbit. Inde Sabellius pirata non cepit. Inde nobis Aquilo nocere

*In arbore nauis Ecclesie*  
Christus erigitur, in puppi Pater residet gubernator.  
Prorã seruat Paracletus.

*Apostoli & Prophetæ remiges Ecclesie*  
Ecclesie qui pirata insequuntur.

\* Matth. 2.

nocere non poterit, quāuis inde sint Antichristi violenta flabra ventura, sicut scripsum est: \* Ex Aquilone exardescunt mala. Inde Syrtis gentilium, & periculosas hæreses, & scopulos euitamus, quos superiacens aq̄e tenuis occultat allapsus, quia hæretici sub prætextu nominis Christiani absconsa perfidiæ saxa fallaci confessione oris obducunt, in quæ homines, dum illis quòd Christiani sint fides adhibetur, impingunt. Hæc ergo nauis Ecclesia est, quæ etsi quotidie seculum istud tamquam aliquod pelagus fortitur infestum, numquam eliditur ad saxum, nec mergitur ad profundum. *Tom. 4. lib. de Salom. Cap. 4.*

Omne regnū in seipsum diuisum desolabitur. [Fid. Regnum Ecclesie Iudaicæ plebis se impugnat, & impugnādo diuisa propter vniuersum dicitur, diuidendo dissoluitur. Et ideo regnū Ecclesie tantæ fidei permanebit in æternum, quia indiuidua fides, corpus est petuum erit. Vnus enim Dominus, vna fides, vnum baptismum, vnus Deus, & Pater omnium: qui super omnes, & per omnes, & in omnibus. *Tom. 5. lib. 7. Comment. in cap. 11. Lucæ.*

III. Ecclesiam ex bonis malisque hominibus constare.

Domine Iesu ad Ecclesiam tuam totus adueni, quoniam Nouatianus excusat. Nouatianus dicit: \* Iuga bouum emi, qui iugum Christi suaue non suscipit, & onus graue collo imponit suo, quod portare non queat. Nouatianus seruos tuos à quibus inuitabatur tenuit, & cõtumelia affectos occidit, quos iterati baptismatis habe inquinauit. Mitte ergo ad exitus viarum, & collige bonos & malos, & debiles & cæcos & claudos introduc in Ecclesiam tuam. lube impleatur domus tua, introduc omnes ad cœnam tuam, quia quem tu vocaueris, dignum facies si sequatur. Ille sane rejicitur qui non habuerit vestem nuptialem, hoc est, amictum caritatis, velamen gratiæ. Mitte, inquam, ad vniuersos, non excusat

*Christus ois generis homines in Ecclesiam introduci iubet.*

*Ecclesia Christi* Ecclesia à cœna tua. Excusat Nouatianus Non dicitur *tu* inquit, familia tua, Sana sum, medicum non requiro: sed dicitur *Sana sum, sed* cit: \*Sana me Domine, & sanabor: salua me & salua Sana me Do- bor. Denique Ecclesiæ tuæ species est in illa quæ acci- mine & sana- cessit retro & tetigit simbriam vestimenti tui, dicēs intra se: \* Quia si tetigero vestimentum eius, salua eio. Hæc ergo Ecclesia confitetur vulnera sua, hæc

\* Hiero. 17. *Ecclesiæ ima-* curari cupit. Tom. 1. lib. 1. de Penitentia, Cap. 6.

*go est mulier* Particeps ego sum omnium timentium te, & custodia-  
*euangelica san-* stodientium mandata sua. ] Si fugiam iniquitatem, particeps Christi sum: quia Christus iusticia est. Beatus qui hoc potest dicere: Sicut enim membrum particeps esse dicimus totius corporis, sic coniunctum omnibus timentibus Deū, qui non dicat alteri, Non es de corpore meo: hoc est, non dicat pauperi diues, non ignobili nobilis, non ægro sanus, non fortis debili, non imperito sapiens dicat: Non estis mihi necessarii, particeps corporis Christi est, quod est Ecclesia. Sed qui sciat, quod hi videntur in Ecclesia debiles, pauperes, imprudentes, & iā peccatores, abundantiori indigeant honestate, & maiori præsidio succiendi sint? Qui hoc nouerit ipse potest dicere. Particeps ego sum omnium timentium te. Qui compatiatur magis huiusmodi hominibus, quàm fastidiat eos: compatiatur infirmis, vt sciat quod vnum corpus omnes sumus, & membris membra connexa, vt alterum sine altero esse non possit: & cum alterum dolet, compatiatur alteri. Iste ergo recte potest vsurpare huius vocis auctoritatem. Tom. 4. Sermon. 3. in Psal. 118.

\* Matth. 9.

*Peccatores in Ecclesia tolerandi.*

*Apostolus Paulus agnoscit in Ecclesia esse non bonos tantum, sed et malos.*

In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam in honorem, quædam autem in contumeliam ] Hoc dicto significauit in Ecclesia diuersos esse homines. Quosdam bonos & summos viros, quos in auro intelligi vult. Quosdam bonos tantum, quos in argento designat. Alios vero non bonos, quos vasa lignea & fictilia appellat, quod nulli ambiguum puto. Nam

in Corinthiorum hoc Ecclesia probat frequens sermo obiurgantis Apostoli. Nunc autem in Ecclesia nostra palam est, & in templo Hierosolymis, in quo typus erat Ecclesiæ, manifestis lectionibus approbatur. *Tom. 5. in cap. 2. Epist. 2. ad Timoth.*

IIII. Nullam esse extra Ecclesiam spem salutis, & hereticos ac schismaticos in Ecclesia non esse, quamquam fidem de Christo rectam, & sacramenta videantur habere.

**H**omo quidam habuit duos filios, & dixit illi adolescentior: Da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. ] Vides quod diuinum patrimonium petentibus datur, nec putes culpam patris quod adolescentiori dedit, nulla Dei regno infirma ætas, nec fides grauat annis. Ipse certe se iudicauit idoneum qui poposcit. Atque vitium non recessisset a patre, impedimentum nescisset ætatis. Sed posteaquam peregre profectus est, cepit egere. Merito ergo prodegit patrimonium, qui recessit ab Ecclesia. *Tom. 5. lib. 7. Comment. in cap. 15. Luca.*

*Filius prodigus representat imaginem eorum qui ab Ecclesia diuortium faciunt.*

Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa quærens requiem & non inueniens. ] Hoc de Iudæorum plebe dictum ambigui non potest, quam Dominus a regno suo in superioribus segregauit. Vnde omnes quoque hereticos & schismaticos a regno Dei, & ab Ecclesia intellige separatos. Et ideo non Dei, sed immundi spiritus omnis schismaticorum hæreticorumque liquide claret esse conuentus. *Tom. 5. lib. 7. Comment. in cap. 11. Luca.*

*Heretici & schismatici ab Ecclesia et regno Dei sunt separati.*

Aduocauit (Satyrus Ambrosij frater) ad se Episcopum, nec ullam veram putauit nisi veræ fidei gratiã, percunctatusque ex eo est vtrum nam cum Episcopis Catholicis, hoc est, cum Romana Ecclesia conueniret, & forte & ad id locorum in schismate regionis illius Ecclesia erat. Lucifer enim se a nostra tunc temporis communionem diuiserat, & quamquam pro fide

*Satyrus Am-* exfulasser, & fidei suæ reliquisset hæredes, non pu-  
*brosij frater* tavit tamen fidem esse in schismate. Nam etsi fi-  
*veram fidem* dem erga Deum tenerent, tamen erga Dei Eccle-  
*apud schisma-* siam non tenerent, cuius patiebantur velut quos-  
*zicos esse ne-* dam artus diuidi, & membra lacerari. Etenim  
*gat, etsi in De-* cum propter Ecclesiam Christus passus sit, & Chri-  
*um credant.* sti corpus Ecclesia sit, non videtur ab his exhibe-  
 ri Christo fides, à quibus euacuatur eius passio,  
 corpusque distrahitur. Tom. 3. in oratione funebri de  
 obitu fratris.

V. Ecclesia spirituales datas clau-  
 soluendi & ligandi.

*Nouatiani fa-* **S**Ed aiunt ( Nouatiani ) se Domino deferre re-  
*culatam re-* potestatem referunt : imo nulli maiorem iniuri-  
*mittendi pec-* am faciunt, quàm qui eius volunt mandata rescin-  
*cata Sacerdo-* dere, commissium munus refundere. Nam cum  
*tribus cõcessim* ipse in Euangelio suo dixerit Dominus Iesus : \* Ac-  
*negarunt.* cipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis pec-  
 \* Ioan. 20. cata, remittuntur eis : & quorum retinueritis de-  
 tenta erunt. Quis est ergo qui magis honorat, vtrum  
 qui mandatis obtemperat, an qui resistit? Eccle-  
 sia in vtroque seruat obedientiam, vt peccatum &  
 alliget, & relaxet. Hæresis in altero immitis, in al-  
 tero inobediens, vult ligare quod non resoluat, non  
 vult soluere quod ligauit, in quo\* se sua damnat sen-  
 tentia. Dominus enim par ius & soluendi esse vo-  
 luit & ligandi, qui vtrumque pari conditione per-  
 misit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi  
 habet. Sicut enim secundum domini cam senten-  
 tiam, qui ligandi ius habet, & soluendi habet : ita  
 istorum assertio seipsam strangulat, vt quia soluendi  
 sibi ius negant, negare debeant & ligandi. Quo-  
 modo igitur potest alterum licere, alterum non li-  
 cere? Si quibusdam datum vtrumque est licere, aut  
 vtrumque non licere, certum est Ecclesie vtrumque  
 licere, hæresi vtrumque non licere. Ius enim hoc so-  
 lis

*aliàs,*  
 \* se suamquæ  
 damnat sen-  
 tentiam.

*In sola Eccle-*  
*sia Christi,*  
*quæ legitime*  
*vocatus Sa-*

lis permissum Sacerdotibus est. Recte igitur Ecclesia vindicat, quæ veros Sacerdotes habet, hæresis vindicare non potest, quæ Sacerdotes Dei non habet. *Sacerdotes hæbet, remissio peccatorum exspectari debet*

Tom. 1. lib. 1. de Penitentia, Cap. 2. Tu (Domine) dicis Petro excusanti, ne ei pedes lauares: \* Nisi lauero tibi pedes, nõ habebis partem mecum. Quod ergo isti (Nouatiani) possunt consortium tecum habere, qui clauces regni non suscipiunt, negantes quod dimittere peccata debeant? Quod quidem recte de se farentur: non habent enim Petri hæreditatem, qui Petri fidem nõ habent, quam im-  
*Novatiani nõ potuerunt peccata remittere, cum nõ haberent Petri hæreditatem.*

iam in Ecclesia donari peccata negant posse, cū Petro dictum sit: \* Tibi dabo clauces regni cœlorum, & quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque solueris super terrã, erunt soluta & in cœlis. Cùm & ipse vas electionis dominica dicat: \* Si cui autẽ quid donastis, & ego. nam & ego quod donauit propter vos in persona Christi. Cur igitur Paullum legunt, si eum tam impie arbitrantur errasse, vt ius sibi vindicaret Domini sui: sed vindicauit acceptum, non vsurpauit indebitum. *Matth. 16. \* 2. Cor. 2. Paullus minus remittẽdum peccata vsurpauit.*

Tom. 1. de Penitentia, Cap. 6. Vide enarraionem Psalmi 38. sub finem.

V I. Penes Ecclesia Praefectos, spirituales potestatem excommunicandi esse.

Hæc est humilitas, si nihil sibi quis arroget, sed inferiorem se esse existimet. Episcopus vt membris suis vtatur clericis, & maxime ministris qui sunt vere filij, quem cuique viderit aptum muneri, ei deputer. Cum dolore amputatur etiam quæ putruit pars corporis, & diu tractatur si potest sanari medicamentis: si non potest, tunc à medico bono abscinditur. Sic Episcopi affectus boni est, vt optet sanare infirmos, serpentina auferre vlcera, adurere

*Episcoporum est peccatores à Christi corpore separare.*



adurere aliqua, non abscindere, postremo quod sanari non potest cum dolore abscindere. *Tom. 1. lib. 2. Officiorum, Cap. 27.*

*Apostolus Corinthis in castitatem suam a se delum communi-  
one remouit* Venit (Apostolus) in virga, quia à communione sacra conuictum remouit. Et bene dicitur tradita tanæ, qui separatur à Christi corpore. Venit etiam in caritate spirituque mäsuetudinis, vel quia sic tradidit \*vt spiritum eius saluum faceret: vel quia eum quem ante sequestrauerat, postea sacramentis reddidit. Nam & sequestrari oportet grauius lapsum, ne modicum fermentum totam massam corrumpat. *Tom. 1. lib. 1. de Penitentia, Cap. 14.*

\* *1. Cor. 9.* Quis nostrum potest vere dicere: \*Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrificiam? Et tamè ille tantus ad curam gregis electus à Christo, qui sanaret infirmos, curaret inualidos, hæreticum à commisso sibi oili statim post vnam correptionem repellit, ne vnus erraticæ ouis scabies serpenti vlcere totum gregem contamine. *Tom. 2. Cap. 1. lib. 5. de fide.*

\* *Ad Tit. 3.*

*Hæreticus proprio iudicio cõdemnatur.*

Ait Apostolus: \*Hæreticum hominem post vnã & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Ipse enim se damnat hæreticus, cum de Ecclesia ipse se proijcit, & de cetero sanctorum nullo compellente procedit. Ipse enim ostèdit quid mereatur à cunctis, qui suo iudicio separatur à cunctis. Ipse inquam se damnat hæreticus, quia cum omnes criminosi Episcopi sententia proijciantur de consortio Christiano, hæreticus cuncta praueniens sententia suæ voluntatis abijcitur. *Tom. 3. Serm. 50. de accusato Domino apud Pilatum, & de Susanna.*

\* *Cant. 2.*

*Quare hæretici ab Ecclesia præcedendi sunt.*

Secundum misericordiam tuam viuifica me, & custodiam testimonia oris tui.] \* Scriptum est in Canticis Canticorum: Prendite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas, vt vineæ nostræ floreat. Quo ostèditur quòd vel Dominus Iesus, vel Ecclesia fraudulentorum hæreticorum dolos à vineis suis exterminandos esse præcipiant, ne paxillulis vineis nocent,

teant, quia adultis iam vitibus nocere non possunt. Hæreticus enim imperfectum tentare potest, non potest supplantare perfectum. *Tom. 4. Sermone 11. in Psalimum 118.*

VII. *Christum esse fundamentum, caput, & sponsum Ecclesie.*

**D**enique & Dominus per Esaiam: \*Ecce, inquit, \*Esa. 28.  
 Dedit lapidem in fundamentum Sion, id est, Christum in fundamentum Ecclesie. Fides enim omnium Christus. Ecclesia autem quædam forma iustitiæ est, commune ius omnium, in commune orat, in commune operatur, in commune tentatur. Denique qui seipsum sibi abnegat, ipse iustus, ipse dignus Christo est. Ideo & Paullus fundamentum posuit Christum, ut supra eum opera iustitiæ locaremus, quia fundamentum est. *Lib. 1. Offic. Cap. 29.*

*Christus fundamentum est Ecclesie.*

Quoniam membra sumus corporis eius, & de carne ipsius & de ossibus. ] Hoc spiritualiter intelligendum est. In eo enim dixit nos esse membra eius, quia caput est ipse totius Ecclesie, ut quia per ipsum esse caput Christianus, caput nostrum dicatur, quasi ex quo omne corpus subsistat, ut membra eius omnis spiritualis creatura sit, si tamen in nomine eius genu flectat. *Tom. 5. in cap. 5. Epist. ad Ephes.*

*Ecclesia spirituale corpus est, & illius caput Christus est.*

Omnis qui dimittit uxorem suam, & ducit alteram, hæretur, & qui dimissam à viro ducit hæretur. ] Recte admonet Apostolus dicens: \* Sacramentum hoc magnum est, sed de Christo & Ecclesia. Inuenitur coniugium, quod nemo dubitet à Deo iunctum, cum ipse dicat: \* Nemo venit ad me nisi Pater meus, qui misit me, attraxerit eum. Ille enim solus potuit has nuptias copulare. Et ideo mystice Salomon dixit: \* A Deo præparabitur viro uxor. Vir Christus, uxor Ecclesia est, caritate uxor, integritate virgo. Ergo quem Deus traxit ad Filium, non separet perfectio, non auertat luxuria, non philosophia deprædetur, non Manichæus contaminet, non Arrianus auertat,

*\* Ephes. 5. Inter Christum & Ecclesiam matrimonium est. \* Ioan. 6. \* Prouerb. 19.*

auertat, non Sabellianus inficiat. Deus iunxit, Iudæus non separet. *Tom. 5. lib. 8. Comment. in cap. 16. Lucæ.*

VIII. Ecclesiam Christi solam esse qua libros Canonicos ab Apocryphis distinguat.

*Ex multis cā-  
ticis, quæ Sa-  
lomon cecinit,  
se dicitur, vñ  
tantum Eccle-  
sia recepit.*

**S** Alomon ipse Dauid filius licet innumera canticis, quæ Salomon cecinit, receperit, Canticorum canticum dereliquit. *Tom. 4. in præfatione in Psalmos Dauidicos.*

Erraui sicut ouis quæ perierat, viuifica seruum tuum, quia mandatorum tuorum non sum oblitus.]

Quæ ( de Ecclesia loquitur ) cum te meruerit amplecti, ostendit fructus suos, docebit non oblitam se mandatorum tuorum, dicetque tibi: \* Veni frater meus, exeamus in agrum, & in floribus nostris omnis

\* Cant. 7.

*Sola Ecclesia  
integram scri-  
pturam habet.*

fortis arborum. Noua & vetera frater meus seruauit tibi. Hoc est dicere: Teneo mandata omnia noui & veteris testamenti. Sola hoc dicere Ecclesia potest. Non dicit alia congregatio, nõ dicit Synagoga, nec secundum litteram noua tenens, nec secundum spiritum vetera. Non dicit hæresis Manichæa: Vetera seruauit tibi, quæ Prophetas non suscipit. Merito dealbata cernitur, quæ vtriusque fulget gratia testamenti. *Tom. 4. Serm. 22. in Psal. 118.*

Quoniam quidẽ multi conati sunt ordinare narrationem rerum. ] Pleraque nostrorum, quemadmodum veterum Iudæorum, paribus & generibus formantur & caussis, atque exemplorum similibus pari usu, exituque conueniunt, principioque rerum & fine concordant. Nam sicut multi in illo populo diuino infusi Spiritu prophetauerunt, alij autem propheta-re se pollicebantur, & professionẽ destituebant mendacio: ( Erant enim Pseudoprophetæ potius quàm Prophetæ, sicut Ananias filius Azoti ) erat autem populi gratia discernere spiritus, vt cognosceret quos referre deberet in numerum Prophetarum, quos autem quasi bonus numularius improbare, in quibus

materia magis corrupta forderet, quam veri splendor luminis resularet: Sic & nūc in nouo testamento multi Euangelia scribere conati sunt, quæ boni nummularij non probauerunt. Vnum autem tantummodo in quattuor libris digestum ex omnibus arbitrati sunt eligendum. Et aliud quidem fertur Euangelium, quod duodecim scripsisse dicatur. Ausus est etiam Basilides Euangelium scribere, quod dicitur secundum Basilidem. Fertur etiam aliud Euangelium quod scribitur secundum Thomam. Noui alibi scriptum secundum Matthiam. Legimus aliqua, ne legantur: legimus, ne ignoremus: legimus, non ut teneamus, sed ut repudiemus, & ut sciamus qualia sint, in quibus magnifici isti cor exaltant suum. Sed Ecclesia cum quattuor Euangelij libros habeat, per vniuersum mundum Euangelistis redundat: hæretici cum multa habeant, vnum non habent. Multi enim conati, sed Dei gratia destituti sunt. Plerique etiam ex quattuor Euangelij libris in vnum ea, quæ venenatis putauerunt assertionibus conuenientia, refererunt. Ita Ecclesia, quæ vnum Euangelium habet, vnum Deum docet. Illi autem qui alium Deum veteris testamenti, aliū noui asserunt, ex multis Euangelij non vnum Deum, sed plures fecerunt.

*Euangelium duodecim Apostolorū Basilidis, Thomæ et Matthiæ Ecclesia rejicit, & quattuor tantum secundum Matthæum, Marcum, Lucam & Ioannem recipit Manichei alium Deum noui, alium veteris testamenti faciunt.*

## CAPVT SEPTIMVM

## De Scripturis sacris.

1. *Scriptura nomine non modo libros noui, sed & veteris testamenti contineri.*

**I**terum quæstio. Sciebat præuaticaturum Deus Adam mādāta sua, an nesciebat? Si nesciebat, nō est ista diuinæ potestatis assertio. Si autem sciebat, & nihilominus sciens negligenda mādauit, non est Dei aliquid superfluum præcipere. Superfluo autem præcepit protoplasto Adæ quod cum nouerat minime seruaturum. Nihil autem Deus superfluo facit.

\* Manichæos cit. Ego non est Scriptura ex Deo. \* Hoc enim obijciunt qui vetus non recipiunt testamentum, & has interlerunt quæstiones. Verum hi sua sententia & opinione vincendi sunt, cum enim noui testamenti non refutant fidem, exemplo sunt arguendi vt vetus credant: Quoniam cum sibi diuina præcepta & facta conueniant, vnius auctoris testamentum vtrumque liquet esse credendum. *Tom. 4. Cap. 8. lib. de Pædem errore radiso.*

Marcioni tribuit lib. 1. hæresi 42. Admantius Manichæi discipulus similia multa loca ex libris veteris testamenti collegit, vt eorum auctoritatem eleuaret. Cui B. Augustinus integro libro respondet, qui exstat *Tom. 6. operum Augustini.*

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.] Bibe Christum, vt bibas sermones eius. Sermo eius testamentum est nouum. Bibitur Scriptura diuina, & deuoratur Scriptura diuina, cum in venas mentis ac vires animæ succus verbi descendit æterni. *Tom. 4. in enarratione Psalmi Dauidici primi.*

Sermo Christi  
aque testame-  
tum est vetus  
ac nouum.

## II. Catalogus librorum Canoniorum.

**E**Ruſtabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas.] Habet verbū Dei epulas suas, alias fortiores, vt est Lex & Euāgelium, alias suauiores, vt sunt Psalmi & Cantica Canticorum. Loquetur lingua mea verbum tuum, quoniam mandata tua iustitia est.] Non mediocre periculum est, cum habeas tanta eloquia Dei, & Dei opera quæ fecit in Genesi, fecit in Exodō, fecit in Leuitico, Numeris, Deuteronomio, Iesu Naue, Iudicum libro, Regnorum atque Eſdræ libris, fecit in Euangelio, in Actibus Apostolorū, illis prætermiſſis loquaris quæ seculi sunt, audias quæ seculi sunt. *Tom. 4. Sermonē 22. in Psal 118.*

Libros Moysi,  
Iosue, Iudicū,  
Regnorū, Eſ-  
dra, Euange-  
lium & Acta  
Apostolorum  
Canonicos ag-  
noscit Ambro-  
sius.

Et ipse Iesus erat incipiens fere annorum triginta qui putabatur filius esse Ioseph.] Sic enim scriptū est: \* Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non pernitebit eum, de fructu vetricis tui ponam super sedem meam.

\* Psal. 131.

meam. Et alibi: \* Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar, semen eius in aeternum manebit, & sedes eius sicut sol in conspectu meo. Et in Paralipomenon: \* Et erit, cum compleri fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, qui erit de vere tuo, & parabo regnum eius: ipse mihi aedificabit domum, & erigam sedem eius in seculum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, & misericordiam meam non dispergam ab eo, sicut dispersi ab ijs qui ante te fuerunt. *Tom. 5. lib. 3. Comment in cap. 3. Lucae.*

\* *Psal. 88.*

\* *1. Paral. 17.*

*1. Paralipomenon non agnoscit Ambrosius.*

*Ruth.*

Vnde quod Ruth licet illa alienigena, tamen quia maritum habuerat ex Iudæis, qui reliquerat superstitem proximum, eamque colligentem manipulos suae messis, quibus alebat & socrum, Booz vidit & amavit, non aliter eam accepit uxorem, nisi calceamentum eius ante soluisset, cui vxor debebatur ex lege. Historia simplex, sed alta mysteria: aliud enim *Historia Ruth mystice inselō* gerebatur, aliud figurabatur. Nam si secundum literam sensum torqueamus, prope quidem pudor est, *ligenda.* & horror in verbo est, si ad commixtionis corporeae consuetudinem sententiam intellectumque referamus. Designabatur autem futurus ex Iudæis, ex quibus Christus secundum carnem, qui proximi sui, hoc est, populi mortui semen, doctrinae caelestis semine resuscitaret, cui calceamentum nuptiale Ecclesiae copulanda praescripta legis spiritualia deferebant. *Tom. 2. lib. 3. de sude, Cap. 5. Vide Tom. 5. lib. 3. Commentar. in cap. 3. Lucae.*

*Thobias.*

Quae nobis salus esse potest, nisi ieiunio eluerimus peccata nostra: cum Scriptura dicat: \* Ieiunium & \* *Tho. 4. et 12.* eleemosyna à peccato liberat. *Tom. 3. lib. Epist. 10. Liber Thobiae Epist. 82.*

Lecto prophetico libro, qui inscribitur Thobias, *canonicus est.*

E quamvis

quamuis plene vobis virtutes sancti prophetæ Scriptura insinuauerit, tamen compendiaro mihi sermone de eius meritis recensendis & operibus apud vos vtendum arbitror, vt ea quæ Scriptura historico more digessit latius, nos strictius comprehendamus, virtutum eius genera velut quodam breuiario colligentes. *Tom. 4. lib. de Thobia, Cap. 1. Lege Tom. 1. lib. 3. Officiorum, Cap. 14. Tom. 2. lib. 4. de fide, Cap. 5. Tom. 3. lib. Epist. 9. Epist. 70.*

*Iudith.*

Sed nec fortitudo bonæ viduæ deesse consuevit. Hæc enim vera est fortitudo, quæ naturæ vsum, sexus infirmitatem, mentis deuotione transgreditur, qualis in illa fuit, cui nomen Iudith, quæ viros obfatione fractos, percussos metu, tabidos fame, sola prouit à colluione reuocare, ab hoste defendere. Et enim, vt legitimus, cum Holofernes successu multorum terribilis præliorum intra muros innumera virorum milia coegisset, armatis pauentibus, & de extrema iam sorte tractantibus, extra murum processit, & illo præstantior exercitu quæ liberauit, & eo fortior quem fugauit. Sed vt discas maturæ viduitatis affectum, feriem ipsam prosequere scripturarum. \* A diebus enim viri sui quibus ille defunctus est, vestè iucunditatis deposuit, mœroris assumfit, per omnes dies inuenta ieiunio, sabbato tantum & dominica, sacratarumque temporibus feriarum non refectioni indulgens, sed religioni deferens. \* Hoc est enim, siue manducatis, siue bibitis, in nomine Domini Iesu Christi agenda esse omnia, vt etiã ipsa refectione corporalis sacro religionis cultui deferatur. \* Diuturnis igitur mœroribus, & quotidianis roborata ieiunijs sancta Iudith, quæ seculi oblectamenta non quæreret, periculi negligens, morti quæ cõtemtu fortior, vt cõmentitium strueret dolum, vestem illam iucunditatis, quam viuente viro vestiri solebat, se induit, quasi placitura viro si patriam liberaret. Sed virum

alium

*Iudith historia  
ad Scripturã  
sacram refer-  
tur.*

\* *Iudith 8.*

\* *I. Cor. 10.*

\* *Iudith 10.*

allum videbat, cui placere querebat: illum utique de quo dictum est: \* Post me venit vir qui ante me factus \* *Ioh. 1.* est. Et bene conjugales pugnatura resum sit ornatus, quia monumenta conjugij arma sunt castitatis. Neque enim vidua alijs aut placere possit, aut vincere. *Tom. 1. lib. de viduis, Lege Tom. 1. lib. 3. Officiorum, Cap. 13. & 14.*

*Iob.*

Doceri autem & sapientiam & disciplinam Scri- *Liber Iob in-*  
ptura testatur, de temperantia in lege, de ceteris in *ter Scripturæ.*  
libro Iob, in quo scriptum est: Nonne Dominus est *libros du-*  
qui docet intellectum & disciplinam? *Tom. 4. lib. 1. de ratur.*  
*Jacob & vita beatæ, Cap. 3.*

*Psalterium Dauidicum.*

In quinque libros diuisum est Psalterium. Primus *Psalteriũ Da-*  
liber hoc psalmo finitur, hoc est, quadagesimo. Et *uidicũ in quin-*  
pulcre vsque ad passionem Saluatoris quadagesi- *que libros du-*  
mus psalmus est comprehensus, qui finem libro da- *uidi potest.*  
ret: quoniam passio Domini finis est Quadagesi- *Primus liber*  
ma: ut secundus liber à mysterijs renouationis in- *continet psal.*  
ciperet: qui liber, utpote Quadagesimæ, perfectio- *40.*  
rã sacramenta complectitur. Nam & baptismatis  
prænunciat sacramenta, cum dicit: \* Sicut ceruus \* *Psal. 43.*  
desiderat ad fontes aquarum: & requiem sanctorum,  
qui ad tabernaculum cœlesti peruenerint: & Spiritus  
sancti descensionem, quando effusa est gratia  
spiritualis in quadam voce celestium catarracta-  
rum: quia virtute magna Spiritus ferebatur, \* *ut Act. 2.*  
legimus in actibus Apostolorum: & ingressum re-  
nouati hominis ad altare, & Saluatoris ascensum,  
& sanctificationem propositi virginalis. Qui *Secundus li-*  
ber finitur psalmo septuagesimo primo, quo re- *ber finitur*  
phetico sermone annunciat, remissioque pecca- *psal. 71.*  
torum: vbi cum benedictionem Domini præmissis-  
set, subtexuit: Et replebitur maiestate eius omnis



*Tertius liber  
completeitur  
psalmus 17.*

*Quartus exte-  
dit se ad 105.  
psal.*

*Quintus ad  
finem est.*

terra: fiat, fiat. Tertius quoque liber finitur octogesimo octauo psalmo, & ibi habet: Benedictus Dominus in æternum: fiat, fiat. Quartus liber finitur psalmo centesimo quinto, & ibi habet: Benedictus Dominus Deus Israel, à seculo & vsque in seculum, & dicit omnis populus: fiat, fiat. Quintus liber vsque ad finem est, vbi pro hoc verbo Propheta dicit: Omnis spiritus laudet Dominum. Tom. 4. in enarratione Psalmi quadragesimi.

*Quinque libri Salomonis, Prouerbia, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus.*

*Enumerat hic  
tres lib. Salo-  
monis Prouer-  
bia, Ecclesiastes, & Can-  
tica canticorum. Reliquos  
duos Sapientia  
& Ecclesiast.  
eidem tribuit,  
vt testimonia,  
que sequitur,  
manifestissime  
me ostendunt.  
\* Sap. 7. & 9*

Quid tres libri Salomonis, vnus de Prouerbijs, alius Ecclesiastes, tertius de Canticis canticorum, nisi trina huius (naturalis, moralis, rationalis) ostendunt nobis sapientiæ sanctum Salomonem fuisse solertem? Quid de rationalibus & ethicis in Prouerbijs scripsit, de naturalibus in Ecclesiaste, quia vanitas vanitatum, & omnia vanitas, quæ in hoc mundo sunt constituta. Tom. 5. in proœmio Comment. in Lucam.

Salomonis Prouerbia moralia, Ecclesiastes naturalis, in quo etiam vanitates istius despicit mundi, mystica sunt eius Cantica canticorum. Tom. 4. lib. de Isaac & anima, Cap. 4.

Sic ipse (Salomon) in libro Sapientiæ suæ \* se Dominum omnipotentem deprecatum fuisse commemorat: Da mihi, inquit, sedium tuarum assitricem sapientiam, vt sciam dispositionem orbis terrarum, virtutes elementorum, initium & cõsummationem & medietatem omnium rerum, diuisiones & mutationes temporum, anni cursus & dispositiones stellarum, naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias arborum & virtutes radicum. Omnium enim artifex, ait, \* docuit me sapientia. Et alibi ipse in eodem libro: Inuocaui, inquit, & venit in me Spiritus sapientiæ. Tom. 4. lib. de Salomone, Cap. 1.

\* Sap. 7.

Vnde

Vnde & Salomon ait: \*Deus mortem non fecit, \*Sap.7.  
ne clatur in perditione viuorum. Tom. 4. in enarra-  
tione i. Psal. David.

Iocunditatem & disciplinam & scientiã doce me,  
quia in mandatis tuis credidi. ] Quid sit scientia doceat  
te Salomon, qui ait, \* de Domino Deo nostro. \*Sap.7.  
ipse enim mihi dedit eo: um quæ sunt cognitionem  
veram. Tom. 4. Sermon 9 in Psal. 118.

Docere non possunt, & auctoritatem requirunt,  
vt lectione doceamus, quia nõ peccauit Spiritus san-  
ctus, sicut de Filio lectum est, quia peccatum non fe-  
cit. Et hoc accipiant Scripturarum auctoritate nos  
docere. Scriptum est enim: \*Quia in sapientia est \*Sap.7.  
spiritus intelligentiæ, spiritus vnicus, multiplex, sub-  
tilis, bene mobilis, disertus, immaculatus. Immacu-  
latus dicit Scriptura: Numquid mentita est de Filio,  
vt de Spiritu credas esse mentitam? Dixit enim Pro-  
pheta in eodem loco de Sapientia, quia nihil macu-  
losum in illam incurrit. Tom. 2. lib. 3. de Spiritu sancto,  
Cap. 19.

Non legisti Salomonem dicentem: \*Bonis bona \*Eccli.39.  
creata sunt ab initio: Similiter impijs & peccatorib-  
us bona & mala. Tom. 1. Cap. 2. lib. ad virginem des-  
notam.

Accipis mysterium, hoc est, vnguentum supra ca-  
put. Quare supra caput? Quia sensus sapientis in ca-  
pite eius, Salomon ait. \* Friget enim sapientia sine \*Eccli. 20.  
gratia: sed vbi gratia acceperit sapientiam, tunc  
opus eius incipit esse perfectum. Tom. 4. lib. 3 de Sa-  
crum. Cap. 1.

Illud quoque egregium, quod ait Scriptura: \*An- \*Eccli. 11.  
te mortem nõ laudaueris quemquam. Vnusquisque  
enim in nouissimis suis cognoscitur, & in filijs suis  
æstimatur, si bene filios suos instituit, & disciplinis  
competētibus erudiuit. Tom. 4. lib. de bono mortis, Cap. 8.

Scriptura ait, \*Stultus vt luna mutatur. Et ideo \*Eccli. 27.  
sapienti non cum luna mutatur, sed permanebit cum  
sole. Tom. 4. lib. 4 Hexaemeron, Cap. 8.

\* Eccli. 29.

Torus populus ingemiscit, & solus diues non fletis, nec audis Scripturam dicentem: \* Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & non abscondes eam cum lapide in mortem. Tom. 4. lib. de Nabu the lex rabelita, Cap. 6.

*Libri Machabeorum.*

\* 2. Mach. 3.

Illud sane diligenter tuendum est, vt deposita viduarum intemerata maneant, sine vlla seruentur offensione: nec solū viduarum, sed etiam omnium. Fides enim exhibenda omnibus, sed maior est viduarum causa & pupillorum. Denique hoc solum viduarum nomine (sicut in libris Machabeorū \* legimus) commendatum templo omne seruatum est. Tom. 1. lib. 2. Officior. Cap. 29.

\* 2. Mach. 2.

Denique quod consumtum est sacrificium Moyfi tempore, sacrificiū pro peccato erat. Vnde Moyses ait, sicut in Machabeorum scriptum est libro, \* eo quod non sit manducatum quod erat pro peccato, consumtum est. Tom. 1. lib. 3. Offic. Cap. 14.

De libro Hester, & Prophetarum Esaiæ, Hieremie, Baruch, Exechielis, Danielis Osee, Joelis, Amos, Abdiæ, Iona, Micheæ, Nabum, Abacuc, Sophonie, Aggei, Zachariæ & Malachie vaticinijs nulla libet B. Ambrosij testimonia commemorare, & breuitatis studio, & quod existimem hac atate vel nullos, vel paucos admodum reperiri, qui istorum auctoritatē in disceptationem vocent. Illud solum, propter imperitiores pretereundum non est, Ambrosium nusquā nominatum, quod eundem sciam, prophetiæ Baruch, quā SS. Concilium Tridentinum secuti inter Scripturæ libros numerauimus, meminisse, sed ea que Baruch litteris mandauit, Hieremie, quod illius amanuensis fuisse, tribuere, adeoq; prophetiæ Baruch partem Hieremie facere. Tom. enim 1. lib. 1. de Pœnitentia, Cap. 8. Tom. 2. lib. 1. de fide, Cap. 2. & Tom. 5. lib. 3. Hexaemeron, Cap. 14. ex 3. 4. & 5. capitibus Baruch, sub nomine Hieremie testimonia adferuntur.

*Libri noui testamenti.*

Eua ngelitis quam putas defuisse sapiētiam, quorum

rum aliqui cum varijs generibus sint referti, singuli tamen diuerso genere præstant? Est enim vere sapientia naturalis in libro Euāgelij qui scribitur secundum Ioannem. Nemo enim, audeo dicere, tanta subtilitate sapientiæ maiestatem Dei vidit, & nobis proprio sermone referauit. Transcendit nubes, transcendit virtutes cælorum, transcendit Angelos, & verbum in principio reperit, & verbum apud Deum vidit. Quis autem moralis secundum hominem singula persecutus, quam sanctus Mattheus, qui edidit nobis præcepta viuendi? Quid rationabilius illo admirabili copulatu, quam quod sanctus Marcus in principio statim locandum putauit: Ecce ego mitto Angelum meum: Et, Vox clamantis in deserto: vt & admirationem moueret, & doceret hominem humilitate atque abstinentia, & fide placere debere, sicut ille sanctus Ioannes Baptista his ad immortalitatem gradibus ascendit, vestimēto, cibo, nuncio? At vero sanctus Lucas velut quendam historicum ordinem tenuit, & plura nobis gestorum Domini miracula reuelauit: ita tamen, vt omnes sapientiæ virtutes Euāgelij istius complecteretur historia. *Tom. 5. in præfatione explanationis in Lucam.*

Ecclesia quattuor Euāgelij libros habet, per vniuersum mundum Euāgelistis redundat.

*Et paucis interiectis sequitur:*

Non conatus est Mattheus, non conatus est Lucas, non conatus est Ioannes, non conatus est Marcus, sed diuino Spiritu vbertatem dictorum, rerumque omnium ministrante, sine vilo molimine cœpta cōpleuerunt. *Tom. 5. in enarrat. præmij Euang. secundum Lucam.*

Decem & tres Epistolas noui testamenti, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Ephesios vnam, ad Philippenses vnam, ad Thessalonicenses duas, ad Colossenses vnam, ad Timotheum duas, ad Titum vnam, ad Philemonem vnam, canonicas esse, & à B. Paulo scriptas, inter aduersarios nostros, qui prudentiores sunt, vix puto quemquam esse, qui neget. Itaque non videtur mihi operæ pretium, id multis Ambrosij vet.

*Cōfert quatuor Euāgelistarum scripta*

*Homines Deo humilitate, abstinentia atque fide placent.*

\* a Epiphan. *sq* verbis confirmare. Sola est Epistola ad Hebræos scripta, lib. 1. hære. 42. cuius auctoritatem in dubium vocant omnes quotquot nostra  
 \* b Euseb. Eci memoria ab Ecclesia Christi diuortium fecerunt. Luberius, elestiaſt hſt. Zuinglius, Caluinus, & qui illos sequuntur, eam à B. Paulo lib. 3. cap. 29. scriptam negunt: Anabaptiſta quoque & Seruetiani indi-  
 \* c Epiphan. quam censent, que inter Scripturæ libros numeretur, vt olim lib. 2. here. 69 \* a Marcion, \* b Tatianus, \* c Arrius & Aerius. Beatus Theodoret. in vero Ambrosius eam & ab Apostolo Paulo scriptã, & quod preſat. Epist. inde sequitur canonicam esse nobiscum fatetur. Testantur id ad Hebr. ex multis pauca, que subiicimus testimonia.

Hieronym. in Cùm igitur ( Nouatiani ) tam evidenti & ipsius preſat. Epist. Apostoli & scriptorum eius exemplo redarguantur, ad Titum. tamen adhuc obniti volunt, & auctoritatem aunt Epistola ad Apostolicæ sibi suffragari sententiæ, allegantes scriptum ad Hebræos: \* Impossibile est enim hos qui semel illuminati sunt, & gustauerunt donum celeſte, & participes facti sunt Spiritus sancti, & bonum gustauerunt Dei verbum, virtutesque futuri seculi, lapsos iterum reuocari in pœnitentiam, rursus crucifigentes Filium Dei, & ostentatione triumphâtes. Numquid Paullus aduersus factum suum prædicare potuit? \* Donauit Corinthio peccatû per pœnitentiam: quomodo hic potuit sententiam suam ipse reprehendere? Ergo quia non potuit quod aedificauerat destruere, non contrarium dixisse eum, sed diuersum aduertimus. Tom. 1. lib. 2. de Pœnitentia, Cap. 2.

\* 2. Cor. 5.

Cùm autē subiecta illi (Deo Patri) fuerint omnia, tunc & ipse Filius subiectus erit illi, qui sibi subiecit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Quod etiam ad Hebræos Apostolus dixit: \* Nunc autē non dum videmus omnia illi esse subiecta, accipimus Apostolicæ seriem lectionis. Tom. 2. lib. 5. de fide, Cap. 7.

\* Heb. 2.

Tentatum autem Spiritum sanctum, ad Hebræos scribens Apostolus, dicit. Sic enim habes: \* Quia hæc dicit Spiritus sanctus: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt ope-

ra mea. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi semper, isti errant corde: ipsi vero non cognouerunt vias meas, sicut iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam. *Tom. 2. lib. 3. de Spiritu sancto, Cap. 9.*

In veteri testamento Sacerdotes frequenter in primum tabernaculum intrare consueverant. In secundum tabernaculum semel in anno summus intrabat Sacerdos. Quod euidenter ad \*Hebræos recolens, *\* Heb. 9.* seriem veteris testamenti explanat Apostolus Paulus. *Tom. 4. lib. 4. de Sacramentis, Cap. 1.*

*Epistola Iacobi.*

Superbi inique agebant nimis, à lege autem tua non declinaui. ] Quid igitur hoc peccato potest esse deterius, quod à Dei cœpit iniuria? Ideoque Scriptura dicit: \* Dominus superbis resistit. *Tom. 4. Serm. \* Iacob. 4. 7. in Psal. 118.*

*Epistola I. & II. B. Petri Apostoli.*

Ambrosius Simpliciano. Videbamur proxime in dissertationes incidisse Philosophiæ, cum de Apostoli Pauli Epistola sumentes exordium, tractaremus, quod omnis sapiens liber. Verum postea cum \* Petri Apostoli Epistolam legerem aduertit, quod *\* 1. Pet. 3.* omnis sapiens etiam diues. Nec sexum exceperit, qui feminas ornatum omnem non in pretiosis monilibus, sed in bonis moribus habere scripserit. Non enim, inquit, sit extrinsecus capillorum implicatio, aut auri circumpectio, aut habitus vestimentorum ornamentum, sed ille absconditus cordis homo. *Tom. 3. lib. Epist. 3. Epist. 10.*

Nonne quinque passeris veneunt dipondio? Et vnus ex illis non est in obliuione coram Deo. Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite timere, multos passeribus plaris estis. ] Magno pretio nos redemit, (Christus) sicut sanctus Apostolus dixit. \* Emi enim estis pretio magno. Et bene magno, *\* 1. Cor. 9.*

E s quod

\* 1. Pet. I.

quod non æstimatur ære, sed sanguine: quia pro nobis mortuus est Christus, qui pretioso nos sanguine liberauit: sicut etiã sanctus Petrus in Epistola commemorat sua, scribens ad nos: \* Quia non corruptibilibus argento & auro, inquit, redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi Iesu. Et bene pretioso, quia immaculati corporis sanguis est, quia sanguis est vnici Filij Dei, qui non solum de maledicto legis, sed etiam de impietatis morte perpetua nos redemit. *Tom. 5. lib. 7. Comment. in cap. 12. Lucæ.*

\* 2. Pet. 1.

*Secunda Epistola Petricæ nonica est.*

Et Petrus vult nos, vt legimus, diuinæ confortes fieri naturæ. *Tom. 2. lib. 1. de fide, Cap. 9.*

Ego quidem gratias ago Domino super omni memoria vestra, semper in omni oratione mea pro omnibus vobis, cum gaudio orationem faciens super communicatione vestra in Euangelio. ]Primum quidem Domino gratias agit, cuius nutu prospera omnia cedunt fidelibus, in omni oratione sua memor eorum cum exultatione, quòd participes facti sunt Euangelij, sicut dicit Petrus Apostolus, inter cetera dicens: \* Vt sitis, inquit, confortes diuinæ naturæ. *Tom. 5. in cap. 1. Epistolæ ad Philippenses.*

\* 2. Pet. I.

*Secunda Epistola B. Petri agnoscit Ambrosius.*

*Epistola B. Ioannis Apostoli & Euangelistæ.*

Vnde nec illa quæstio vestra quæquam poterit afferre ponderis, quam sumitis de Epistola Ioannis dicentis: \* Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabit illi vitam Deum: quia non peccat ad mortem. Est peccatum ad mortem, nõ de illo dico vt o. et. Non enim ad Moysen & Hieremiam loquebatur: sed ad populum, qui suorum peccatorum alium precatorem deberet adhibere, cui satis est si pro leuioribus delictis Deum precetur, grauiorum veniam iustorum orationibus

\* 1. Ioan. 5.

bus referuandam putet. *Tom. 1. lib. 1. de Penitentia, Cap. 9.*

Sunt tamen plerique qui eo quod in aqua baptizamur & Spiritu, non putent aquæ & Spiritus distare munera: & ideo non putant distare naturam. Nec aduertunt, quia in illo aquarum sepelimur elemento, vt renouati per Spiritum resurgamus. In aqua enim imago mortis, in Spiritu pignus est vitæ, vt per aquam moriatur corpus peccati, quæ quasi quodam tumulo corpus includit, & per virtutem Spiritus renouemur à morte peccati. Et ideo hi tres testes vnum sunt, sicut Ioannes dixit: \* Aqua, \* *1. Ioan. 5.* sanguis & Spiritus. Vnum in mysterio non in natura. *Tom. 2. lib. 1. de Spiritu sancto, Cap. 6.*

Et Ioannes senex cepit scribere Euangelium, vel Epistolas: qui cum refugeret Apostolum se scribere, \* *2. Ioan. 1.* seniore scripsit. Nec minor est æstimatus, cui cygnea quædam suppeteret gratia senectutis. *Tom. 4. in enarratione Psalmi 36.*

Salutat vos Caius hospes meus, & vniuersæ Ecclesiæ. ] Hic est Caius, vt arbitror, ad quem scribit Ioannes Apostolus, exultans in caritate eius quam exhibebat paternitati, præbens sumtus illis necessariis. *Tom. 5. in cap. 16. Epist. ad Rom.* *Tertiam Epistolam B. Ioanni tribuit.*

*Apocalypsin quoque Ambrosius B. Ioanni tribuit, Tom. 3. lib. Epist. 7. Epist. 47. & lib. Epist. 8. Epist. 62. Tom. 4. lib. 2. de Abrahamo Patriarcha, Cap. 5. & 7. ac in pluribus alijs locis. Ceterum ne quis forte, vt fit, somniet Ambrosium de alio aliquo Ioanne loqui, quàm de eo, que ad Seruatoris nostri Iesu Christi diuinitatem à Cerinthi & sociorum calumnijs indicandam Euangelium & primam Epistolam canonicam scripsisse testantur omnes Ecclesiæ Scriptores, referemus ex multis duo tantum testimonia, que paullo clarius, quàm que ante citauimus, Ambrosij mentem explicabunt.*

Vnde, inquit, nec illa quæstio vestra quicquã poterit afferre ponderis, quam sumitis de Epistola Ioannis dicentis: \* Qui scit fratrem suum peccare \* *1. Ioan. 5.* peccatum



peccatum non ad mortem, petat, & dabit illi vitam Deus: quia non peccat ad mortem. Est peccatum ad mortem, non de illo dico ut oret. Non enim ad Moysen & Hieremiam loquebatur: sed ad populum, qui suorum peccatorum alium peccatorem deberet adhibere, cui satis est si pro leuioribus delictis Deum precetur, grauiorum veniam iustorum orationibus referuandam putet. Nam quomodo Ioannes diceret non orandum pro delicto grauiore, qui legisset Moysen rogasse, & impetrasse, vbi erat præuaricatio voluntaria, qui sciret etiam Hieremiam rogasse? Quomodo Ioannes diceret non orandum pro peccato quod esset ad mortem, qui ipse in Apocalypsi scripsit mandatum Angelo Ecclesiæ Pergami: \*Habet illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balaam mittere scandalum coram filiis Israel, manducare immolata, & fornicari: ita & tu habes tenentes doctrinam Nicolaitarum, similiter age penitentiam, alioquin venio tibi. Vides quod Deus qui penitentiam exigit, veniam polliceatur? Denique & tibi dicit: Qui habet aures, audiat, quid Spiritus dicat Ecclesijs. Vincenti dabo manducare manna. Nonne ipse Ioannes cognouerat Stephanum pro persecutoribus suis, qui Christi nomen audire non poterant, deprecatur, cum de ipsis à quibus lapidabatur, diceret: \*Domine, ne statuas illis hoc peccatum: cuius preceationis effectum in Apostolo videmus? Paullus enim qui lapidantium Stephanum vestimenta seruabat, non multo postea per gratiam Christi factus Apostolus est, qui fuerat ante persecutor. *Tom. 1. lib. 1. de Penitentia, Cap. 9.*

Et ideo fortassis \*Ioanni Euangelistæ coelum apertum, & albus equus est demonstratus, super quem sedebat habens in capite diademata, & in femore suo nomen scriptum, \*Rex regum. & Dominus dominantium. *Tom. 4. in enarratione Psal. 41.*

\* *Apoc. 2.*

\* *Act. 3.*

\* *Apoc. 7.*

\* *Apoc. 19.*

III. *Scripturam sacram obscuram esse, eiusq<sup>3</sup> interpretationem nec à Iudæis nec ab hæreticis, et si virique illius videri velint peritissimi, sed tantum à Catholica Christi Ecclesia, petendam.*

**D**A mihi intellectum vt discam mandata tua. ] Si propheta intellectū dari sibi postulat, quis tam arrogans, qui profiteatur in sua potestate esse intelligentiam? Intellectum petit vt ipse se nouerit, & naturæ suæ possit scire rationem. At illi qui de rerum natura disputant, cæli scrutantur plagas, qui seipos scire non possunt: putant intelligentiam sine Dei dono posse concedi. Vnde & nos humilitatē debemus assumere, ne extollamur, si forte vnā aliquam de Scripturis parabolam cognouerimus: aut quia interdum secundum litteram plane legimus, si forte secundum litteram aliqui intellexerimus, doctrinæ nobis assumamus scientiam. Propheta ille qui accepit Spiritum sanctum, postquam vnctus est in regnum, vnctus est in Prophetam, centesimum octauum decimum psalmum scribens, intellectum sibi dari poscit vt mandata Dei intelligat: & scit, nisi à Domino acceperit gratiā, intelligere eius se mandata non posse. In Euāgelio quoque lego, quia proponebat parabolas Dominus Iesus, & Apostoli non intelligebant. \* Denique explanationem proposi-  
 \* Matth. 13.  
 parabola postulabant. Ipse Dominus Iesus cum diceret, vt legisti in libro Euangelij secundum Mattheum scriptum, \* Beati pauperes spiritu: subiicit in posterioribus: \* Omnis qui audit verba hæc, & fecerit ea, similis erit viro sapienti. Non ergo qui audit tantummodo, similis erit, sed qui facit quæ audierit. Ergo neque factum sine auditu, neque auditio sine facto potest esse sapienti similis, sed qui audit & facit.  
 \* Matth. 5.  
 \* Matth. 7.  
 Audiamus igitur, intelligamus, faciamus: vt intellexisse nos quod audiuius, comprobemus. Tom. 4. Sermone 10. in Psal. 118.

*David à Deo petit scripturarum intelligentiam, nemo ergo temere sibi eam arrogare debet.*

*Apostoli cupiunt à Christo parabolas, quas non intelligebant, enarrari.*

*Diligenter laborandum ut Scripturarum sensum à Catholicis accipiamus.*

\* Ioan. 14.  
Heretici sine  
vero sensu  
Scripturam legunt.

\* 1. Tim. 2.  
\* Ioan. 7.  
Ioan. 14.

\* L. eni. 24.  
\* Matth. 5.

Sunt multa quæ noceant si ante voluerimus haurire, quàm quæ sint illa cognoscere. Nam & de cibis & potu plerûque vsu venit. Quippe si id quod amarum est, ante cognoscas, indues patientiam. Et si intelligas illa quæ sunt amara, prodesse, & indues tolerantiam, ne offendant amaritudo te repentina, & incipias rejicere profutura. Prodest ergo ante cognoscere, ut ex eo quod cognoueris profuturû, nec amara fastidias. Sed hæc minus nocere possunt: illud quod magis, nisi prouideatur, nocere possit, aduerte. Gêtilis quidam est, ad fidē tendit: Catechumenus est, maiorem vult accipere doctrinæ & fidei plenitudinem: caueat ne dū vult discere, male discat, & discat à Fotino, discat ab Arrio, discat à Sabellio: tradat se huiusmodi magistris quorum quædam eum teneat auctoritas: & inductus quadam magistrorum presuntione, teneris sensibus impressa dijudicare non nouerit. Prius igitur oculis mentis perspiciat quid sequatur, videat vbi vita sit. Tangat denique diuinarum vitalia lectionum, ut nullo prauo offendatur interprete. Legit ille Sabellius: \*Ego in Patre, & Pater in me: & dicit vnam esse personam. Legit Fotinus: \*Quia mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Et alibi, Quid me vultis occidere hominē? Legit etiam Arrius quia dixit, \*Quoniam Pater maior me est. Legitur quidem manifestum, sed qua ratione dictum sit, debet ante pertractare secum, ut rationē dictorum possit aduerte. Ducitur quadam magistrorū auctoritate, & profuisset ei non quæsisse, quàm talem inuenisse doctorem. Sed etiam gentilis si quis Scripturas accipiat, legit: \*Oculum pro oculo, dentem pro dente. Legit etiam: \*Si scādalizauerit te dextera tua, abscinde illam: non intelligit sensum, non aduertit diuini arcana sermonis: peius labitur, quàm si non legisset. Et ideo docuit quemadmodum Dei verbū inuestigare deberent: non perfunctorie, non improuide: sed diligenter atque solici e. Tom. 4. Cap. 12. lib. de Paradiso. Vide & cap. 2. eiusdem libri.

Quid

Quid est, Sederunt Scribæ, nisi quia littera scribitur? Vnde & *γραμματῶν* Græce dicuntur Scribæ, litteræ sequentes interpretationem non spiritus intellectum: littera autem occidit. \* Litteram ergo occidentem sequentes, & ipsa appellatione resonantes Scribæ & Pharisei sunt, hoc est, qui à veritate vnitate diuisi sunt. Phares enim diuisio dicitur. Diuidunt autem Pharisei hoc genere, vt verba legis resonent, & in ipsa meditentur, spiritalis autem mysteria legis & sacramenta non videant. Nam si lex spiritalis est, vtique præcepta legis sunt spiritalia, & opera eius spiritalia sunt. Docentes ergo quæ Moyses scripsit, onera graua ligant corporalibus legis. Graua sunt enim quæ contraria iugo Christi sunt: & per doctrinam suam deuiam graua onera imponunt auribus audientium, quæ ipsi ne tantum quidem volunt mouere vt à corporalibus legis ad spiritalia Scripturæ verba commoueant. Sic enim intelligendum quia digito suo nolunt mouere illa, hoc est, nec exiguo puncto atque momento transferunt se ad intelligentiam spiritalem. *Tom. 4. in enarratione Psalmi 43.*

Misericordia tua Domine plena est terra, iustificaciones tuas doce me.] Multa obscuritas in Scripturis propheticis: sed si manu quadam mentis tuæ scripturarum ianuam pulses, & ea quæ sunt occulta, diligenter examines, paulatim incipies rationem colligere dictorum, & aperietur tibi non ab alio, sed à Dei verbo, de quo legisti in Apocalypsi \* quòd agnus librum signatū aperuit, quem nullus ante aperire poterat: quia solus Dominus Iesus in Euāgelio suo Prophetarum ænigmata, & legis mysteria reuelauit: solus scientiæ clauim detulit, & dedit aperire nobis. Dicitur se Iudæi habere clauim scientiæ, sed non habere: nam si haberent, ipsi ingrederentur, ipsi agnoscerent penetralia Scripturarum. Nunc autem vè vobis Scribæ & Pharisei, qui abstulistis clauim scientiæ, & ipsi non introistis, & introeuntes prohibuistis. *Quo*

modo

\* 2. Cor. 3.  
Scribe, Phari-  
sæi & omnes  
ab vnitate  
veritate diui-  
si, Scripturam  
quam legunt,  
non intelligunt

Scripturæ pro-  
phetiæ obscu-  
ræ sunt.

\* Apoc. 5.  
Christus Pro-  
phetarum æni-  
gmata, & lea-  
gus mysteria  
enarravit.  
Iudæi nō fue-  
runt assensu  
sententiā Scri-  
pturæ sacræ.

\* Luc. 11.

modo enim clauim potestis habere scientiæ, qui  
\* scientiæ negastis auctorem? Tom. 4. Sermone 8. in Psal-  
mum 118.

*Hereticos esse  
qui Scripturâ  
sacram nõ in-  
terpretantur  
secundum tra-  
ditionem Ec-  
clesiæ Catho-  
lica.*

Et inter se cogitationibus inuicem accusantibus,  
aut etiam defendentibus in die qua iudicabit Deus  
occulta hominum, secundum Euangelium meum per  
Iesum Christum Dominum nostrum. ] Illi quos dicit  
inuicem cogitationibus suis accusari aut defendi in  
die iudicij Dei, Christiani sunt ij qui discordant à Ca-  
tholica, diuersa sentiētes de Christo, aut de sensu leg-  
is in traditione Ecclesiæ, siue Cataphrygæ, siue No-  
uatiani, siue Donatiani, aut ceteri hæretici. Horum  
cogitationes inuicem se accusabunt in die iudicij. Si  
intellexit quis veram esse Catholicam, & ne videret-  
ur emendatus, sequi noluit, erubescens ab eo quod  
diu tenuit recedere, in die iudicij cogitatione sua  
accusabitur. Tom. 5. in cap. 2. Epist. ad Rom.

## CAPVT OCTAVVM

### De sacris Traditionibus.

*Ambrosium præter verbum Dei scriptum etiam  
maiorum traditiones agnoscere, ijsq̃  
multum deferre.*

*Patres Nice-  
ni in definiē-  
da celebritate  
paschali scri-  
pturam diui-  
nam & tra-  
ditionem ma-  
iorum secuti  
sunt.*

**D**ominis fratribus dilectissimis Episcopis per  
Aemiliam cõstitutis Ambrosius Episcopus.  
Non mediocris esse sapientiæ diē celebra-  
tis definire paschalis, & scriptura diuina nos instrui-  
tis, & traditio maiorum: qui conuenientes ad syno-  
dum Nicenam, inter illa fidei vt vera ita admiranda  
decreta, etiam super celebritate memorata, congre-  
gatis peritissimis calculandi, decem & nouem anno-  
rum collegere rationem, & quasi quædam constitue-  
re circulum ex quo exemplum in annos reliquos gi-  
gnetur. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 83.

Nonnulli Christianorum fratres existimantes se  
diuini-

diuinitatis præcepta religiosius obseruare prætermissa deuotione Quadragesimæ, cuius hodie curamus exordium, Quinquagesimam se facere mentuntur, cū id neque diuinis litteris iubeatur, neque traditum sit auctoritate maiorum. Tom. 3. Serm. 34. de Quadragesima.

Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum. ] Quod si Iudæi sabbathum ita celebrant, vt & mensam & annum quasi sabbathū habeant, quanto magis nos resurrectionem Domini celebrare debemus? Et ideo maiores tradiderunt nobis Pentecostes omnes quinquaginta dies vt Pascha celebrandos, quia octauæ hebdomadis initium Pentecosten facit. Tom. 5. lib. 8. Comment. in 17. Lucæ.

Traditio maiorum de ferijs Pentecostes.

## CAPVT NONVM

### De Petro Apostolo, de Romano Pontifice, & Apostolica sede.

#### I. Petrum primum fuisse, & caput Apostolorum.

**N**on habent (Nouatiani) Petri hæreditatem, Non habet Pe qui fidem Petri non habent, quam impia diuisione discerpunt. Tom. 1. lib. 1. de Penitentia, rem, qui fidem Petri non habet.

Cap. 6. Aperuit eis sensum, vt intelligerent ea quæ scripta sunt. ] Non est dubium credidisse Petrum, & credidisse quia dilexit, dilexisse quia credit. Vnde & contristatur quia tertio interrogatur: Amas me? is enim interrogatur, de quo dubitatur: sed Dominus non dubitabat qui interrogabat, nō vt disceret, sed vt doceret: quem eleuandus in cælum, amoris sui nobis velut vicarium relinquebat. Sic enim habes:

\*Simon Ioannis diligis me? Vtique tu scis Domine

F quia

\*Ioan. 21.

*Petrus cur omnibus Christianis Apostolis præferatur.*

*Petrus primus omnium Apostolorum.*

*Petro commissit Christus curam Ecclesiæ.*

*Quare Paulus ascenderit Hierosolymam.*

*Petrus primus Apostolorum dicitur, non quod à Seruatore nostro ante reliquos ad Apostolatū vocatus sit, verum quod dignitate ceteris præstet.*

quia amo te. Dicit ei Iesus: Pafce agnos meos. Bene confcius fui non ad tempus assumtum, sed iam dudum Deo cognitum Petrus testificatur affectū. Quis est enim alius qui de se hoc facile profiteri possit? Et ideo quia solus proficitur ex omnibus, omnibus antefertur. *Tom. 5. in caput vltimum Luca.*

Numquid non habemus potestatem mulieres circumducendi, sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? Ideo addidit, & Cephas, quia cum primus esset inter Apostolos, non refutabat sumptus oblatos. Cephas ipse est Simon Petrus. *Tom. 5. in cap. 9. Epist. 1. ad Corinth. Idem repetit in cap. 11. Epist. 2. ad Corinth. scribens.*

Deinde post annos tres ascendi Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Dignum fuit vt cuperet videre Petrum, quia primus erat inter Apostolos, cui delegauerat Saluator curam Ecclesiæ, non vtique vt aliquid ab eo disceret, qui iam ab auctore didicerat, à quo & ipse Petrus fuerat instructus, sed propter affectum Apostolatus, & vt sciret Petrus hanc illi datam licentiam quam & ipse acceperat. *Tom. 5. in cap. 1. ad Galat.*

Nihil enim minus teci, quam illi valde Apostoli. Valde, hoc est, nimis, sicut quibusdā videbatur. Nam hoc erant, quod & Apostolus Paullus. Hoc ergo dicit, quia minor non est neque in prædicatione, neque in dignitate, sed tempore. Nam si de tempore præscribendū putatur, ante cœpit Ioannes predicare quam Christus, & non Christus Ioannem, sed Ioannes Christum baptizauit. Non ergo sic iudicat Deus. Denique prior secutus est Andreas Saluatorem quam Petrus: & tamen primatum non accepit Andreas, sed Petrus. *Tom. 5. in cap. 12. Epist. 2. ad Corinth.*

### II. Petrum esse fundamentum Ecclesiæ.

**D**enique vt scias quod (Christus) secundum hominem rogat, diuinitate imperat, habes in Euangelio,

angelio, quod Petro dixit: \*Rogavi pro te, vt nō de-  
 ficiat fides tua. Eidem autem supra dicenti, \*Tu es  
 Christus Filius Dei viui, Respondit: Tu es Petrus, &  
 super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & ti-  
 bi dabo clauis regni cœlorum. Ergo cui propria au-  
 thoritate regnum dabat, huius fidem firmare nō po-  
 terat, quem cum petram dicit, firmamentum Ecce-  
 lesiæ indicauit? *Tom. 2. lib. 4. de fide, Cap. 3.*

Petrus fidelior factus est postquam fidem se per-  
 didisse desieuit, atque ideo maiorem gratiam repe-  
 rit quam amisit. Tamquam bonus enim pastor tuc-  
 dum gregem accepit, vt qui sibi ante infirmus fue-  
 rat, fieret omnibus firmamentum: & qui ipse inter-  
 rogationis tēratione nutauerat, ceteros fidei stabili-  
 tate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis  
 Ecclesiærū petra dicitur, sicut ait Dominus: \*Tu es  
 Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam  
 meam. Petra enim dicitur, eo quod primus in nati-  
 onibus fidei fundamenta posuerit, & tamquam fa-  
 xum immobile totius operis Christiani compagem  
 molemq̃ue contineat. *Tom. 3. Sermone 47.*

Primum signum mirabiliū suorum Petrus fecit,  
 claudu pedū restituendo vestigia. Diximus frequen-  
 ter ipsum Petrū à Domino nuncupatū, sicut ait: \*Tu  
 es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam  
 meam. Si ergo Petrus petra est super quā ædificatur  
 Ecclesia, recte prius pedes sanat: vt sicut in Ecclesia  
 fidei fundamentū continet, ita & in homine mem-  
 brorum fundamenta confirmet. *Tom. 3. Serm. 68. et 84.*

Tu es Christus Filius Dei viui.] Magna Christi  
 gratia, qui omnia prope vocabula sua discipulis su-  
 is donauit. \*Ego sum, inquit, lux mundi: & id ta-  
 men quo ipse gloriatur, discipulis nomen indulsit  
 dicens: Vos estis lux mundi. \*Ego sum panis vi-  
 uus: & Nos omnes vnus panis sumus. \*Ego sum vitis  
 vera: & tibi dicit: \*Plantaui te vitem fructuosam  
 omnem veram. \*Petra est Christus. Bibebant enim  
 de spiritali sequenti petra, petra autem erat Christus.

\* Luc. 22.

\* Matth. 16.

\* Christus q̃s

\* verbis (Tu es

\* Petrus, &amp; su-

\* per hanc pe-

\* tram ædifica-

\* bo Ecclesiam

\* meam) Petrus

\* fundamentum

\* &amp; petram Ec-

\* clesie cōstitutis

\* Matth. 16.

\* (Vno sensu Pe-

\* trus dicitur

\* petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie

\* &amp; petra Ecclesie



Etiam discipulo suo huius vocabuli gratiam nō negavit, vt & ipse sit Petrus, quōd de petra habeat soliditatem constantiæ, fidei firmitatem. Enitere ergo & tu vt petra sis. Itaque non extra te, sed intra te petram require. Petra tua actus est, petra tua mēs est. Supra hāc petram ædificetur domus tua, vt nullis possit nequitia spiritualis euerberari procellis. Petra tua fides est, fundamentum Ecclesiæ fides est. Si petra fueris, in Ecclesia eris, quia Ecclesia supra petram est. Si in Ecclesia fueris, portæ inferi non præualebunt tibi. *Tom. 5. lib. 6. Commentar. in cap. 9. Lucae.*

1. Aeternæ rerum conditor,  
Noctem diemque qui regis,  
Et temporum das tempora,  
Vt alleues fastidium:
2. Præco diei iam sonat,  
Noctis profundę peruigil,  
Nocturna lux viantibus,  
A nocte noctem segregans.
3. Hoc excitatus Lucifer  
Solut polum caligine.  
Hoc omnis errorum chorus  
Viam nocendi deserit.
4. Hoc nauta vires colligit,  
Pontique mitescunt freta:

*Petrus petra  
Ecclesia est.*

*Augustinus lib. 1. Retractationum cap. 21. probat q̄s Ambrosij versibus Petrum Apostolum fundamentum & petram Ecclesiæ Catholice dici posse. In hoc inquit, libro (contra Epistolam Donati) dixi in quodam loco de Apostolo Petro, quōd in illo tamquam in petra fundata sit Ecclesia: qui sensus etiā cantatur ore multorum in versibus beatissimi Ambrosij, vbi de gallo gallinaceo ait: Hoc, ipsa petra Ecclesiæ canente, culpam diluit. Sed scio me postea sapissime sic exposuisse quod à Domino dictum est, \* Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; vt super hunc intelligeretur quem consessus*

\* *Matth. 16.*

fessus est Petrus dicens, Tu es Christus Filius Dei vivi: ac si Pe-  
 trus ab hac petra appellatus, personā Ecclesia figuraret, que  
 super hanc petram edificatur, & accepit claves regni cælorū.  
 Non enim dictū est illi, Tu es petra: sed, Tu es Petrus, petra  
 autem erat Christus, quem confessus Simon, sicut eum tota Ec-  
 clesia confiteatur, dictus est Petrus. Harum autē duarum sensu-  
 tentiarum quæ sit probabilior eligat lektor. Hæc Augustinus.  
 Neque solum Ambrosius & Augustinus, verum etiam, quod  
 multi ex nostris prolixè admodum probarunt, plerique cum  
 Græci tum Latini scriptores iam inde à temporibus Apostolo-  
 rum ad hæc nostra, Petrum Ecclesiæ petram faciunt, & id quis  
 dem eo sensu, ut tamen Christo, qui, \* ut Apostolus ait, & \* Ephes. 2.  
 tota Ecclesia iacet, lapis est angularis, & \* fundamentum, \* 1. Cor. 3.  
 præter quod nemo potest aliud ponere, iniuriam nullam faci-  
 ant. Testantur id ea, quæ paulo ante ex B. Ambrosij sermone  
 47. & ex lib. 6. Comment. in cap. 9. notauimus. Et quo ple-  
 nius imperfectioribus, quibus hæc interpretatio verborū Chri-  
 sti \* (Tu es Petrus, & supra hanc petram edificabo Ecclesiam  
 meam) dura forte videtur, satisfiat, adjiciam \* B. Leonis Pon- \* Sermone ter-  
 tificis hæc de re verba, quæ quod Ambrosius sentit, & probant tū in anniu-  
 & mirum in modum illustrant. Et ego, inquit Christus, dico sario pontifi-  
 tibi: hoc est, sicut meus Pater tibi manifestauit diuinitatem catus sui.  
 meam, ita & ego tibi notam facio excellentiam tuam, quia tu  
 es Petrus, id est, cum ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angu-  
 laris, qui facio vtraque vnum: ego fundamentū, præter quod  
 nemo potest aliud ponere: tamē tu quoque petra es, quia mea  
 virtute solidaris: ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi  
 mecum participatione communia. Ac, qui hunc annis plus mi-  
 nus ceterum antecessit, Basilius Magnus Græcus scriptor, \* Pe- \* Homil. de pœ-  
 trus, inquit, tertio abnegauit, & collocatus est in fundamen- nitent.  
 to. Petrus dixerat iam antea, & beatus pronūciatus fuerat:  
 dixerat, \* Tu es Filius Dei excelsi: et vicissim audierat, se esse \* Matth. 16.  
 petram, ita laudatus à Domino: Licet enim petra esset, non  
 tamen petra erat ut Christus. Ut Petrus petra erat. Nam  
 Christus vere est immobilis petra. Petrus vero propter petrā.  
 Axiomata namque sua Iesus largitur alijs. Largitur autem  
 ea non euacuatus, sed nihilominus habens. Lux est: Vos estis  
 lux

lux mundi, inquit, Sacerdos est, & facit sacerdotes. Ovis est, & dicit: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Petra est, & petram fecit. Quæ sua sunt, largitur seruis suis. Argumentum hoc est opulenti, habere videlicet, & alijs dare. Hactenus Basilus. Adferrem & aliorum patrum sententias, ni putarem ex his satis intelligi posse, quo sensu Petrus sine Christi iniuria, Ecclesiæ fundamentum ac petra, cum à veteribus, tum hodie ab omnibus ijs, qui Catholici & esse, & haberi volunt, dicatur.

III. Petrum Roma fuisse Episcopum, Simonem Magum superasse, & ibidem cruci affixum esse.

Typum Ecclesiæ Romanæ in omnibus sequi cupit Ambrosius.

aliàs,  
\* mysterio

Petrus Apostolus episcopus fuit Ecclesiæ Romanæ.

NON ignoramus quòd Ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus sequimur & formam. Hanc tamen consuetudinem nõ habet vt pedes lauet. Vide ergo ne forte propter multitudinem declinauit. Sunt tamẽ qui dicant & excusare conentur, quia hoc in \* ministerio faciendum est, non in baptisate, non in regeneratione, sed quasi hospiti pedes lauandi sint. Aliud est humilitatis, aliud est sanctificationis. Denique audia quia mysterium est & sanctificatio: Nisi laucro tibi pedes, non habebis mecum pariem. Hoc ideo dico, non quòd alios reprehendam, sed mea officia ipse commendem. In omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam. Sed tamen & nos homines sensum habemus. Ideo quod alibi rectius seruatur, & nos recte custodimus. Ipsum sequimur Apostolũ Petrum, ipsius inhæremus deuotioni. Ad hoc Ecclesia Romana quid respõdet? Vtique ipse auctor est nobis huius assercionis Petrus Apostolus, qui sacerdos fuit Ecclesiæ Romanæ. Tom. 4. lib. 3. de Sacramentis, Cap. 1.

Per sacerdotem Episcopum intelligit. Familiare enim admodum est Ambrosio, quemadmodum et multis alijs Ecclesiæ patribus, Episcopos sacerdotes appellare. Ita Tom. 2. in proemio librorum de fide ad Gratianum Augustum trecentos de-

cem & octo patres concilij Niceni sacerdotes nominat: quos tamen Eusebius lib. 10. Ecclesiasticae historiae, cap. 1. & quos quos istius concilij acta descripserunt, vel alioqui meminere runt, Episcopos esse testantur. Neq; diffinitur id, quod nostram interpretationem potissimum confirmat, Ambrosius ipse. Ita enim ait lib. 1. de fide ad Gratianum Augustum, cap. 9. Acce-  
 pisti sancte Imperator eos, qui talia asserunt iure damnatos, non humana industria, non compositione aliqua, sed trecentis decem & octo, \* vt supra dixi, Episcopi ad concilium conue-  
 nerunt. Sed vt in numero eorum per signum suae passionis horum de fide & nominis Dominus Iesus, suo probaret se adesse concilio, crux in trecentis, Iesu nomen in decem & octo est sacerdotibus.

Petrus Apostolus vtriusque rei vobis edit exemplum. \* Nam vbi eum Herodes quaesivit & cepit, rece-  
 pit in carcerem. Non enim recesserat Dei seruulus, sed iterat timoris ignarus. Orabat pro eo Eccle-  
 sia, sed Apostolus in carcere quiescebat, quod est iudicium non timentis. Missus est Angelus qui dormi-  
 entem excitaret, per quem Petrus productus e carcere, mortem ad tempus euasit. Idem Petrus post  
 ea victo Simone cum praecpta Dei populo semina-  
 ret, doceret castimoniam, excitauit animos genti-  
 lium: quibus eum quaerentibus Christianae animae  
 deprecatae sunt vt paullisper cederet. Et quamuis  
 esset cupidus passionis, tamen contemplatione po-  
 puli precaris inflexus est. Rogabatur enim vt ad in-  
 stituendum & confirmandum populum se reseruaret.  
 Quid multa? Nocte muro egredi coepit, & videt sibi  
 in porta Christum occurrere, vbiemque ingredi, ait:  
 Domine quod venis? Respondit Christus: Venio ite-  
 rum crucifigi. Intellexit Petrus ad sua crucem diuini  
 pertinere responsum. Christus enim non poterat  
 iterum crucifigi, qui carne passione susceptae mortis  
 exuerat. \* Quod enim mortuus est, mortuus est  
 semel: quod autem viuit, viuit Deo. Intellexit ergo Pe-  
 trus quod iterum Christus crucifigendus esset in seruu-  
 lo. Itaq; sponte remeauit, interrogantibus Christianis

Petrus Simo-  
 nem magnum  
 vicit.

Petrus victus  
 precibus popu-  
 li martyrium,  
 cuius alioqui  
 erat avidissi-  
 mus, declinare  
 voluit, sed a  
 Christo reuocatur.

\* Rom. 6.

responsum reddidit, statimque correptus, per crucem suam honorificauit Dominum Iesum. *Tom. 3. lib. 5. Epist. in oratione in Auxentium de tradendis basilicis.*

Cum omnes beati Apostoli parem gratiam apud Dominum sanctitatis obtineant, nescio quo tamen

*Petrus et Paulus ceteris Apostolis præstant*

facto Petrus & Paulus videntur præ ceteris peculiari quadam in Salvatore fidei virtute præcellere. Quod quidem ex ipsis Domini iudicio possumus approbare. Nam Petro sicut bono dispensatori clauem regni cælestis dedit, Paulo tamquam idoneo doctore magisterium Ecclesiastica institutionis iniunxit, scilicet ut quos iste erudierit ad salutem, ille

*Collatio Petri & Pauli.*

fuscipiat ad quietem: & quorum corda Paulus patefecerit doctrina verborum, eorum animabus Petrus aperiat regna cælorum. Clauem enim quodammodo à Christo scientiæ & Paulus accepit. Clavis enim dicenda est qua ad fidem peccatorum corda referantur: mentium secreta panduntur, & quicquid intrinsecus clausum tenetur, in palam rationali manifestatione producit. Clavis inquam est, quæ & conscientiam ad confessionem peccati aperit, & gratiam ad æternitatem mysterij salutaris includit. Ambo igitur clauas à Domino perceperunt, scientiæ iste, ille potentia: diuitias immortalitatis ille dispensat, scientiæ thesauros iste largitur. Sunt enim scientiæ thesauri, sicut scriptum est: \*In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Ergo beatus Petrus & Paulus eminent inter vniuersos Apostolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt. Verum inter ipsos quis cui preponatur, incertum est: pu- to enim illos æquales esse meritis, qui æquales sunt passione, & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrij gloriam peruenisse. Non enim sine causa factum putamus, quod vna die, vno in loco, vnius tyranni tolerauerent sententiam. Vna die passi sunt, ut ad Christum pariter peruenirent. Vno in loco, ne alteri Roma deesset. Sub vno persecutore, ut æqualis crudelitas vtrumque constringeret.

\* Colof. 2.

*Petrus, & Paulus vno die, vno in loco, vnius tyranni tolerauerunt sententiam.*

ret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute. Et in quo tandem loco martyrium pertulerunt? In vrbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum, scilicet vt vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & vbi gentilium principes habitabãt, illic Ecclesiarum principes morarentur. Cuius autem meriti sint beatissimi Petrus & Paullus, hinc possumus intelligere, quod cum Dominus Oriëntis regionem propria illustrauerit passione, Occidentis plagam, ne quid minus esset, vice sui, Apostolorum sanguine illuminare dignatus est. Et licet illius passio nobis sufficiat ad salutem, tamen etiam horum martyrium nobis contulit ad exemplum. Hodierna igitur die beati Apostoli sanguinem profuderunt. Sed videamus causam quare ista perpessi sunt, scilicet quod inter cetera mirabilia etiam \* magum illum Simonem orationibus suis de aeris vacuo precipiti ruina prostrauerunt. Cum enim idem Simon se Christum diceret, & tamquam Filium ad Patrem assereret volando se posse conscendere, atque elatus subito magicis artibus volare cepisset, tunc Petrus fixis genibus precatus est Dominum, & precatione sancta vicit magicam leuitatem. Prior enim ascendit in cælum ad Dominum oratio quam volatus, & ante peruenit iusta petitio quam iniqua præsumptio. Ante Petrus in terris positus obtinuit quod petebat, quam Simon perueniret in cælestibus quod tēdebat. Tunc igitur Petrus velut victum illum de sublimi aere deposuit, & quodam precipitio in saxum illidens eius crura confregit. Ethoc in opprobrium facti illius, vt qui paulo ante volare tētauerat, subito ambulare non posset: & qui pennas assumerat, plantas amitteret.

Tom. 3. Sermones 66.

IIII. Penes Romanam sedem esse primatum,  
summam auctoritatem, & vniuersalem  
curam totius Ecclesie.

F 5 Cre.

Cur Christus  
vulnerit hos  
duos Apostolos  
los Romæ  
martyrio coronas  
ri.

\* Act. 8.

Simon Magus  
à Simone Pe-  
tro superatur.

Roma per apo-  
stolici sacerdo-  
tij principatū  
amplior facta  
est arce religio-  
nis quam so-  
lio potestatis.

**C**Redimus prouidentia Dei Romani regni lati-  
tudinem preparatam, vt nationes vocandę ad  
vnitatem corporis Christi, prius iure vnus confoci-  
arentur impietatis: quamuis gratia Christiana non  
contenta sit eosdē limites habere quos Roma, mul-  
tosque iam populorū scepro crucis Christi illa sub-  
diderit, quos armis suis illa nō domuit. Quæ tamen  
per Apostolici sacerdotij principatum amplior fa-  
cta est arce religionis quam solio potestatis. *Tom. 2.  
lib. 2. de vocatone gentium, Cap. 6.*

Romanam Ec-  
clesiam esse  
Catholicā.

Aduocauit ad se (Satyrus Ambrosij frater) Epi-  
scopum, nec vllam veram putauit nisi verę fidei gra-  
tiam, percunctatusque ex eo est, vtrum nam cum  
Episcopis Catholicis, hoc est, cum Romana Ecclesia  
conueniret. *Tom. 3. in oratione fnebri de excessu fratris.*

Domino dilectissimo fratri Syricio Pape, Ambro-  
sius Episcopus, Passianus Episcopus, & ceteri. Re-  
cognouimus litteris sanctitatis tuę boni pastoris  
excubias, qui fideliter commissam tibi ianuam ser-  
ues, & pia sollicitudine Christi ouile custodias, di-  
gnus quem oues Domini audiant & sequantur: &  
ideo quia nosti ouiculas Christi, lupos facile depre-  
hēdes, & occures quasi prouidus pastor, ne isti mor-  
fibus perfidię suę feralique vlulatu dominicū ouile  
dispergant. *Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 81.*

Hęc tibi scribo, sperans cito me venire ad te. Si  
autem tardauero, vt scias quemadmodum oportet  
at te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei  
viui, columna & firmamētum veritatis. ] Scribo ti-  
bi vt scias, quomodo Ecclesiam ordines, quæ est do-  
mus Dei, vt cum totus mundus Dei sit, Ecclesia ta-  
men domus eius dicatur, cuius hodie rector est Da-  
masus. *Tom. 5. in cap. 3. Epist. 1. ad Timoth.*

Damasus Pas-  
pa rector est  
Ecclesie Cat-  
tholica.

V. A Romana sede de doctrina Catholica iu-  
diciū ferri, & Hæreses damnari.

**S**YRICIUS Mediolanensi Ecclesie. Optarē semper  
Fratres carissimi dilectionis & pacis vestrę fin-  
ceri-

ceritatis gaudia nunciari, ita vt vicissim discurren-  
 tibz litteris sospitatis indicio iuuaremur vestro,  
 quia non patitur nos quietos ab incursione sua va-  
 care hostis antiquus ab initio mendax, inimicus ve-  
 ritatis, æmulus hominis, quem vt deciperet, se ante  
 decepit. Pudicitie aduersarius, luxurie magister, cru-  
 delitatibus pascitur, abstinentia puniendus odit ie-  
 iunia, ministris suis predicantibus dum dicit esse su-  
 perflua, spem non habens de futuris, Apostoli sen-  
 tentia repercussus dicentis, \*Manducemus & biba-  
 mus, cras enim moriemur. O infelix audacia, ð de-  
 sperata mentis astutia. Tam incognitus sermo hæ-  
 reticorum intra Ecclesias cancri more serpebat, vt  
 occupans pectus, totum hominem præcipitaret in  
 mortem. Et nisi Dominus Sabaoth laqueum quem  
 parauerat dirupisset, scena tanti mali & hypocrisis  
 publicata multorum simplicium corda traxerat in  
 ruinam: quia facile ad deteriorem partem mens hu-  
 mana traducitur, malens per spatiosa volare, quàm  
 arctæ viæ iter per laborem transire. Qua de re neces-  
 sarium satis fuit mihi quæ hic gesta sunt ad vestram  
 conscientiam cognoscenda mandare, ne ignorãtia  
 sacerdotis quispiam pessimorum Ecclesiam irrum-  
 pentium sub religioso nomine contagio violaret:  
 sicut scriptũ est Domino dicente, \* Multi veniẽt  
 ad vos in vestimẽtis ouiuũ, intus aut sunt lupi rapaces,  
 à fructibus eorum cognoscetis eos. Ij videlicet qui  
 quasi vtilitate Christi nosse se iactent, vt sub vesti-  
 mento pij nominis gradientes domum orationis  
 ingressi, sermonem serpentine disputationis effun-  
 dant, \* vt sagittẽt in obscuro rectos corde, atque ve-  
 ritatem Catholicam vertendo ad suę doctrine rabi-  
 em diabolico more traducant, atque ouium simpli-  
 citatem defraudẽt. Et quidem multarum hæresium  
 malignitatem ab Apostolis nunc vsque didicimus,  
 & experti abrogauimus: sed numquam tales canes  
 Ecclesiæ mysterium latratibus fatigauerunt, quales  
 nunc subito hostes fidei erumpentes doctrina per-  
 fidia

\* 1. Cor. 15.

*Sermo hæreticorum  
 vt canis  
 vt canis  
 cer serpit.*

\* Matih. 7.

\* Psal. 10.



\* *Matth. 22.*

*Accusantur  
heretici apud  
Syriciū Papā  
Romanum, vt  
illius iudicio  
damnentur.*

*Syricius Papā  
damnat Iouinianū & plu-  
res alios, qui  
virginitati nu-  
ptias equabāt*

*Syricij Papæ  
iudicium in*

fidia polluta, cuius sint discipuli, verborum fructibus prodiderunt. Nam cum alij heretici singula sibi genera quaestionum male intelligendo proposuerint conuellere atque conserpere de diuinis institutionibus: isti \* non habentes vestem nuptialem, fauciantes Catholicos, noui & veteris testamenti (vt dixi) continentiam peruerentes, illecebroso atque ficto sermone aliquot Christianos ceperunt iam vastare, atque suae demeritiae fociare, intra se continentes nequitiae suae virus. Verum illecti blasphemias suas conscriptione temeraria publice prodiderunt, & desperatae metis furore conciti passim in furorē gentium publice à fidelibus Christianis viris genere optimis, religione praclaris, ad meam humilitatem subito scriptura honorifica videtur esse delati, vt sacerdotali iudicio detecta diuinæ legi contraria spiritali sententia deleantur. Nos sane nuptias non aspernanter accipimus quibus velamine intersumus, sed virginum nuptias Deo deuotas maiore honorificentia veneramus. Facto igitur presbytero constitit doctrinae nostrae, id est, Christianae legi esse contraria. Vnde Apostoli secuti praecipuum, quia aliter quam quod accepimus annunciabant, omnium nostrum tam presbyterorum & diaconorum quam totius etiam cleri vna suscitata fuit sententia, vt Iouinianus, Auxentius, Genialis, Germinator, Felix, Protinus, Martianus, Ianuarius & Ingeniosus, qui auctores nouae haeresis & blasphemiae inuenti sunt, diuina sententia & nostro iudicio in perpetuum damnati extra Ecclesiam remaneant. Quod custodituram sanctitatem vestram non ambigens, haec scripta direxi per fratres & presbyteros meos Crescentem, Leopardum, & Alexandrum, qui religiosi officium fidei possint spiritu adimplere feruentes. *Syricius Papa ad Ecclesiam Mediolanensem, Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 80.*

Respondet Ambrosius Syricio Papae in hanc sententiam, Iouinianum, Auxentium, Germinatorem, Feli-

Felicem, Protinum, Genialem, Marianum, Ianua- *damnando Io*  
 rium & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnauit, *umano ex so*  
 scias apud nos quoque secundum iudicium tuum ef- *cis sequitur*  
 se damnatos. Incolum em te & florentissimum De- *Ambrosius cu*  
 us noster tuatur omnipotens, domine delectissi- *multis alijs*  
 me Frater. Item subscriptio. Ego Euentius episco- *Episcopis.*  
 pus saluto sanctitatem tuam in Domino, & huic Epi-  
 stolae subscripsi: Maximus episcopus, Felix episco-  
 pus, Bassianus episcopus, Theodulus episcopus, ex  
 iussu domini episcopi Geminiani, ipso praesente A-  
 per presbyter subscripsi. Eustasius episcopus, De-  
 constantius episcopus, Eustasius episcopus, & omnes or-  
 dines subscripserunt. *Tom. 3. lib. Epist. 3. Epist. 81.*

CAPVT DECIMVM

De sacris Concilijs.

I. *Auctoritatem Conciliorum Oecumenico-  
 rum non humanam sed diuinam esse,  
 ab eaque non discedendum.*

**D**E Concilijs id potissimum sequar, quod tre-  
 centi decem & octo sacerdotes, tamquam  
 Abraham electi iudicio, consona fidei virtute  
 victores, velut trophaeum toto orbe subactis perfidis *Concilium Nio*  
 extulerunt: vt mihi videatur hoc esse diuinum, quod *cennum quo lo-*  
 eodem numero in Concilijs fidei habemus oraculum, *co Ambrosius*  
 quo in historia pietatis exemplum. *Tom. 2. in proa- habeat.*  
*mio lib. 1. de fide ad Gratianum Augustum.*

Accepisti sancte Imperator eos qui talia asserunt, *Concilia Oec*  
 iure damnatos, non humana industria, non com- *umenica ab*  
 positione aliqua: sed trecenti decem & octo, vt fu- *ipso Deo re-*  
 pra dixi, Episcopi ad Concilium conuenerunt. Sed *guntur.*  
 vt in numero eorum per signum suae passionis & no-  
 minis Dominus Iesus suo probaret se adesse Conci-  
 liu, crux in trecentis, Iesu nomen in decem & octo  
 est sacerdotibus. *Tom. 2. lib. 1. de fide ad Gratianum, Cap. 9*

II. Con-

II. Concilia leges de fide & moribus cōdere,  
finem controuersis imponere solere.

*Patres concilij Niceni à sacerdotio arcē bigamum.*

*Synodus Capuensis cur suevis indicta.*

**D**iximus quid legis est, dicamus etiam quid rationis. Sed prius cognoscamus, non solum hoc Apostolū de episcopo & presbytero statuisse, (Oportet episcopum esse vnus vxoris virum) sed etiam patres in concilio Niceni tractatus addidisse, neque clericum quemquam debere esse qui secunda cōiugia sortitus sit. *Tom. 3. lib. 10. Epist. 82.*

Ambrosius Theophilo. Non habet quod vrgeat Euagrius, & habet quod metuat Flauianus, ideoque refugit examen. Dent fratres veniam dolori iusto, quia propter ipsos vniuersus orbis concutitur. Et illi tamen nostro non compatiuntur dolori, perstringi saltem se æquanimiter ferant ab ijs quos vident sua per tantorum curricula temporum vexari intentione. Inter hos etenim duos nihil quod ad Christi pacem pertineat, eligētes, grauis toto orbe stabat discordia. Cui bonæ pacis naufragio sancta synodus Capuensis tādē obtulerat portum tranquillitatis, vt omnibus per totum Oriētem daretur communio Catholicam consentientibus fidem, & duobus istis tue sanctitatis examen impartiretur, fratribus & confacerdotibus nostris Aegyptijs pariter consentientibus: quia hoc verum iudicium futurum arbitrati sumus, quod neutri parti sociata communione aliquo fauore protenderet. Cū ex his igitur æquissimæ synodi constitucis sperare iam remedium datum finemque oblarum discordiæ, scribit sanctitas tua iterum fratrem nostrum Flauianum ad precum auxilia, & imperialium rescriptorum suffragia remeauisse. Frustra ergo tatorum sacerdotum fusus labor, iterum ad huius seculi iudicia reuertendum, iterum ad rescripta, iterum vexabuntur sacerdotes senes, transfretabunt maria, iterum inualidi corpore patriam peregrino mutabunt solo, iterum sacrosancta altaria deserentur, vt in longinqua proficiscamur, iterum

iterum pauperum turbæ episcoporum, quibus ante onerosa paupertas non erat, externæ opis egentes compellentur inopiam gerere, aut certe victum inopum itineris vsurpare. Interea solus exlex Flavianus (vt illi videtur) non venit quando omnes conuenimus. Fœnerator & debitor inuicem sibi occurrunt, isti sibi non possunt occurrere, solus exfors Flavianus (vt ipse vult) sacerdotalis consortij, qui nec imperialibus decretis nec sacerdotû conuentui præsentiam faciat sui. Nec tamen etiam hoc moti dolore, fratri Euagrio donamus speciem bonæ causæ, qui eo defensabilior sibi videtur, quòd cum refugit Flavianus, aut quòd habere se alterum arbitretur æqualem, vterque alienæ magis ordinationis vitijs quàm suis fretus. Quos tamen nos in meliorem vocamus viam, vt malimus eos suis potius bonis quàm alieno vitio defendi. Qua de re quoniam proprijs texuisti litteris posse typum reperiri aliquem quo possit auferri fratrum discordia, cum sancta synodus cognitionis ius vnanimi tate tuæ ceterisque ex Aegypto cõsacerdotibus nostris commiserit, iterum oportet fratrem nostrum Flavianum conuenias, vt si in eo perseuerauerit quo veniendum non putet, saluis concilij Niceni, sed etiam synodi Capuenfis statutis, illibata pace vniuersorum ita consulas, vt non videamur destruere quod ædificatum est. *Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 78.*

III. *Definitioni legitimi Concilij acquiescendum, hereticorum vero conciliabula, quæ hominum fauorem captant, sugienda.*

**H**Oc scriptum est (Christum creaturam esse) in *Ambrosius mo-  
ri maluit quã  
fidem Nicenã  
deferere.*  
Ariminensi synodo, merito quæ concilium illud exhorreo, sequens tractatum concilij Niceni à quo me nec mors nec gladius poterit separare. *Tom. 3. lib. Epist. 5. Epist. 32.*

Domini fratrib. dilectissimis Episcopis per Æmiliam constitutis Ambrosius Episcopus. Non medio  
cris

*Cōcilium Ni-  
cenū quo tem-  
pore pascha ce-  
lebrandum sit  
definiuit.*

cris esse sapientiæ diem celebritatis definire pascha-  
lis, & scriptura diuina nos instruit, & traditio maio-  
rum: qui conuenientes ad synodum Nicenam, inter  
illa fidei vt vera ita admiranda decreta, etiam super  
celebritate memorata, congregatis peritissimis cal-  
culandi, decem & nouem annorum collegere ratio-  
nem, & quasi quendam constituere circulum ex quo  
exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc cir-  
culum Enneadecaterida nuncupauerunt, sequentes  
illud quòd non debeamus vana quadam opinione  
super celebritate huiusmodi fluctuare, sed vera rati-  
one comperta ita omnium concurrat affectio, vt  
vna nocte vbique sacrificium pro resurrectione Do-  
mini deferatur. *Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 83.*

*Concilium Ari-  
minense Impe-  
ratoris gratiam  
captauit.*

Væ cum vobis benedixerint homines. Nonne ti-  
bi videtur hic dicere qui dudum in Ariminensi con-  
cilio perfidæ præuaricationis auctores cum Impera-  
toris gratiam sequuntur, Dei gratiam perdiderunt?  
Qui cum placere potentibus aucupatur, maledicto  
se perpetuo subdidere. *Tom. 5. lib. 5. Commentar. in cap.  
6. Lucae.*

*III. Non esse necessarium propter hæreticū  
vnum Concilium conuocare, et si ad  
illud prouocet.*

**S**I ad synodum prouocat Auxentius vt de fide dis-  
putet: licet nō sit necesse propter vnum tot Epi-  
scopos fatigari, qui etiāsi Angelus de cælo esset, paci  
Ecclesiarum nō deberet præferri, cum audiero syn-  
odum congregari, & ipse non deero. *Tom. 3. lib. Epist.  
5. Epist. 32.*

## CAPVT VNDECIMVM

### De auctoritate Patrum Docto- rumque Ecclesiæ.

*Præcepta ma-  
iorum religio-  
se obseruanda.*

**S**eruemus præcepta maiorum, nec hæreditaria  
signacula ausi rudis temeritate violemus. Li-  
brum signatum illum propheticum non senio-  
res,

res, non Potestates, non Angeli, non Archægeli aperire ausi sunt, soli Christo explanandi eius prerogativa seruata est. Librum sacerdotalem quis nostrum designare audeat, signatum à confessoribus, & multorum iam martyrio consecratum? Quem qui designare coacti sunt, postea tamen damnata fraude si goarunt. Qui violare non ausi sunt, Confessores & Martyres exstiterunt. Quomodo fidem eorum possumus denegare, quorum victoriam prædicauimus?

*Ratio cur maiorum præcepta diligenter obseruanda.*

Tom. 2. lib. 3. de fide ad Gratianum, Cap. 7.

Nouerimus itaque quia non sine magno discrimine de religionis veritate dubitamus, quam tanto sanguine confirmatam videmus. Magni periculi res est, si post Prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post Martyrum vulnera, veterem fidem quasi nouellâ discutere præsumas, & post manifestos duces in errore permanear, & post morientium sudores, otiosa disputatione cõtendas.

*Periculosum est fidem Catholicam multorum sanguine confirmatâ discutere vel le.*

Tom. 3. Sermone 93. in natali sanctorum Martyrum Nazarij & Celsi.

CAPVT DVODECIMVM  
De Hæreticis.

I. Quis sit hæreticus, & qui sint hæreticorũ mores.

**A**lienus est à numero fidelium & à sorte sanctorum, qui in aliquo à Catholica veritate dissentit. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 84.

*Hæreticus quis sit.*

*Sub prætextu verbi Dei impia dogmata propagare.*

Nihil periculosius his hæreticis esse potest, quàm qui cùm integre per omnia decurrant, vno tamen verbo, ac si veneni gutta meram illam ac simplicem fidem Dominicæ, & exinde Apostolicæ traditionis inficiant. Vnde vehementer nobis caendum est, ne se vel sensibus vel auribus nostris huiusmodi

*Qui hæretici perniciosissimi.*

*Heretici sub  
prætextu fi-  
dei fidem vio-  
lant.*

modi aliquid latenter insinuet. Quia nihil tam cogit in mortem, quam sub obtentu fidei, fidem violare. Ut enim gypsum aqua permixtum, lac colore mœritur: ita hic per verisimilem confessionem traditio inimica suggeritur. *Tom. 2. lib. de fide contra Arr. Cap. 1.*

Narrauerunt mihi iniusti, exercitatione: sed non sicut lex tua Domine. Bene optat iudicium sibi fieri de persequentibus, qui non solum opera iusti impedire, verum etiam fidem superflua narratione conati sunt. Etenim quasi fabulæ cuiusdam naniæ narratas sibi dicit *αδολοχίας*, hoc est, superfluas loquacitates. Narratores enim superflui, sicut hirundines, disputationis suauitatem loquacitatis continuatione corrumpunt, ut Aristotelis sententia est. Superflua

*Heretici non  
loquuntur se-  
cundum legē.*

igitur loquitur hæreticus, qui non loquitur veritatem, non loquitur secundum legem. Qui autem fundatus in lege est, nouit à veris falsa discernere: spiritualis eruditione doctrinæ, hæretica ab euangelicis dogmata separare. Ideo ne multi decipiantur, iubetur à Domino tacere peccator. Peccatori enim dixit Deus: \*Quare tu enarras iustitias meas? Cōticescat igitur perfidia, quæ tramitem veritatis tenere non nouit, quæ Dei præcepta non seruat. Cur enim per os suum assumunt peccatores Euangelium veritatis, in quorum ore veritas non est? Omnia autem præcepta Dei veritas, Christus autem veritas. Non ergo est Christus in disputationibus perfidorum, qui dicit perfido: \*Os tuum abundauit nequitia, & lingua tua concinnauit dolum. Lingua enim quæ vult astringere mendacium, dolum vtrique necit asseritis. Sed huius-

*\*Ibidem.*

*Hereticus fur  
est Dei verbi.  
† patrociniū*

modi fur est, & cum fure concurrens. Multi enim fures sunt, qui verbum Dei non ad utilitatem suam furantur & rapiunt: sed ad fraudem & † patrimonium quoddam cœlestium scripturarum in sua furta derorquent, adulterina sibi compendia colligentes, dolo magis quam veritate quaesita. sed hi sunt qui miscent aquam vino, tamquam caupones pessimi, adulterantes sermonem Dei, & insincerum proferentes

feretes quicquid perfido & tamquam ebrio ore depromserint : & ideo aliena loquuntur à lege. Vnde eos bene Propheta refutat atque reprehendit, sciens quid præscripto legis acceperit. *Tom. 4. Sermone 11. in psal. 118.*

Si Filius Dei es, mitte te deorsum. ] Disc. e hinc quia \* satanas trāsfiguratur se velut angelū lucis, & de scripturis ipsis sæpe diuinis, laqueum fidelibus parat. Sic hæreticos facit, sic euiscerat fidem, sic iura pietatis impugnat. Ergo non te capiat hæreticus, quia potest de scripturis aliqua exempla proferre, nec sibi arrogat quòd doctus videtur. Vtitur & diabolus testimonijs scripturarum non vt doceat, sed vt circum scribat & fallat. *Tom. 5 lib. 4. Comment. in cap. 4. Lucæ.*

Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est Christus Iesus. ] Ideo nemo potest ponere aliud fundamentum, quia quamuis hæretici sint aliqui, non tamen docent nisi sub Christi nomine. Aliter enim commenta erroris commēdare non possunt, nisi interposito Saluatoris nomine prædicent, vt res contrarias & absurdas nominis dignitas faciat acceptabilis. *Tom. 5. in cap. 3. Epist. 1. ad Corinth.*

Hæretici sunt qui verba legis, legē impugnant. Proprium enim sensum verbis astruunt legis, vt prauitatem mentis suæ legis auctoritate commendent. Sciens enim impietas auctoritatem multum valere, fallaciam sub nomine eius componit, vt quia res mala per semetipsam acceptabilis esse non potest, bono nominis commendetur. *Tom. 5. in cap. 3. Epist. ad Titum.*

*Scripturam corrumpere.*

Hæc hæresis ( Arriana ) post omnes hæreses cœpit, & ex omni hæresi venena collegit. Sicut enim de Antichristo scriptum est, \* Quia aperuit os suum in blasphemiam ad Deum, blasphemare nomen eius, & bellum facere cum sanctis eius : Ita & isti Fi-

\* 1. Cor. 11.  
Hæretici scriptura sacra vtuntur nõ secus ac diabolus cum Christum tentaret.

Sub nomine Christi hæretici docent, vt nominis dignitate falsis suis dogmatibus auctoritatem concilient.

Hæretici per verba legis, legem impugnant.

\* Apoc. 13.



**Arriani Scri-** lio Dei derogant, nec Martyribus pepercerunt: &  
**pturam falsifi-** quod fortasse ille non faciet, scripturas falsauere di-  
**runt.** uinas. *Tom. 2. lib. 2. de fide, ad Grat. Cap. vltimo.*

Nec solum hoc loco (Act. 5.) euidenter sancti Spi-  
**Arriani inte-** ritus *θεὸς ἡρὰ*, hoc est, diuinitatem scriptura testatur,  
**gras sententi-** sed etiam ipse Dominus dixit in Euangelio: Quoni-  
**as ex Euāge-** am Deus spiritus est. *Quem* locum ita expresse Arri-  
**llo sustinerit.** ani testificamini esse de Spiritu, vt eum de vestris  
codicibus auferatis, atque vtiā de vestris & non  
etiam de Ecclesię codicibus tolleretis. Eo enim tem-  
pore quo impię infidelitatis Auxentius Mediola-  
nensem Ecclesiam armis exercituque occuparat, vel  
à Valente atque Ursatio nutantibus Sacerdotibus  
suis incurfabatur Ecclesia Sirmienfis, falsum hoc  
& sacrilegum simulacrum tamen in Ecclesiasticis  
codicibus deprehensum est. Et fortasse hoc etiam in  
Oriente fecistis, & litteras quidem potuistis abole-  
re, sed fidem non potuistis auferre. Plus vos illa liru-  
ra prodebat, plus vos illa litura damnabat. Neque  
enim vos poteratis oblinire veritatem, sed illa litura  
de libro vitę nomina vestra debebat. *Tom. 2. lib. 3. de  
Spiritu sancto, Cap. 11.*

**Auxentius epis-**  
**scopus Arria-**  
**nus Ecclesiam**  
**Mediolanens-**  
**sem armis oc-**  
**cupauit.**

*Imperatorum iudicium in rebus fidei  
postulare.*

**Auxentius ad** Conclusus vndique ( Auxentius ) ad versutiam  
**Imperatorem** patrum suorum confugit, de Imperatore vult inui-  
**prouocat.** diam cōmouere, dicens iudicare debere adolescen-  
tem catechumenum, sacrę lectionis ignarum, & in  
consistorio iudicare. *Tom. 3. in oratione in Auxentium,  
quę est lib. 5. Epist.*

*Potentiam affectare, Catholicos armis  
oppugnare.*

**Auxentij in** Nemo vos turbet, quod aut carrum præparauc-  
**Ambrosium et** rant, aut dura, vt videbatur sibi, Auxentij ipsius  
**Catholicos o-** qui se dicit episcopum, ore iactata. Plerique narra-  
**mnes scuitia.** bant percussiores præmissos, pœnam mortis esse de-  
cretam: nec illa timeo, & ista non defero. *Quod enim  
abibo,*

abibo, vbi nō omnia plena gemitus sint atque lacrymarum, quando per Ecclesias iubentur eijci Catholici sacerdotes, resistentes gladio feriri, curiales proferri omnes, nisi mandatum impleuerint? Et hæc Episcopi manu scripta, & ore dictata, qui se vt probaret doctissimum, vetus nō omisit exemplum. Legimus enim in Propheta quōd viderit falcē volantem. Hanc imitatus Auxentius gladium volantem per omnes vrbes direxit. Et satanas transfiguratur se in angelum lucis, & in malum imitatur eius potentiam. Tu Domine Iesu vno momento mundum redemisti. Auxentius vno momento tot populos, quod in ipso est, trucidauit, alios gladio, alios sacrilegio. Meam basilicam petit cruento ore, sanguinolentis manibus.

*Ac paullo post:*

De templo suo Iesus flagello eijcit, Auxētius gladio. Iesus flagello, Mercurius securi. Pius Dominus flagello exturbat sacrilegos, nequam persequitur pius ferro.

*Et mox sequitur:*

Quos non potuit (Auxentius) sermone decipere, Auxētius eos gladio putat esse feriendos. Cruentas leges ore dictans, manu scribens, & putans quōd lex fidei possit hominibus imperare. Tom. 3. in oratione in Auxentium de non tradendis basilicis.

Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos, & misit binos ante faciem suam.] In specie vulpium hæreticos significari supra expressimus, qui promittunt nomine quōd Christum sequantur, sed studio fraudis abiurant. Hos non suscepit Dominus, sed a suo nido arcet & prohibet. Lupi quid significare videantur, debemus aduertere. Bestiæ nempe sunt quæ insidiantur ouilibus, circa pastorales versantur casas, habitacula domorū intrare nō audent, somnum canum, absentiam aut desidiā pastoris explorant, ouium guttur inuadunt vt cito strangulent, feri, rapaces, ijdemque natura corporis rigidiores, vt se facili

*Hæretici propter calliditatem vulpes, propter immanitatem lupi dicuntur.*

cile non possint inflectere, impetu quodam suo feruntur, & ideo saepe luduntur. Tum præterea si quem priores hominem viderint, vocem eius quadam natura viderunt eripere: si autem homo prius eos viderit, exagitari memorantur. Et ideo cauendum mihi est, ne si in hodierno tractatu spiritualium mysteriorum gratia non potuerit refulgere, lupi me prius vidisse credantur, & solenne vocis extorsisse suffragium. Nōne lupis istis hæretici comparādi sunt, qui insidiantur ouilibus Christi, fremunt circa caulas nocturno magis tempore quam diurno? Semper enim perfidis nox est, qui lucem Christi scævæ nebulis interpretationis obducere, & quantum in ipsis est, fuscare conantur. Versantur ergo circa caulas, stabula tamen Christi intrare non audent. Et ideo nō sanantur, quia in stabulum suum non vult eos Christus inducere, in quo curatus est \* ille qui de Hierusalem descendens incidit in latrones: quem vulneribus alligatis, infuso oleo & vino, imponens in iumentum suum Samaritanus ille duxit in stabulum, & sanandū

\* Luca 10.

Pastores Ecclesiarum ab hæreticis vel necantur, vel in exilium aguntur.

Stabulario dereliquit. Non accipiunt ergo medicinā qui medicum non requirunt. Si enim requirerent, non derogarent. Explorant pastoris absentiam, & ideo pastores Ecclesiarū vel necare, vel in exilium agere contendant: quia præsentibus pastoribus oves Christi incurfare non possunt.

Et paullo post:

Hæretici Catholicorum sanguinē sitiunt.

Nōne vobis videtur lupus, qui humane necis infaturabili crudelitate fidelium morte populorum, rabiem suam desiderat explorare? Tom. 5. lib. 7. Comment. in cap. 10. Luca.

Arriani armis impugnat Ecclesiam unitatem.

Homo autem quidam dives induebatur purpura &c. ] Pone ante conspectum, secularibus Arrianos studijs intentos, qui societatem potentiae regalis affectant, ut armis militaribus impugnent Ecclesiae veritatem. Tom. 5. lib. 8. Commentariorum, in cap. 16. Luca.

Nomina

*Nomina propria mutare.*

Auxentius ne cognosceretur quis esset, mutauit sibi vocabulum, vt quia hic fuerat Auxerius episcopus Arrianus, ad decipiendam plebem quam ille tenuerat, vocauit se Mercurium. Mutauit ergo vocabulum, sed perfidiam non mutauit. Exiit lupum & induit lupum. Tom. 3. lib. Epist. 5. oratione in Auxentium de non tradendis basilicis.

*Auxentius ad decipiendâ plebem Mercurio se vocauit. Simile est ingenium hereticorum nostris temporis.*

winus Alcuinum se appellat. Sub nomine enim Alcuini, quem Caroli Magni preceptorem fuisse nouimus institutionem, vt vocat, Christiana religionis, edidit. Titulus talis est: Institutio Christiana religionis nunc vere demum suo titulo respondens, Autore Alcuino. Argētorati apud Wendelinum Riberlium Mense Augusto, An. M. D. XXXIX. Et ad initium præfationis, vt putes Alcuinum cum Carolo Magno loqui, Potentissimo, ait, Illustrissimoque Monarchæ, magno Francorum Regi, Principi ac Domino suo Alcuino. Martinus Bucerus Arelij Felini nomen sibi imposuit. Commentaria enim illius in Psalmos ita inscribuntur: Psalmorum libri quinque ad ebraicam veritatem versi & familiari explanatione elucidati per Aretium Felinum Theologum. Et mox: Clarissimo ac pientissimo Principi Francisco Christianissimo Galliarum regū primogenito & Delphino, Aretius Felinus salutem præcatur. Lugduni. iiii. Idus Iulias Anno XXXIX. Fecerunt idem & alij.

*Christi nomine amisso hæresiarcharum, quorum somnia adorant, nomina sibi imponere.*

Diuisus est Christus? Diuisum dicit Christū, quia gloriam eius homines sibi partiti sunt. Sicut hæretici, qui se aut Fotinianos, aut Arrianos, aut Cataphrygos, aut Nouatianos, aut Donatianos, aut Manichæos vocari non abhorrent.

*Et paullo post:*

Gratias ago Deo quod neminem vestrum baptizauit. Sic erant (Corinthij) sicut nunc Nouatiani & Donatiani, qui baptismum sibi vindicant, à nostris baptizatos reprobantes: & baptizati ab his gloriantur in personis eorum. Denique Christi nomine abdicato, \* Nouatianos, & Donatianos se vocari gloriantur.

*Nouatiani & Donatiste à Catholicis baptizatos reprobant. \* Vide Laurentij Error.*

onianũ lib. 4.  
de vera sapiẽ-  
tia, cap. 30.

\* Iudic. 15.

Heretici ad  
conuitiandum  
sunt promif-  
simi.

Quidam pſeu-  
doapostoli  
corporis conti-  
nẽtia dorma-  
ribus suis fidẽ  
querunt.

Nonatus schi-  
ſma composuit  
cũ in petitione  
episcopatus  
repulſam pa-  
teretur. Idẽ de  
Marcione ſeri-  
bit Epiphani-  
us lib. 1. heresi 43

riantur. Tom. 5. in cap. 1. *Epist. 1. ad Corinth.*

*Linguam habere promptam ad conuitiandum.*

Secũdum misericordiam tuam uiuifica me, vt cu-  
stodiam testimonia oris tui. ] \* Sampſon binas vul-  
pes sibi nexuit, ad quarum caudas alligauit faces, &  
dimisit eas per messes Allophylorum, per hanc figu-  
ram significans quòd improbi & fraudulenti homi-  
nes, & maxime heretici liberam linguam habeant  
ad latrandum, sed exitus impeditos: aut religiosa  
principia, finem vero fraudis suæ incendio deputa-  
tum. Tom. 4. *Serm. 11. in psalmum 118.*

*Continentiæ & sanctitatis simulatione dogma-  
tibus suis fidem facere velle.*

Multi sunt hereticorum qui prætere de volut  
corporis continentiam, vt assertionis suæ fidem te-  
stimonio sobriæ carnis acquirant: & si sensu lubrici,  
tamen quo minus turpes, aliquanto excusabiliores  
habentur. Cũ autem venena mentis, & contagia  
corporeæ obscœnitatis, sensum omnem viroremque  
confundunt, atque animus incerto lubricus motu,  
malitiæ fœdus atramento, crudelitatis furore suc-  
census etiam corporalibus flagitijs incitatur, auarus  
quoque affectus impatiens mediocriũ facultatum,  
luxuriæ cupiditate, effundendique libidine præci-  
pitatur in facinus appetendæ salutis alienæ: tunc  
magnum est diluuium omnibus pariter ingruentibus  
passionibus: tunc se insipientia, iniustitia, teme-  
ritas, improbitas, perfidia, de superiori parte tam-  
quam cataractæ mentis videntur effundere. Tom. 4.  
cap. 14. lib. de Noe & Arca.

## II. Causse hereseõn.

**N**ouatiani aiunt se ideo in Ecclesiam non con-  
uenire, quia per pœnitentiam tributa spes fue-  
rat his, qui lapsi sunt reuertendi. Sed hoc præteritũ  
est speciei, ceterum episcopatus amissi dolore succen-  
sus Nouatianus schisma composuit. Tom. 1. lib. 1. de Pœ-  
nitentia, Cap. 15.

Milites

Milites Christi sumus, & stipendium ab ipso donatumque percipimus, sicut dicit B. Apostolus. \* Qui dedit nobis pignus Spiritus, hoc est, qui Spiritus sancti donatiōe nos ditauit. Si quis ergo Christianorum hoc donatiuo contētus forte non fuerit, & quærat amplius, incipit hoc ipso carere quod meruit. Quod specialiter contingit hæreticis Arrianis. Dum enim nescio quid amplius quærūt, inueniētes erroris spiritum, gratiam sancti Spiritus perdidērūt. Tom. 3. Sermone 7. qui etiā B. Augustino tribuitur. Est enim in ter sermones Augustini de verbis Domini, decimus octauus.

\* 2. Cor. 1.

Appropinquet oratio mea in conspectu tuo Domine, secundum verbum tuum intellectum tribue mihi.] Elaborādum est vt in hoc seculo stulti sumus, nihil nobis cum philosophia, ne fidem nostram per elementa mundi huius traducat à vero, ne quis assertionem nostram per philosophiam deprædetur. Sic enim Arrianos in perfidiam ruisse cognouimus, dum Christi generationem putant vsu huius seculi colligendam. Tom. 4. Serm. 22. in psal. 118.

Arriani in fœdissimos errores prolapsi sunt cum nō nisi rationi humane tribuerent.

III. Hæreticos in varias sectas dissectos esse.

DA veniam sancte Imperator, si ad ipsos hæreticos paullisper verba conuerto. Sed quem potissimum legam, Eudoxium, Eunomiūve, an Arriū vel Aëtium eius magistros? Plura enim nomina, sed vna perfidia, impietate nō dissonans, communione discordans, non dissimilis fraude, sed cogitatione discreta. Cur enim secum nolint conuenire, non intelligo. Eunomij personam diffugunt Arriani, sed eius perfidiam asserunt, impietatem exsequuntur. Aiunt eum prodidisse effusus, quæ Arrius scripserat. Magna cœcitatibus effusio. Auētorem probant, exsecutorem refutant. Itaque nūc in plures se diuisere formas. Alij Eudoxium, alij Eunomiū vel Aëtium, alij Palladium vel Demophilum atque Auxentium, vel perfidię eius hæredes sequuntur, alij diuersos. \* Nūquid diuisus est Christus? Sed quia eum à Patre diuidunt, ipsi se scindunt, & ideo quoniam communiter

Arriani in varias sectas dissecti sunt.

\* 1. Cor. 1.

*Aduersus Ec-* aduersus Ecclesiã Dei, quibus inter seipfos non con-  
*clesiam conspi-* uenit, conspirauerunt, communi nomine hæreticos  
*rant heretici,* quibus respondendum est nominabo. *Tom. 2. lib. 1. de*  
*quibus inter fide ad Grat. Cap. 4.*

*seipfos nõ con-* Aiunt (discipuli Nouati) se exceptis grauioribus  
*uenit.* criminibus relaxare ueniã leuioribus. No hoc quidẽ

*Nouatiani à* auctor uestri erroris Nouatianus ait, qui nemini pe-  
*præceptore suo* nitentiã dandã putauit. *Tom. 1. cap. 2. lib. 1. de Pœnitent.*

*Nouato dissen-*  
*tiunt.*

### IIII. Hereticorum & schismaticorum com- munionem uitandam esse.

*Satyrus cū he-*  
*reticis commu-*  
*nicare noluit.*

**S**atyrus (dum beneficio sanctissimæ Eucharistiæ  
 sex vndis seruatus esset) nõ ita auidus fuit, vt esset  
 incautus. Scimus enim plerosq; auiditate studij præ-  
 termittere cautionem. Ad uocauit ad se Episcopum,  
 nec vllam verã putauit, nisi verã fidei gratiam, per-  
 cunctatusq; ex eo est vtrũ nam cum Episcopis Ca-  
 tholicis, hoc est, cum Romana Ecclesia conueniret:  
 & forte ad id locorũ in schismate regionis illius Ec-  
 clesia erat. Lucifer enim se à nostra tũc tẽporis com-  
 munionem diuiserat, & quamquã pro fide exulasset,  
 & fidei suę reliquisset hæredes, non putauit tamen fi-  
 dem esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deũ te-  
 nerent, tamen erga Dei Ecclesiã non tenerent, cuius  
 patiebantur velut artus quosdã diuidi & membra la-  
 cerari. Etenim cùm propter Ecclesiam Christus pas-  
 sus sit, & Christi corpus Ecclesia sit, non videtur ab  
 his exhiberi Christo fides, à quibus euacuatur eius  
 passio, corpusq; distrahitur. Itaq; quamuis gratiæ for-  
 nus teneret, & metueret tãti nominis debitor nauig-  
 are, tamen eò transire maluit, vbi tuto posset exsol-  
 uere. Iudicabat enim diuinã solutionẽ gratiæ in af-  
 fectu ac fide esse, quam quidem statim vbi primum  
 copia liberior Ecclesiæ fuit, implere non distulit.  
*Tom 3. in oratione funebri de obitu fratris.*

*Heretici Chr;*  
*sti corpus la-*  
*cerant.*

Et quicumque non receperit vos. &c.] Fides in pri-  
 mis Ecclesiæ quẽ endã mandatur: in qua si Christus  
 habitator sit, haud dubie sit legenda. Sin vero popu-  
 lus per

lus perfidus, aut præceptor hæreticus deformet habitaculū, vitanda hæreticorum cōmunio, fugienda synagoga censerur. *Tom. 5. lib. 6. Commen. in cap. 9. Luca.*

*Hæreticorum  
communio vi-  
tanda est.*

V. Non esse hæreticis templa concedenda.

Venisssem Imperator ad consistoriū elementaræ tuæ, vt hæc corā suggererem, si me vel episcopi vel populus permisissent, dicētes de fide in Ecclesia corā populo debere tractari. Atq; vtinā Imperator non denūciasses, vt quò vellem pergerem. Quotidie prodibam, nemo me asseruabat. Debuiſti me quò volueras destinare, quem ipse omnibus offerebam. Nunc mihi à Sacerdotibus dicitur, non multū inter est vtrum volens relinquas an tradas altare Christi. Cū enim reliqueris, trades. Atq; vtinā mihi liquido pareret, quòd Arrianis Ecclesia minime traderetur: sponte me offerrem tuæ pietatis arbitrio. Sed si ego solus interstrepo, curetiam de alijs omnibus inuadendis Ecclesijs est præceptum? Vtinam confirmetur, vt Ecclesijs nullus molestus sit, opto vt de me, qualis viderur sententia proferatur. *Tom. 3. lib. Epist. 5. Epist. 32.*

*Deside in Eco-  
clesia disceptā-  
dum.*

*Arrianis tem-  
plum concede-  
re noluit Arno-  
brosius.*

Meministis etiam quod lectum est hodie, \* Nabu \* 3. Reg. 21.  
the sanctum virum possessionem vineæ suæ interpel- *Confert se cū  
latum petitione regia vt vineā suam daret, vbi rex Nabushe, Ec-  
succis vitibus olus vile sereret, eumque respōdit, Ec-  
Abſit vt ego patrum meorum tradam hæreditatem *clesiam cum  
illius vinea,  
Regem cōtristatum esse quòd sibi esset alienum ius *quam Achaz  
rex ambiuit,  
relatione iusta negatum, sed muliebri consilio dece-  
ptū. Nabute vites suas vel proprio cruore defendit.  
Si ille vineā non tradidit suam, nos trademus Eccle-  
siam Christi? Quid igitur à me responsum est contumaciter? Dixi enim conuentus: Absit à me vt tradā  
Christi hereditatem? Si ille patrū hæreditatem non  
tradidit, ego tradam Christi hereditatem? Sed & hoc  
addidi, Absit vt tradā hæreditatem patrū, hoc est, he-  
reditatē Dionysij qui in exilio in causa fidei defun-  
ctus est, hæreditatem Eustorgij cōfessoris, hæredita-  
tem Myroclis, atq; omniū retro fidelium episcoporum.***

Respondi



*Ambrosius mo-  
ri prius voluit,  
quã Arriani  
templum tra-  
dere.* Respondi ego quod Sacerdotis est: quod Imperato-  
ris est, faciat Imperator. Prius est vt animam mihi  
quã Arriani quã fidem auferat.

*Et paullo post:*

*Obiectio. Im-  
perator tem-  
plum quod in-  
grediatur, pos-  
stulat.* Nisi forte illud mouere me debet quod aiunt: Er-  
go non debet Imperator vnã basilicã accipere ad  
quam procedat: & plus vult Ambrosius posse, quã  
Imperator, vt Imperatori prodeũdi facultatem ne-  
get: Quod cùm dicunt, apprehendere sermones no-  
stros gestiunt, sicut Iudæi qui Christum versuto ser-  
mone tentabant, dicentes: \* Magister, licet tributũ  
dare Cæsari, aut non? Sempérne de Cæsare seruulis  
Dei inuidia commouetur? Et hoc ad calumniam sibi  
arcessit impietas, vt imperiale nomen obtendat? Et  
isti possunt dicere quòd eorum non habeant sacrile-  
gium, quorum imitantur magisterium? Et tamen vi-  
dete quanto peiores Arriani sunt quã Iudæi. Illi  
quarebant vtrum soluendum putarent Cæsari ius  
tributi, isti Imperatori vult dare ius Ecclesie. Sed  
vt perfidi suum sequuntur auctorem, ita & nos quæ  
nos Dominus & auctor noster docuit, respõdeamus.  
Considerans enim Iesus dolum Iudæorum dixit ad  
eos: \* Quid me tentatis? ostendite mihi denarium.  
Et cùm dedissent, dixit: Cuius imaginem habet &  
inscriptionem? Respondentes dixerunt: Cæsaris. Et  
ait illis Iesus: Reddere quæ sunt Cæsaris, Cæsari: &  
quæ sunt Dei, Deo. Ergo & ego dico illis qui mihi ob-  
ijciunt: Ostendite mihi denarium. Iesus Cæsaris den-  
narium vidit, & ait: Reddite Cæsari, quæ Cæsaris  
sunt, & quæ Dei sunt, Deo. Numquid de Ecclesie  
basilicis occupandis possunt denarium offerre Cæsari?  
Sed in Ecclesia vnã imaginem noui, hoc est,  
imaginem Dei inuisibilis, de qua dixit Deus: \* Faci-  
amus hominem ad imaginem & similitudinem no-  
stram. Illam imaginem de qua scriptum est: Quia  
Christus splendor gloriæ, & imago substantiæ eius.  
In ista imagine Patrem cerno, sicut dixit ipse Domi-  
nus Iesus: \* Qui me videt, videt & Patrẽ. Non enim

\* Matth. 22.

*Solutio obie-  
ctionis. Impe-  
ratori nullum  
ius competit  
in basilicas  
Dei.*

\* Matth. 22.

\* Gen. 1.

\* Ioan. 14.

hæc imago à Patre est separata, quæ vnitatē me-  
 ducit Trinitatis, dicens: Ego & Pater vnum sumus. Et  
 infra: \* Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. \* Ioan. 10.  
 \* Et de Spiritu sancto, dicens: quia Spiritus Christi \* Ibidem 16.  
 sit, & de Christo accepit, sicut scriptum est: Ille de  
 meo accipiet, & annuntiabit vobis. Quid igitur non  
 humiliter responsum à nobis est? Si tributum petit,  
 non negamus. Agri Ecclesiæ soluunt tributum. Si  
 agros desiderat Imperator, potestatem habet vin-  
 dicæ dorum, nemo nostrum interuenit. Potest pau-  
 peribus collatio populi redundare. Non faciant de  
 agris inuidiam, tollant eos si libitum est. Imperato-  
 ri non dono, sed non nego. Aurum querunt, possum  
 vt agros Ec-  
 dicere: Argentum & aurum non quero. Sed inuidi-  
 clestia inuadat  
 am faciunt quia aurum erogatur, nec ego hanc in-  
 uidiã perhorresco. Habeo erarios. Aerarij mei pau-  
 peres Christi sunt. Hunc noui congregare thesau-  
 rum. Vtinã hoc mihi semper crimen ascribant, quia  
 aurũ pauperibus erogatur. Quod si obijciunt quod  
 defensionem ab ijs requiram, non nego, sed etiam  
 ambio, habeo defensionem, sed in orationibus pau-  
 perum. Cæci illi, claudi, debiles & senes, robustis  
 bellatoribus fortiores sunt.

Et post pauca:

Soluimus quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt  
 Dei Deo. Tributum Cæsaris est, non negatur. Ec-  
 clesia Dei est, Cæsari vtique non debet addici, quia  
 ius Cæsaris esse nõ potest Dei templum. Quod cum  
 honorificèria Imperatoris nemo dictum potest ne-  
 gare. Quid enim honorificentius quàm vt Imperator  
 Ecclesiæ filius esse dicatur? Quod cum dicitur,  
 sine peccato dicitur, cum gratia dicitur. Imperator  
 enim bonus intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam  
 est. Bonus enim Imperator querit auxilium Eccle-  
 siæ, non refutat. Hæc vt humiliter dicimus, ita con-  
 stanter exponimus. Sed incendia aliqui, gladium,  
 deportationem minantur. Didicimus Christi seruu-  
 li non timere. Non timentibus numquam est grauis  
 terror.

Tributũ Cæsaris est, templum Dei.  
 Imperator si Ecclesia filius dicatur, honorificum illi nomine tribuitur.  
 Imperator nõ supra, sed intra Ecclesiam est.  
 Christi seruus li nihil timet.

terror Tom. 3. lib. 5. Epist. in oratione in Auxentium de tradendo basilicis.

*Imperator per tribunos militum basilicam postulat.* Conuenior ipse à Comitibus & tribunis, vt basilicæ fieret matura traditio, dicentibus Imperatorē iure tuo vti, eo quòd in potestate eius essent omnia.

*Ambrosius se vitā corpusq; omnes etiā facultates suas Imperatori offert, basilicam quam Arriani occupent, negat.* Respondi, si à me peteret quod meū esset, id est, fundum meū, argenti meum, ius huiusmodi meū me nō refragaturum, quamquam omnia que mea sunt, essent pauperā. Verum ea quæ diuina, imperatoriæ potestati nō esse subiecta. Si patrimoniu petitur, inuadite. si corpus, occurrā. Vulcanis in vincula rapere? vultis in mortē? voluptati est mihi. Non ego me valde laboro circumfusione populorum, nec altaria tenebo vitā obsecrans, sed pro altaribus gratius immolabor.

*Armati milites ad occupandum templū mittuntur.* Horrebam quippe animo cūm armatos ad basilicā Ecclesię occupandam missos cognoscerē, ne dum basilicam vindicant, aliqua strages fieret quæ in perniciem totius vergeret ciuitatis. Orabā ne tantæ urbis vel totius Italię busto superuiuerem. Detestabar inuidiam fundendi cruoris, offerebam iugulū meum.

*Exemplū singularis constantie.* Aderant Gotthi tribuni, adoriebar eos dicens: Propterea vos possessio Romana suscepit, vt perturbationis publicę vos præbeatis ministros: Quò transibitis, si hæc deleta fuerint? Exigebatur à me, vt compescerem populum. Referebam in meo iure esse vt nō excitarē, in Dei manu vt mitigaret. Postremo si me incensorem putarent, iam in me vindicari oportere, vel abduci me in quas vellent terrarum solitudines. His dictis illi abierunt. *Et paullo post:* Tentatus est autem Iob nuntijs coaceruatis malorum, tentatus est etiam per mulierem, quæ ait: \* Dic aliquod verbum in Deum, & morere. Videtis quanta subito moueantur. Gotthi, arma, gentiles, multa mercatorum, poena sanctorū. Aquertitis quid iubeatur cūm mandatur: Trade basilicam, hoc est, dic aliquod verbum in Deum & morere. Nec solū dic aduersum Deum, sed etiam fac aduersus Deum. Mandatur, trade altaria Dei. *Et mox:* Mandatur denique: Trade basilicam.

\* Iob 2.

basilicam. Respondeo: Nec mihi fas est tradere, nec tibi accipere Imperator expedit. Domū priuati nullo potes iure temerare, domum Dei exitimas aufe-  
rendam? Allegatur, Imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa. Respondeo: Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere, sed si vis diutius impe-  
rare, esto Deo subditus. scriptū est: \* Quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari. Ad Imperatorem palatia per-  
tinent, ad Sacerdotem Ecclesiæ. Publicorum mœni-  
um ius tibi commissum est, non sacrorum. Iterū di-  
citur mandasse, debeo & ego vnam basilicam habe-  
re. Respondi: Non tibi licet illam habere. Quid tibi cū adultera? Adultera est enim quæ non est legitimo  
Christi coniugio copulata. Tom. 3. lib. Epist. 5. Epist. 33.

*Imperator in ea que diuina sunt nullū ius habet.*

*\* Matth. 22. Publicorū mœnium ius Imperatori cōmissum est non sacrorum.*

*VI. Hæreticorum cœtus non esse Christi, sed, à quo reguntur, diaboli.*

**E**os igitur asserit (D. N. Iesus) diabolico vti spi-  
ritu, qui separarent Ecclesiam Dei, vt omnium  
temporum hæreticos & schismaticos comprehende-  
ret, quibus indulgentiam negat: quòd omne pecca-  
tum circa singulos est, hoc in vniuersos. Tom. 1. lib. 2. de  
Pœnitentia, Cap. 4.

*Hæretici Christi iudicio diabolico vtius spiritu.*

Cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambu-  
lat per loca inaquosā quærens requiem, & nō inue-  
niens. ] Hoc de Iudæorū plebe dictum ambigi non  
potest, quam Dominus à regno suo in superioribus  
segregauit. Vnde omnes quoq; hæreticos & schisma-  
ticos à regno Dei, & ab Ecclesia intellige separatos.  
Et ideo non Dei, sed immundi spiritus omnis hære-  
ticorum schismaticorumque liquido claret esse con-  
uentus. Tom. 5. lib. 7. Comment. in cap. 11. Luca.

*Omnes hæretici, et schismatici à regno Dei, et ab Ecclesia sunt separati.*

*VII. Hæreticos non esse in Rebusp. Catholicis ferendos.*

**I**mpietatem Manichæorū clementissimus execra-  
tus est Imperator, & omnes qui illos viderūt, quasi  
quædam

*Manichei Mediolano pelluntur.*

quædam cõtagia refugerunt, sicut testes sunt fratres & compresbyteri mei Crescens, Leopardus, Alexander, sancto feruentes spiritu, qui eos omnium execratione damnatos, Mediolanensî ex vrbe quasi profugos repulerunt. *Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 81.*

*Constantinopolitani magno suo cõmodo Arrianos eijciunt.*

Nam etiam Constantinopolis iam Dei verbum recepit, & euidencia meruit tui documenta iudicij. Etenim quamdiu venena Arrianorum suis fouebat inclusa visceribus, bellis finitimis inquieta, murus armis circumsonabat hostilibus. Postea vero quàm fidei exsules abdicauit, hostem ipsum iudicem regû, quem semper tremere consueuerat, deditum vidit, supplicem recepit, morientem obruit, sepultum possidet. *Tom. 2. in prologo lib. 1. de Spiritu sancto.*

VIII. *Hæreticorum mores pulcris similitudinibus expressi.*

*Arrius & Fotinus tinea sunt.*

**T**inea rursus nostra Arrius est: tinea nostra Fotinus est, qui sanctum Ecclesiæ vestimentum impietate sua scindunt, & vnitatem diuinæ potestatis indiuiduam separare cupientes, sacrilego morsu pretiosum fidei velamen obrodunt. Funditur aqua, si Arrius dêtem impresserit. Effluit, si aculeum suum in alicuius vas Fotinus infixerit. *Tom. 2. lib. 1. de Spiritu sancto, Cap. 20.*

*Vulpibus cõparandi hæretici.*

Hæreticos omnes arbitror vulpibus comparandos, qui cùm in domo Domini habitare nõ possint, conuenticula sibi quædam velut foueas preparant tenebrosas, in quibus pertinaciter latentes insidiantur Ecclesiæ, vt si qua innocens anima forte præcefferit, velut pullum gallinæ matris absorbeant. Insidiantur inquam vulpes Ecclesiæ, hoc est, hæretici Euangelicæ illi gallinæ de qua ait Dominus: \* Quoties volui congregare filios tuos sicut gallina colligit pullos suos sub alas suas: se dip̄sa sicut \* Sampson ardentes faces vulpibus religauit. *Tom. 3. Sermone 79.*

\* *Matth. 23.*

\* *Iudic. 15.*

Secundum misericordiam tuam viuifica me, & custodiam

stodiam testimonia oris tui.] \* Sampson binas vulpes sibi nexuit, ad quarum caudas alligauit faces, & dimisit eas per melle's Allophylorum, per hanc figuram significans quòd improbi ac fraudulentè homines, & maxime hæretici, liberam linguam habeant ad latrandum, sed exitus impedit os: aut religiosa principia, sinem vero fraudis suæ incendio deputatum. Ideo quæ & trecetas vulpes dimisit: eo quòd perfidi crucis quidem se prædicatione commendare desiderant, sed mysterium eius tenere non possunt, qui hac prædicatione cõposita & falsa atque simulata vrere magis fructus conantur alienos: cum vtique vera crux Domini nõ exurat aliena merita, sed fecundet. Tom. 7. Sermonè 11. in psalmum 118.

Misit binos ante faciem suam.] In specie vulpiu hæreticos significari supra expressimus, qui promittunt nomine quòd Christum sequantur, sed studio fraudis abiurant. Hos non suscipit Dominus, sed à suo nido arceat & prohibet. Lupi quid significare videantur, debemus aduertere. Bestiæ nempe sunt quæ insidiantur ouilibus, circa pastorales versantur casas, habitacula domorum intrare non audent, somnum canum, absentiam aut desidium pastoris explorant, ouium guttur inuadunt vt cito strangulèt, feri, rapaces, ijdemque natura corporis rigidiores, vt se facile non possint inflectere, impetu quodam suo feruntur, & ideo sæpè luduntur. Tum præterea si quem priores hominem viderint, vocem eius quam naturæ vi feruntur eripere: si autem homo prius eos viderit, exagitari memorantur. Et ideo cauendum mihi est, ne si in hodierno tractatu spirituum mysteriorum gratia non potuerit refulgere, lupi me prius vidisse credantur, & solenne vocis extorsisse suffragium. Nonne lupis istis hæretici comparandi sunt, qui insidiantur ouilibus Christi, fremunt circa caulas nocturno magis tempore quàm diurno? Semper enim perfidis nox est, qui lucem Christi scæuæ nebulis interpretationis obducere,

*Hæretici cur  
vulpibus et lu-  
pis cõparètur.*

*Lupi si hoiem  
prios vides  
erunt, vocem ei  
feruntur eris  
pere.*

& quantum in ipsis est fuscare conantur. Versantur ergo circa caulas, stabula tamen Christi intrare non audent. Et ideo non sanantur, quia in stabulum suum non vult eos Christus inducere, in quo curatus est ille \* qui de Hierusalē descēdens incidit in latrones: quē vulneribus alligatis, in fuso oleo & vino, imponens in iumentum suū Samaritanus ille duxit in stabulum, & sanandū stabulario dereliquit. Non accipit ergo medicinā qui medicum nō requirunt. Si enim requirerent, non derogarēt. Explorant pastoris absentiam, & ideo pastores Ecclesiarū vel necare, vel in exiliū agere contendunt: quia præsentibus pastoribus oves Christi incurfare non possunt. Spoliare ergo gregem Domini & diripere conantur, qui corpora quadam mentis intentione duri ac rigidi nequaquam solēt à suo errore deflectere. Et ideo

\* *Ad Titum 3.* Apostolus ait: \* Hereticum hominem post vnam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est. Hos Scripturæ verus interpret Christi illudit, vt inanes suos in vanum effundā impetus, & nocere non possint. Qui si quē versuta disputationis suæ circūscriptione præuenerint, faciūt obmutescere. Mutus est enim qui verbū Dei non eadem qua est gloria confitetur. Caue ergo ne tibi vocē tollat hereticus, si prior eū non ipse deprehēderis: serpit enim dum latet eius perfidia. Si autē cōmenta impietatis eius agnoueris, iacturā piæ vocis timere nō poteris. Caue igitur versutę disputationis venena, animam petunt, guttur inuadunt, vitalibus vulnus affigunt. Graues sunt morsus hæreticorū, qui ipsis grauiores & rapaciores bestijs, nullū auaritię finē impietatisque nouerūt. Nec vos moueat quōd formā prætere-

re videntur humanā, etsi foris homo cernitur, intus bestia fremit. Et ideo eos lupos esse nō dubiū est, iuxta Domini Iesu diuinā sententiā, qui ait: \* Attendite vobis à falsis prophetis, qui veniūt ad vos in vestitu ouīū, intus autē sunt lupi rapaces, ex fructibus eorum cognoscetis eos. *Tom. 5. lib. 7. Cōment in 10. cap. Lucae.*

FINIS LIBRI PRIMI.

CONFESSIONIS  
AMBROSIANÆ  
LIBER SECVNDVS,  
OCTO CAPITA  
COMPLECTENS.

CAPVT PRIMVM  
De peccato Originali.

I. Primum hominem Adam, cum mandatum Dei in Paradiso fuisset transgressus, & sanctitatem ac iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, & indignationem Dei atque adeo mortem ipsam, quam illi Deus fuerat comminatus, incurrisse.



PE homo diuini opificij dignatione formatus, ad hoc terrestris creaturæ effectus est dominus, vt diuinis institutionibus parens, eius tantum & voluntatem seruariet, qui se in tantis rebus dominum præfecisset ex nihilo. Qui in ipso exordio, non nefcius deprauatus inuidia, dum super indultum Dei opificium cupit fieri, quod natura non dederat, amisit gratiam quam creatoris pietas attribuerat: continuo ob concupiscentiam diabolicæ deceptionis, sententiam mortis præuaricator in currens etiam ad futuræ ex se stirpis originem propagauit, vt diuina hoc loco re-  
 te sententia completetur: \* Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Ita per occasionem delicti, in vniuersis peccatoribus diabolus mortis sortitus est imperium, atque omnes à Deo deuiantes,  
 H 2 peccati

Homo à Deo  
creatus est, vt  
ipsius voluntati  
pareres.

Sententiam  
mortis ppter  
inobedienciã  
incurrit Adã,  
& cum eo to-  
ta posteritas  
per propaga-  
tionem.  
\* Sapient. 2.



peccati vinculo obstrictos, squalentis tartari clausos ergastulo possidebar. *Tom. 2. lib. de mysterio pasche, Cap. 3.*

*Adam nõ sua culpa, sed vitio lapsus est vxoris.*

Accipiens, inquit, (Eua) de fructu eius mandauit, & dedit viro suo simul, & manducauerunt ambo. Bene prætermisum est vbi decipitur Adam, quia nõ sua culpa, sed vitio lapsus vxoris est. Et aperti sunt, inquit, oculi eorũ, & cognouerũt quòd nudi essent. Et ante quidem nudi erant, sed nõ sine virtutum integumentis. Nudi erant propter morum simplicitatem, & quòd amictum fraudis natura nesciret. Nunc autem multis simulationum inuolucris mēs humana velatur. Ergo posteaquam spoliatos se illa sinceritate & simplicitate viderunt integræ incorruptæque naturæ, querere mundana & manufacta cœperunt, quibus nuda suæ mentis operirent: delectationes delectationibus, & mundi huius vmbrales voluptates velut folia folijs affluentes, quibus obumbrarent genitale secretum. Nam quomodo clausos oculos corporis habuit Adam, qui omnia animãtia ita vidit, vt & his nomen imponeret? Quomodo cognouerũt? id est, interiore & altiore scientia non tunicam sibi, sed virtutum deesse velamina. *Tom. 4. lib. de paradiso, Cap. 13.*

*Primi nostri parentes spoliantur propter peccatum sinceritate ac simplicitate integræ incorruptæque naturæ.*

Quid est ergo: Adam vbi es? id est, non in quo, sed in quibus es? Non ergo interrogatio est, sed increpatio. De quibus, inquit, bonis, de qua beatitudine, de qua gratia in quam miseriam recidisti? Dereliquisti vitam æternam & accumulatus es morti, consepultus errori. *Tom. 4. lib. de paradiso, Cap. 14.*

*Adam peccando dereliquit vitam æternam & accumulatus est morti.*

Denique nec Adam in paradiso positus nudum se putabat, nisi postea quàm commisit præuaricationis errorem. Et reus, amictu sapientiæ ac iustitiæ, mandatorũ cœlestium præuaricatione nudatus, nudum se vidit, & folijs operiendum putauit. *Tom. 4. lib. de Arca & Noe, Cap. 30.*

*Amictum sapientiæ ac iustitiæ amittit Adã dum peccat.*

Non est nudus, nisi quem culpa nudauerit. Denique in superioribus habemus quòd Adã posteaquam  
Dei

Dei mandatum præuaricatione deseruit, & peccati grauis æra contraxit, nudus erat. Vnde & ipse ait:

\* Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, quia nudus sum, & abscondi me. Intellexit enim se esse nudum, qui infulas diuinæ protectionis amiserat. Et ideo latebat, quia vestem fidei non habebat, quam vtrique præuaricando deposuit. *Tom. 4. lib. de Ioseph patriarcha, Cap. 5.*

\* Gen. 3.

*Adā latebat, quia veste fidei exutus erat.*

Homo quidam ex Hierusalē descendebat in Hiericho. Hiericho figura istius mundi est: in quam de paradiso, hoc est, de Hierusalē illa cœlesti ciuitas Adam, præuaricationis prolapsione descendit: hoc est, de vitalibus ad inferna demigrans, cui non loci, sed morum mutatio naturæ suæ fecit exilium. Longe enim mutatus ab illo Adam, qui inoffensa beatitudine fruebatur: vbi in secularia peccata deslexit, incidit in latrones. In quos non incidisset, nisi his mandati cœlestis deuius se fecisset obnoxium. Qui sunt isti latrones, nisi Angeli noctis atque tenebrarum, qui se nonnumquam transfigurant in Angelos lucis, sed perseuerare non possunt? Hi ante depoliant quæ accepimus indumenta gratiæ spiritualis, & sic vulnera inferre consueverunt. Nam si intemerata, quæ sumimus indumēta seruemus, plagas latronum sentire non possumus. Caue ergo ne ante nuderis, sicut Adam ante nudatus est, mandati cœlestis custodia destitutus, & exutus fidei vestimento, & sic letale vulnus accepit. In quo omne genus occidisset humanum, nisi Samaritanus ille descendens, vulnera eius acerba curasset. *Tom. 5. lib. 7. Commentariorum in cap. 10. Luca.*

*Letale vulnus accepit Adam, in quo totū hōminum genus occidisset, nisi à Samaritano vulnus curatiō esset.*

*II. Ad præuaricationem non ipsi soli, sed toti illius posteritati nocuisse.*

Qvis iste peccati est fenerator, nisi diabolus? à quo Eua mutuata peccatum obnoxiaë successione, vlturis omne genus descænerauit humanum. *Tom. 4. lib. de Tobia, Cap. 9.*

*Eua maculata totam posteritatem infecit.*

Diabolus Euam decepit, vt supplantaret virū, ob-  
ligaret hæreditatem. *Cap. 23. eiusdem libri.*

Omnes vul-  
nere primorū  
parentū clan-  
dicamus.  
mei circumdabit me. ] Alia est iniquitas nostra, alia  
calcanei nostri, in quo Adam dente serpentis est vul-  
neratus, & obnoxiam hæreditatem successione hu-  
manæ suo vulnere dereliquit, vt omnes illo vulnere  
claudicemus. *Tom. 4. in expositione psalmi 48.*

Petrus se obtulit, quod ante putabat esse peccatū,  
lauari sibi non solū pedes, sed & caput poscens, quod  
ilico intellexisset lauacro pedum, qui in primo lapsi  
sunt homine, sordem obnoxie successione aboleri.

\* Augustinus  
Tom. 7. lib. 4.  
ad Bonifaciū,  
cap. II.  
\* Rom. 5.

\* In expositione Esaiæ.

Et in synagoga erat homo habens spiritū immundum. ] \* Omnes in Adam moriuntur, quia per vnum  
hominem in hunc mundum peccatum introiuit, &  
per peccatum mors: & ita in omnes homines per-  
transiit, in quo omnes peccauerunt. Illius igitur  
culpa mors omnium est. *Tom. 5. lib. Commentariorum*  
*4. in cap. 4. Luca.*

Culpa Adæ  
mors omnium  
est.

Quia filius perierat, & inuentus est: mortuus fue-  
rat, & reuixit. ] Fuit Adam & in illo fuimus omnes.  
Perijt Adam & in illo omnes perierunt. *Tom. 5. lib. 7.*  
*Comment. in cap. 15. Luca.*

Omnes peccas-  
uimus in Adā  
tanquam in  
massā,

Propterea sicut per vnum hominem peccatum  
in hunc mundum intrauit & per peccatum mors, &  
sic in omnes pertransiit, in quo omnes peccaue-  
runt. ] In quo, id est, in Adam omnes peccauerunt.  
Ideo dixit, in quo, cum de muliere loquebatur, quia  
non ad speciem retulit, sed ad genus. Manifestum  
itaque est in Adam omnes peccasse quasi in massa.  
Ipse enim per peccatum corruptus, quos genuit om-  
nes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur cuncti pec-  
catores, quia ex ipso sumus omnes. Hic enim benefi-  
cium Dei perdidit, dum præuaricauit. *Tom. 5. in cap.*

Infantes etsi  
nulli actuali  
peccato sunt

5. Epistola ad Romanos.

Cum consideramus inter paganos, inter Iudæos,  
inter hæreticos, inter ipsos Catholicos, Christianos  
quàm

quàm multiplex pereat numerus paruulorum, quos  
quantum ad proprias pertinet volūtates neque bo-  
num aliquod, neque malum cōstat egisse: discimus  
super eos illam manere sentētiā, quam humanum  
genus prauaricatione primi parentis excepit, cuius  
sententiā rigor, dum etiam circa tales non resolu-  
tur, quàm magnum illud peccatum fuerit demōstra-  
tur. Nemo autem putaretur non innocens nasci, nisi  
etiam talibus esset noxium non renasci. *Tom. 2. lib. 2.  
de uocatione gentium, Cap. 8.*

*obnoxij, man-  
net tamen sup  
eos sententiā  
mortis, quam  
prauaricatio-  
ne primi hoīs  
totū genus hu-  
manū excepit  
& ideo egenā  
baptismate.*

*III. Adam per inobedientiam inquinatum, eo-  
dem inobedientia peccato non tantum mor-  
tem & pœnas corporis, sed & pec-  
catum in omne genus huma-  
num transfudisse.*

**O**Mnes homines sub peccato nascimur, quorum  
ipse ortus in vitio est, sicut habes lectū dicen-  
te Dauid: \* Ecce enim in iniquitatibus conceptus  
sum, & in delictis peperit me mater mea. *Tom. 1. lib. 1.  
de Penitentia contra Nouatianos, Cap. 2.*

*Ortus nostror  
in vitio est.  
\* Pjal. 50.*

Ante quàm nascamur, maculamur contagio: an-  
te quàm vsuram lucis, originis ipsius excipimus in-  
iuriam, in iniquitate concipimur. Non expressit vr-  
trum parentum, an nostra. Et in delictis generat  
vnūquemque mater sua. Nec hic declarauit, vrtrum  
in delictis suis mater pariat, an iam sint aliqua deli-  
cta nascētis. Sed vide ne vrtrumque intelligendum  
sit. Nec conceptus iniquitatis exfors est, quoniam  
& parentes non carent lapsu. Et si nec vnus diei in-  
fans sine peccato, multo magis nec illi materni con-  
ceptus sine peccato sunt. Concipimur ergo in pec-  
cato parentum, & in delictis eorum nascimur. Sed  
& ipse partus habet contagia sua. Nec vnum tantum-  
modo habet ipsa natura contagium. *Tom. 4. in Apo-  
log. Dauid, Cap. 11.*

IIII. Propagatos ex semine Adam iniustitiam non imitatione sed propagatione contrahere.

**I**deo (Christus) quasi homo per vniuersa tenratus est, & in similitudine hominum cuncta sustinuit, sed quia de Spiritu sancto natus, abstinuit à peccato.

\* *Psal.* 15.

\* *August. Tō.*  
7. lib. 1. de *nuptijs & concupisc. ad Valerium cap. 35.*

\* *August. Tō.*  
7. lib. 1. ad *Bonifacium cap. 11.*

*Dauid horret partus corporis & commixtionis.*

\* *Psal.* 50.

\* *August. Tō.*  
7. lib. 2. contra *Julianum Peltagianum.*

\* Omnis enim homo mendax, & nemo sine peccato, nisi vnus Deus. Seruatum est igitur vt ex viro & muliere, id est, per illam corporum commixtionem nemo videtur expers delicti esse. Qui autem expers est delicti, expers est etiam huiusmodi cōceptionis. \* *In expositione Esaiæ prophete.*

Idcirco Christus immaculatus, quia nec ipsa quidem nascendi solita cōditione maculatus est. \* *Ibidē.*

Est domus quam sapientia ædificat, & mensa celestibus referta sacramentis, in qua iustus cibum diuinæ voluptatis epulatur, suauem gratiæ potum bibens, si perpetuorum meritorum vberi posteritate letetur. Hos filios generans Dauid, partus illos corporis cōmixtionis horrebat, & ideo mundari sacri fontis irriguo desiderabat, vt carnalē ac terrenam labem gratiæ spiritualis ablueret. \* Ecce, inquit, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit mater mea. Male Eua parturiuit, vt partus relinqueret mulieribus hereditatem, atque vnusquisque concupiscentiæ voluptate cōcretus, & genitalibus visceribus infusus & coagulatus in sanguine, in panis inuolutus, prius subiret delictorum contagium, quam vitalis spiritus munus hauriret. \* *Lib. de sacramentō regenerationis, vel de Philosophia.*

Diabolus quosdam in paradiso Ecclesiæ constitutos, & virtutum delictijs abundantes ad confidentiam liberi incitauit arbitrij, vt profectus suos, in se constituerent, & ad arborem proprię voluntatis manum præsumptionis extenderent. Restiterunt quidem huic impietati recta innumerabilia corda sanctorū, & non solum docti qui que Pontifices, verum etiam vniuersalis



tur. Et ideo male ibi succinctus est Adam folijs inutilibus, vbi futura generationis non fructum futurum, sed quædam peccata signaret. *Tom. 4. lib. de paradiso, Cap. 13.*

*Christus non sensit generationis naturalis contagium.*

Dignum fuit vt qui (Christus) non erat habiturus corporeæ peccatorum prolapsionis, nullum sentiret generationis naturalis cõtadium. Merito ergo Dauid flebiliter in se deplorauit ipsa inquinameta naturæ, quòd pritis inciperet in homine macula quàm vita. *Tom. 4. in Apolog. Dauid, Cap. 11.*

*Solus Christus qui absq; commixtione viri et mulieris natus est, à peccato et liber fuit, et nos à peccato liberare potuit.*

Quia quod naceretur sanctum vocabitur Filius Dei. Non enim virilis coitus vulgus vaginalis secreta referauit, sed immaculatum semē inuiolabili utero Spiritus sanctus infudit. Solus enim per omnia ex natis de fœmina sanctus Dominus Iesus, qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus nouitate non senferit, & cœlesti maiestate depulerit. *Tom. 5. lib. 2. Comment. in cap. 3. Lucæ.*

*V. Peccatum originis non potuisse curari humana aliqua ope, sed solius mediatoris nostri Iesu Christi gratia ac merito.*

*Christus non modo actualis peccati sed et originalis expertus fuit.*

Non enim (Christus) sicut omnis homo est, ex virili erat & fœminea permixtione generatus, sed natus de Spiritu sancto & virgine immaculatum corpus susceperat, quod non solum nulla vitia maculauerant, sed nec generationis aut conceptionis concretio iniuriosa fuscauerat. Nam omnes homines sub peccato nascimur, quorum ipse ortus in vitio est, sicut habes lectum dicente Dauid: \* Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Ideo Paulli caro corpus mortis erat, sicut ipse ait: \* Quis me liberabit de corpore mortis huius? Christi autem caro damnauit peccatum, quod nascendo nõ sensit, moriendo crucifixit, vt in carne nostra esset iustificatio per gratiam, vbi erat ante colluui per culpam. *Tom. 1. lib. 1. de Penitentia, Cap. 2.*

\* *Psal. 50.*

\* *Rom. 7.*

*Christus peccati quod nõ sensit nascendo, moriendo existit.*

Humana

Humana natura sine diuina ope imbecilla est, ad  
medendum Deum auxiliatorem requirit. \* *In expositi- Augus-  
tione Esaiæ propheta. Tom. 7. lib. 4.*

Per vnum Dominum Iesum Christum salus ven- ad Bonifaciu.  
tura nationibus declaratur, qui solus potuit iustus cap. 11.  
esse, cum generatio omnis erraret, nisi esset natus ex  
virgine, qui generationis obnoxia privilegio mini-  
me teneretur. \* Ecce, inquit, in iniquitatibus conce- \* *Psal. 50.*  
ptus sum, & in delictis peperit me mater mea, dicit  
is qui iustus præ ceteris putabatur. Quem igitur iam  
iustum dixerim, nisi horum liberum vinculorum,  
quem naturæ communis vincula non teneant. \* De \* *Augus-  
arca Noe. Tom. 7. lib. 4.*

Verum istam damnati dogmatis portionem Ca-  
tholicæ mentes facile intelligit, & merito detestantur: dicente enim Domino Iesu, \* Non est opus sa- \* *Matth. 9.*  
nis medicus, sed male habentibus. \* Non enim veni  
vocare iustos sed peccatores: conuincuntur isti in

superbia etiam sine voce clamare: Sani sumus, o-  
pus medico non habemus. Quæ nobis expectanda *Nullis egent  
sunt præsidia de ope gratiæ, quibus suppetunt vires præsidys gra-  
de incolumitate naturæ? Non autem frustra Ioan- tia Dei, quib<sup>3</sup>  
nes protestatur, & dicit: \* Ecce agnus Dei, ecce qui suppetunt vires  
tollit peccatum mundi. Nec frustra scriptum est: de incolumis  
\* Nemo mundus à sordē, nec infans, cuius vnus diei tate naturæ.  
vita est super terram. Et, \* Quis poterit facere mun- \* *Ioan. 1.*  
dum de immundo conceptum semine: nõnne tu qui \* *Iob 15.*  
solus es? *Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 84. ad Demetriadem. \* Iob 14.**

Denique de passione Domini sermo contextitur:  
Frater non redimit, redimet homo: nec dabit Deo  
propitiationem suam, & pretium redemptionis suæ.]  
Hoc est, vt quid timebo in die mala? Quid enim po-  
tèst mihi nocere, qui non solum indigeo redemptore,  
sed ipse omnium sum redemptor? Alios liberos faciam,  
& pro me ipse trepidabo? Ecce faciam noua  
omnia, quæ supra ipsum germanitatis affectum sunt  
atque pietatem. Quem frater eodem matris vtero  
effusus in lucem redimere non potest, quia parilis  
naturæ



naturæ infirmitate retineretur, redimet homo: sed ille homo de quo scriptum est: quia mit tet illis Dominus hominem qui saluabit eos, qui de seipso dixit:

\* Ioan. 8.

\* Quæritis me occidere, hominem qui veritatem locutus sum vobis. Sed quamuis homo sit, quis cognoscit eum? Quare nemo cognoscit? Quia sicut vnus

*Sicut vnus est*

*Deus, ita &*

*vnus media-*

*tor est Dei &*

*hominū, homo*

*Christus Iesus*

\* 1. Tim. 2.

Christus Iesus. Ipse est solus, qui redimet hominem, vincens pietate germanos: quia pro alienis sanguinem suum fudit, quem nemo potest offerre pro fratre. Itaque corpori proprio non pepercit, vt nos redimeret à peccato: \* & dedit semetipsum redemptionē pro omnibus, sicut verus eius testis asseruit Apostolus Paullus, qui ait: \* Veritatem dico, non mentior. Sed quare solus hic redimet? Quia nemo potest cum æquare pietate, vt pro seruulis suis animam suam ponat: nemo integritate. Omnes enim sub peccato. Omnes Adæ illius subiacent prolapsioni. Solus redemptor eligitur, qui peccato veteri obnoxius esse non possit. Ergo per hominem Dominum Iesum intelligamus, qui suscepit hominis conditionem, vt in carne sua peccatum omnium crucifigeret, & chirographum vniuersorum suo cruore deleteret.

\* Rom. 9.

*Quare solus*

*Christus nos*

*redimere pos-*

*uerit.*

*Christus suo*

*cruore vniuer-*

*forum chiro-*

*graphum des-*

*leuit.*

*Ac paulo post:*

Recte ergo alios liberat, qui pro se nihil debeat.

Plus adijcio: Non solum pro se Christus pretiū non

debet suæ redemptionis aut propitiationem pro pec-

cato, sed etiam si de fideli quocumque homine acci-

pias possit intelligi: quia non debeant singuli propi-

tiationem suam, quia propitiatio omnium Christus

est, & ipse est vniuersorum redētio. Cuius enim ho-

minis sanguis iam idoneus est ad redemptionem sui?

cum pro redemptione omnium suum sanguinē Chri-

stus effuderit? Est ergo cuiusquam sanguis qui Chri-

sti possit sanguini comparari? Aut quis tam potens

homo qui pro se propitiationem suam dare possit su-

pra eam propitiationem quā in se obtulit Christus,

qui solus \* Deo mundum reconciliauit per suum san-

guinem?

*Christus pro-*  
*pitiatio et re-*  
*demtio omniū*  
*est.*

*Nullus homi-*  
*nis sanguis ido-*  
*neus est ad re-*  
*demtionē sui.*

\* 2. Cor. 5.

guinem? Quæ maior hostia? Quod præstantius sacrificium? Qui melior aduocatus quam qui pro peccatis omnium factus est deprecatio, \* & animam suam dedit pro nobis redemptionem? Non quæritur ergo propitiatio aut redemptio singulorum, quia omnium prætiū sanguis est Christi, quo nos redemit Dominus Iesus, qui solus Patrem reconciliauit, & laborauit vsque in finem, quia nostrum laborē ipse suscepit, dicens: \* Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiam vos. Vide laborantem: \* Laborauit clamans: rauræ factæ sunt fauces meæ. Et alibi: \* Isachar quod bonum est concupiuit, requiescens inter fortes. Ergo homo nõ dabit iam propitiationem suam nec redemptionem, quia semel ablutus est à peccato per sanguinem Christi. Laborabit tamen vt seruet præcepta viuendi, & à mandatis cælestibus non recedat. *Tom. 4. in psal. 48*

\* 1. Tim. 2.

\* Matth. 11.

\* Psal. 68.

\* Gen. 49.

*Homo ablutus sanguine Christi à peccatis, laborabit vt seruet præcepta viuendi.*

Et in synagoga erat homo habens spiritum im-mundum. ] Hunc ergo Adam, hanc Euam Dominus liberaturus aduenit, quorum alter ad imaginem Dei factus, altera virtutem sui accipiens viri, quamdiu fuit subdita fortiori vnã gerebant in vno spiritu Deo placitam voluntatem, & in paradiso positi Dei vitæ cælestis operabantur alimoniam. Postea vero quàm caro suadere diuersum, & legem cœpit primã non timere, paradisi exsules facti in hunc inferiorem dimersumque locum peccati merito reciderunt. Nec quisquam putet incõgruum esse si Adam atque Eva in typo animæ & corporis asstimentur, cum in typo Ecclesiæ asstimentur & Christi. Nam cum duo esse in vna carne Apostolus diceret, adiecit: \* Sacramentũ enim hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. In quo ergo superni Dei, in eo multo magis animi nostri potest esse mysterium. Sed hæret, suffixus est, captus est, & corporis succensus est febris, compassione carnis ægrescit. Quærendus est medicus. Sed quis iste tantus est, qui faucibus mentis medeatur vlceribus? Quis tantus est homo qui possit

\* Ephes. 5.

*Nullus hominum, quantum vis sanctus, vulnera peccati originalis cui rare potuit.*

alij

\* Rom. 5.

alijs subuenire, cum sibi ipse non possit? Quis alius possit vitam reddere, cum ipse mortem non possit euadere? Omnes enim in Adam moriuntur, quia \* per unum hominem in hunc mundum peccatum introiuit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Illius igitur culpa mors omnium est. Denique missi sunt sancti, missi sunt & prophetae, qui oracula diuina loquerentur, nec quicquam promouere potuerunt. Queramus ergo aliquem de Angelis aut Archangelis medicum. Sed quemadmodum mihi possunt praesidium ferre ne peccem, cum ipse Archangelus a peccato non potuerit abstinere? Quemadmodum ad paradysum Angelus reuocare me poterit, cum ipse satanas & angeli sui sedem quam acceperant, seruare non poterint? Tom. 5. lib. 5. in cap. 4. Lucae.

A peccato originis ne Angelus quidem nos vindicare potuerunt.

Christus vulnere hominis lapsi solus curare potuit.

Homo quidam ex Hierusalem descendeat in Hiericho. ] Caue ne ante nuderis, sicut Adam ante nudatus est mandati caelestis custodia destitutus, & exutus fidei vestimento, & sic letale vulnus accepit. In quo omne genus occidisset humanum, nisi Samaritanus ille descendens, vulnera eius acerbis curasset. Tom. 5. lib. 7. in cap. 10. Lucae.

Summa capita doctrinae B. Ambrosij de peccato originis recenset B. Augustinus Tom. 7. lib. 1. contra Iulianum Pelagianum. Quae cum ad mentem Ambrosij intelligendam lucem aliam quam allatura Lectori videantur, putavi ea superioribus addenda. Inquit vero Augustinus.

Sanctus Ambrosius dicit eos, qui baptizati fuerint, paruos in primordia naturae suae a malitia reformari. Dicit solum ex natis de femina sanctum Dominum Iesum, nulla terrena contagia corruptela immaculati partus nouitate sensisse. Dicit quod in Adam omnes moriuntur, quia per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & illius culpa mors omnium est. Dicit quod in eius vulnere omne genus occidisset humanum, nisi Samaritanus ille descendens vulnera eius acerbis curasset. Dicit fuisse Adam, & in illo fuisse omnes. perisse Adam, & in illo perisse omnes. Dicit nos contagio maculari antequam nascimur.

nascimur, nec humanum cōceptum esse iniquitatis exsortem, quia concipimur, inquit, in peccato parentum, & in delictis eorum nascimur. Sed & ipse partus habet contagia sua, nec vnum tantummodo habet ipsa natura contagium. Dicit diabolus feneratorum, à quo Eva maculata obnoxie successio- nis vsus, omne genus defeneratorum humanum. Dicit à diabo- lo Euan deceptam, vt supplantaret virum, obligaret heredi- tatem. Dicit Adam ita morsu vitiatum esse serpentis, vt omnes illo vulnere claudicemus. Dicit per corporum viri & femine commixtionem neminem expertem esse delicti. Quo- autem expert delicti est, idem Dominus Christus, etiam hu- iusmodi esse conceptionis expertem. Haec tenus Augustinus.

## CAPVT SECVNDVM De Gratia & libero Arbitrio.

### I. Liberum arbitrium non esse rem de solo ti- tulo, aut titulum sine re.

**A**N forte verendum est ne liberum tollere vi-  
deamur arbitrium, cum omnia per quæ pro-  
pitiat Deus, ad ipsum dicimus esse referen-  
da? Quod nequaquam esse consequens veritatis osten-  
ditur. Operante enim Spiritu Dei iuuatur arbitrium,  
non aufertur, & hoc agit gratia & voluntas peccato  
corrupta, vanitatibus ebria, seductionibus circum-  
septa, difficultatibus impedita, non remaneat in lan-  
guoribus suis, sed per opem miserentis medici cura  
reualefcit, & gaudeat se non interrogantem edo-  
ctam, & non quarentem esse quaesitam. Tom. 3. lib.  
Epist. 10. Epist. 84.

Non seruili ad obediendum constringimur ne-  
cessitate, sed voluntate arbitra, siue ad virtutem prop-  
tendimus, siue ad culpam inclinamur. Et ideo nos  
aut liber affectus ad errorem trahit, aut voluntas re-  
uocat rationem secuta. Tom. 4. lib. 1. de Iacob & vita be-  
ata, Cap. 1.

Gratia Dei nō  
tollit liberum  
arbitrium.

Nō cōstringi-  
mur ad peccā-  
dū seruili ne-  
cessitate, sed  
libera volūta-  
te aequē virtu-  
tes ac vitia  
amplecti pos-  
sumus.

Etenim

*Deus homini liberum arbitrium dedis.* bat panes meos.] Bene ait, Speraui: quia homini dedit eligendi arbitrium quid sequatur. Posui, inquit, ante te bonum & malum. Si malum elegeris, non natura delinquit, sed eligentis affectus. *Tom. 4. in enarrat. psal. 40.*

*In nostra potestate est, ut aut aduersarius noster subijciatur nobis, aut resulet.* Quot sunt dies serui tui quādo facies mihi de persequentibus me iudicium? ] Dominus Iesus veniens in hunc mundum per virginis partum, subiecit animæ nostræ omnes contrarias potestates, vt fide tua, verbo tuo, conuersatione tua & operibus conerantur. Si ergo non conteris aduersarium, tua culpa est, qui permittis non vteris potestate. In nobis est igitur, vt aut subijciatur aduersarius, aut resulet. Si enim actus noster displiceat, incipit aduersarius superbire: si autem bonis inhæreamus operibus, vt exerceamus studia castitatis, iustitiæ, continentiae, calcamus serpētem & scorpionem. Calcamus enim illum pedibus castitatis, cōterimus & scorpionem, ne possit excutere: calcamus continentiae vestigijs, veredundiae, iustitiæque gressibus. Possumus ergo & in hac breui vita triumphum de aduersarijs habere perpetuum. *Tom. 4. Serm. 11. in psal. 118.*

*Homo per demone non voluntate, sed voluntatis sanitate priuatus est.* Qui Deo non placet, cui nisi sibi & diabolo placet? A quo cum homo spoliaretur: non voluntate, sed voluntatis sanitate priuatus est: quia nec detru di ab innocentiae statu possiet, nisi voluntate peccaret. *Et mox:* Non ergo fidat homo de viribus suis, quæ etiam cum essent integræ, non steterunt: sed per illum quærat victoriam, qui solus non est victus, & omnibus vicit. Et si quærit, non dubitet querendi affectum ab illo se accepisse quem quærit. Nec quia Spiritu Dei agitur, ideo se putet liberum arbitrium non habere, quod ne tunc quidem perdidit, quando diabolo voluntate se dedit, à quo iudicium voluntatis deprauatum est non ablatum. *Tom. 2. lib. 1. de vocatione gentium, Cap. 3.*

II. In potestate hominis esse vias suas facere malas.

QVorum igitur nos sumus domini, horum principia extrinsecus non requiramus, nec derivamus in alios, sed agnoscamus ea quæ proprie nostra sunt. Quod enim possumus non facere si nolumus, huius electionem mali nobis potius debemus quam alijs ascribere. Ideo etiam in iudicijs istis voluntarios reos, non ex necessitate compulsos, culpa stringit, poena condemnat. Neque enim si per furorẽ aliquis innocentem premerit, obnoxius morti est: quin etiam ipsius diuinæ legis oraculo, si quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, refugij facultatem, vt possit euadere. *Tom. 4. lib. 1. Hexæmeron, Cap. 8.*

Hæc autem summarim breuiterque perstricta ad id valent, vt certissime nouerimus nullum fidelium à Deo non discedentem relinqui, neque cuiusquam ruinam ex diuina esse constitutione dispositam, sed multis qui iam iudicio rationis vtuntur, ideo liberum esse discedere, vt non discessisse sit præmium: vt quod non potest, nisi cooperante Spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri. Quæ voluntas in malis actionibus sola esse potest, in bonis autem sola esse non potest. *Tom. 2. lib. 2. de vocatione gentium, Cap. 4. Vide Tom. 5. lib. Hexæmeron, Cap. 9.*

III. Liberum arbitrium non velut inanime quoddam, nihil omnino agere, aut mere passiuè se habere, sed adiuuanti Deo cooperari posse.

GRatia quidem Dei in omnibus iustificationibus præeminet, suadendo exhortationibus, monendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium,

*Electionẽ malis nobis potius quã alijs ascribere debemus.*

*Si ad peccandum inuiti cogimur, Deus iniustus est, qui nos propter peccata affligit.*

*Nullius hominis ruina ex diuina constitutione disposita est.*

corque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo. Sed etiam voluntas hominis subiungitur ei, atque coniungitur, quæ ad hoc prædictis est excitata perfidijs, ut diuino in se cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum quod superno semine concepit ad studium, de sua habens mutabilitate si deficit, de gratiæ opitulatione si proficit. *Tom. 2. lib. 2. de vocat. gent. Cap. 9.*

Factum est autem cum baptizatus esset omnis populus. Vides quia ubique Domini virtus studijs cooperatur humanis, ut nemo possit ædificare sine Domino, nemo custodire sine Domino, nemo quicquam incipere sine Domino. Et ideo, iuxta Apostolum, \* Siue manducatis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriam Dei facite, in nomine Domini nostri Iesu Christi. *Tom. 5. lib. 2. Commentariorum in cap. 3. Lucae.*

\* 1. Cor. 10.

### III. Cum libertate arbitrij nec pugnare Dei præscientiam, nec prædeterminationem.

*Deum Cain à  
parricidio re-  
mouere cona-  
tur.*

*Præscientia  
Dei non com-  
pulsit Cain ad  
peccandum.*

Cum ergo talia ad Cain loqueretur Deus: (Qui-cesce & noli in insontem fratrem moueri, noli peccato regnum in te dare) numquid ambiguum est voluisse eum, & quantum ad medendi modum sufficiebat, egisse, ut Cain ab illo impietatis furore resipisceret? Sed malitia pertinax inde facta est inexcusabilior, unde debuit esse correctior. Et utique præsciebat Deus ad quem finem insaniētis esset progressura conceptio. Neque ex eo quod falli scientia diuina non poterat, necessitate peccandi urgebatur facinus voluntatis, à cuius utique intentione atque effectu potuit incolumitas Abel illæsa defendi, nisi placuisset Deo cum magna laude patientiæ suæ, ut temporalis furor impij, fieret perpetuus honor iusti. *Tom. 2. lib. 2. de vocat. gent. Cap. 4.*

Hæc æterna & semper tranquilla cognitio (Dei) nulla nos urget necessitate peccandi: nec inde man-  
nat

nat iniquitas, vnde iustitia. Quia cum bonus Deus omnia bona fecerit, & mali nulla sit omnino natura, à liberis voluntatibus, quas vtrique bonum fuit liberis fieri, spontanea orta est transgressio, & natura mutabilis, cuius incolumitas ab incommutabili pendeat essentia, à summo se bono dum proprio peruerse delectatur, abruptis, cui nunc iuinæ medetur gratia Dei.

*Et infra:* Quamuis ergo quod *Per electionis* statuit Deus, nulla possit ratione non fieri, studia *propositum nō* men non tolluntur orandi, nec per electionis *relaxatur de-* pro- *notio liberiar* da voluntatis Dei ita sit præordinatus effectus, *vt* *bitrij.*

per laborem operum, per instantiā supplicationum, *Qui bona ges-* per exercitia virtutum, fiant incrementa meritorū: *serunt non so-* & qui bona gesserint non solum secundum *lūm secundum* propositū Dei, sed etiam secundum sua merita coronen- *propositū Dei,* tur. Ob hoc enim in remotissimo ab humana cogni- *sed etiā secun-* tione secreto, præfinitio huius electionis abscondita *dum sua meri-* est, & de nullo ante ipsius finem pronuntiari potest, *ta coronatur.*

quod in electorum gloria sit futurus, vt perseveran- *\* 1. Cor. 10.* tem humilitatem vtilis merus seruet, & \* qui stat,

videat ne cadat: & si forte aliqua vicius tentatione *\* Psal. 144.* corruerit, non absorbeatur tristitia, nec de eius mi-

seratione diffidat, \* qui alleuat omnes qui corruunt, *\* 1. Tim. 2.* & erigit omnes elisos. Dum enim in hoc corpore vi- *Deus nō potest* uitur, nullius est negligēda correctio, nullius est de- *sine iustitiis* speranda reparatio. Oret itaque sancta Ecclesia, & *quemquā re-* pro ijs qui crediderunt gratias agens, proficientem *sutare.* eis perseverantiam perat. Pro ijs autem qui extra fidem sunt, poscat vt credant. Nec ideo ab obsecrationibus cesset, si pro aliquibus exaudita non fuerit.

\* Deus enim qui omnes vult ad agnitionem veritatis venire, nō potest quemquam sine iustitia refutare. *Tom. 2. lib. 2. de vocat. gent. Cap. 10.*

V. Deum non operari mala opera, ita vt bona, *verum illa permissiue tantum, hac proprie & per se.*



**V**enerat Dominus Iesus omnes saluos facere peccatores, etiam circa impios ostendere suam debuit voluntatem. Et ideo nec proditurum debuit praterire, vt aduerterent omnes quod in electione etiam proditoris sui, seruandorum omnium insigne præterdidit, nec in colapsus est, vel Adam, quia mandatum accepit, vel Iudas quia electus est. Non enim necessitatem Deus vel illi præuaricationis vel huic proditoris imposuit, quia vterque si quod acceperat, custodisset, à peccato potuit abstinere. Denique nec Iudæos omnes credituros sciebat, & tamen ait: \* Non veni nisi ad oves perditas domus Israel. Ergo non in mandante culpa est, sed in præuaricante peccatum est. Et quod in Deo fuit, ostendit omnibus, quod omnes voluit liberare. Nec tamen dico, quia præuaricationem nesciebat futuram, imo quia sciebat assero, sed non ideo pereuntis proditoris inuidiam in se debuit deriuare, vt ascriberetur Deo, quod vterque sit lapsus. *Tom. 4. lib. de Paradiso, Cap. 8.*

Non enim Deus ad hoc serpentem damnauerat vt noceat, sed quid futurus esset, ostendit. Et quidem tentatio illa, quod amplius hominibus profuit, superius demonstrauius: sed tamē cum legerimus quod scriptum est, dicente Deo: \* Honorificantes me, honorificabo, & contemtor mei honore priuabitur, licet nobis ex his verbis aliquid æstimare. Deus enim operatur quod bonum est, nō quod malum. Ergo doceant te verba diuina, quia operatur gloriam, pœnam relinquit. *Cap. 15. eiusdem libri de Paradiso.*

Nunc consideremus qua ratione interrogauit Deus Cain, vbi esset frater suus, quasi nesciret occisum. Sed quod ad scientiam Dei spectat negantem arguit, & inficianti quasi sciens respondit: Vox sanguinis fratris tui clamat ad mē. Quod autem ad rationem profundam attinet, peccantes admonet ad pœnitentiam. Confessio enim pœnarum compendium est. Inde in iudicijs secularibus impositi eculeo torquen-

*Primi nostri  
parētes et Iu-  
das nō pecca-  
runt inuiti.*

\* *Matth. 15.*

\* *1. Reg. 2.*

*Deus operatur  
quod bonum  
est, non quod  
malum.*

torquentur negâtes, & quâdam tangit iudicem miseratio confitentis. Est quædâ in peccatis verecundia, & pœnitentiæ portio, crimen fateri, nec deriuare culpam sed recognoscere. Mitigat iudicem pudor reorum, excitat autē pertinacia denegantium. Vult te prouocare ad pœnitentiam Deus, vult de se sperari indulgentiam, vult demonstrare tua confessione quòd non sit auctor malitiæ. Nam qui peccatum suum ad quandâ referunt, vt gentiles asserunt, decreti aut operis sui necessitatem, diuina arguerentur, quasi ipforum vis causa peccati sit. Qui enim necessitate aliqua coactus occiderit, quasi inuitus occidit. Ea verò quæ à nobis sunt, excusationē non habent: quæ autem præter nos sunt, excusabilia sunt. Sed quanto grauius peccato ipso, ad Deum referre quod feceris, & reatus tui inuidiam transfundere in auctorem non criminis sed innocentia. Tom. 4. lib. 2. de Cain & Abel, Cap. 9.

Deus non est auctor malitia.

Grauisimum scelus est peccare in Deum velle deriuare

V I. Per liberum arbitrium sine gratia Dei hominem nullo modo posse coram Deo iustam vitam inchoare aut perficere.

Pelagiani dicunt ab homine incipere meritum per liberum arbitrium, cui Deus gratia retribuat adiumentū. Etiam hic eos refellit venerandus Ambrosius, dicens in expositione Esaiæ propheta: Quia humana natura sine diuina ope imbecilla est, ad medendum Deum auxiliatorem requirit. Augustinus Tom. 7. lib. 4. cap. 11. contra duas epistolâs Pelagianorum ad Bonifacium.

Humana natura sine diuina imbecilla est.

Frequens nobis de effugiendo seculo isto est sermo, atque vtinam quàm facilis sermo, tam cautus & sollicitus affectus. Sed quid peius est, frequenter irripit terrenarum illecebra cupiditatum, & vanitatum offusio mētem occupat, vt quod studeas vitare, hoc cogites, animoque voluas. Quod cauere difficile est homini, exuere autē impossibile. Denique voti eam

\*Psal. 118.

In potestate  
nostra non est  
cor nostrum.

Sine auxilio  
diuino homo  
caelestia contē  
plari non po-  
test.

A Deo prepa-  
ratur voluntas  
hominis.

\*Psal. 116.

\*1. Cor. 10.

magis esse rem quam effectus, testatur Propheta dicendo: \* Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam. Non enim in potestate nostra est cor nostrum, & nostræ cogitationes, quæ improuiso offusæ mentem animumque confundunt, atque alio trahunt, quam tu proposueris. Ad secularia reuocāt, mundana inferunt, voluptuaria ingerunt, illecebrosa intexunt, ipsoque in tēpore, quo eleuare mentem paramus, insertis inanibus cogitationibus ad terrena plerumque deijcitur. Quis autem tam beatus, qui corde suo semper ascendat? Sed hoc sine auxilio diuino quomodo fieri potest? Nullo profecto modo. Tom. 1. lib. de fuga seculi, Cap. 1.

Visum est, inquit, & mihi affecuto à principio.] Cū inquit, visum est mihi, non negat Deo visum. A Deo enim preparatur voluntas hominis. Tom. 5. in explanatione proemij Euangelij secundum Lucam.

Factum est autem cū baptizatus esset: omnis populus, &c.] \* Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilauerunt qui custodiunt eam. Hæc de quodam psalmo. Audeo tamen etiam ego dicere, quod homo viam non possit adoriri, nisi Dominum habeat præuiantē. Tom. 5. lib. 2. Cōment. in cap. 3. Lucae.

Vides utique, quia Domini virtus studiis cooperatur humanis, vt nemo possit ædificare sine Domino, nemo custodire sine Domino, nemo quicquā incipere sine Domino. Et ideo, iuxta Apostolū, \* Siue manducatis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in Dei gloriā facite. Lib. 2. Com. in idem cap. 3. Lucae: Quæ Ambrosij verba Augustinus contra Pelagium & Celestium citans, Videtis, inquit quemadmodum S. Ambrosius etiam illud, quod solent homines dicere, Nos incipimus, & Deus persicit, suis verbis abstulit, dicens, neminem quicquam vel incipere sine Deo. Item in sexto libro eiusdem operis, cū de duobus illis feneratoris vnus debitoribus ageret, Secū dum hominem, inquit, plus fortasse offendit, qui plus debuerat, sed per misericordiam Domini causa mutatur, vt amplius dilgat, qui amplius debuit, si tamen oratiam consequatur. Ecce apertissime pra-

predicat Catholicus doctor etiam ipsam dilectionē, qua quisque Caritas donū  
 que amplius diligit, ad beneficium gratia pertinere Ipsam de  
 nique penitentiam, quam procul dubio voluntas agit, Domi-  
 ni misericordia et adiutorio fieri ut agatur in decimo eiusdem die et adu-  
 operis libro dicit Ambrosius, ita loquens: Bone lacrymae que risofit, ut agat  
 culpam lauant. Denique quos Iesus respicit, plorat delictum. *mus penitens*  
 Negavit primo Petrus & non fleuit, quia nō respexerat Do-  
 minus: negavit secundo & nō fleuit, quia adhuc non respex-  
 rat Dominus: negavit & tertio, respexit Iesus, & ille ama-  
 rissime fleuit. Legant isti \* Euangelium, & vidoant Domi-  
 num Iesum tūc intus fuisse, cum a sacerdotum principibus au-  
 dretur, Apostolū vero Petrum foris & deorsum in atrio cum  
 servis ad se cum tunc sedentem, nunc stantem, sicut veracissi-  
 ma & concordissima Evangelistarum narratione monstra-  
 tur. Vnde non potest dici, quod corporalibus oculis cum Do-  
 minus visibiliter admonendo respexerit. Et ideo quod ibi scri-  
 ptum est, Respexit eum Dominus: intus actum est, in mente *Christus quomodo Petrum respexerit.*  
 actum est in voluntate actum est Misericordia Dominus la-  
 zenter subuenit, cor tetigit, memoriā reuocauit, interiore gra-  
 tia sua visitauit Petrum, interioris hominis usque ad exterior-  
 res lacrymas mouit & produxit affectum Ecce quemadmo-  
 dum Deus adiuuando adest voluntatibus & actionibus nos-  
 tris Ecce quemadmodum & velle et operari operatur in nos-  
 tris. Item in eodem libro idem S. Ambrosius, Nam si Petrus, in-  
 quit, lapsus est, qui dixit, Et si alij scandalizati fuerint, ego  
 non scandalizabor: quis alius in re de se presumat? Denique  
 Dauid, quia dixerat, \* Ego dixi in mea abundantia non mor-  
 uebor in aeternum, suam sibi iactantiam obfuisse profitetur dis-  
 cens: Auertisti faciem tuam, & factus sum conturbatus. Au-  
 diat iste tantum virum docentem, imitetur credentem, cuius  
 fidem doctrinamque laudauit. Audiatur humiliter, imitetur fide-  
 liter, non de se perimaciter presumat ne pereat. Quid in eo  
 pelago vult mergi Pelagus, vnde per petram liberatus est Pe-  
 trus? Audiatur eundem Antistitem Dei in sexto libro eiusdem  
 operis dicentem: Cur autem non receperint eum, Evangelista  
 ipse memorauit dicens: \* Quia facies eius erat, euntis in Hie-  
 rusalem, discipuli autem recipi intra Samariam gestiebant. *\* Luca 9.*

Sed Deus quos dignatur vocat, & quem vult religiosum facit. O sensum hominis Dei, ex ipso haustum fonte gratia Dei. Deus, inquit, quos dignatur vocat, & quem vult religiosum facit. Videte si non propheticum illud est, \* Misereror cuius miserus ero, & misericordiam præstabo, cui misericors fuero. Et illud Apostolicum, \* Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Quia ut dicit etiam nostrorum temporum homo, eius quem dignatur vocat, et quem vult religiosum facit. Numquid aliquis dicere audebit non dum esse religiosum, qui currit ad Deum, ab eo se regi cupit, & voluntatem suam ex eius voluntate suspendit, & qui ei adherendo iugiter, vnus secundum \* Apostolum, cū eo sit spiritus? At hoc totum tam magnum religiosi hominis opus, Pelagius non dicit effici, nisi arbitrium à Pelagii libertate. Contra autem B. Ambrosius ipsius tam excellentis ore laudatus, Dominus Deus, inquit, quem dignatur vocat, & quem vult religiosum vocat. Ergo ut currat ad Deum, & ab eo se regi cupiat, suamque voluntatem ex eius voluntate suspendat, ei; adherendo iugiter, vnus secundum Apostolum cum eo fiat spiritus, Deus quem vult religiosum facit. Et hoc totum homo nisi religiosus non facit. Quapropter nisi à Deo fiat ut hoc faciat, quis hoc facit? Hæc Augustinus Tom. 7. lib. 1. de gratia Christi contra Pelagium & Celestium, Cap. 44. 45. & 46. Vide & eundem Augustinum eodem Tomo lib. de Natura & Grat. contra Pelagianos, Cap. 63.

Venditi estis peccatis vestris. Adam enim se vendidit prior, ac per hoc omne genus eius subiectum est peccato. Quamobrem inquit, infirmum esse hominem ad præcepta legis seruanda, nisi diuinis auxilijs muniatur. Tom. 5. in cap. 7. Epist. ad Rom. Explicatur hæc de gratia Dei & viribus humane voluntatis Catholica assertio ex professo Tom. 2. lib. 2. de vocat. gent. Cap. 6. 8. 9. & 10. Tom. item 3. lib. Epist. 10. Epist. 84.

VII. Duplicem esse gratiam Dei, generalem & specialem; præuenientem item & adiuuantem.

Quod si forte, quemadmodum quasdam gētes, quod non volunt, in consortium filiorum Dei nouimus

nonimus ad optatas, ita etiam nunc in extremis mundi partibus sunt aliquę nationes quibus non dum gratia Salvatoris illuxit: non ambigimus etiam circa illas occulto iudicio Dei tempus vocationis esse dispositum, quo Evangelium quod non dum viderunt, audiant atque suscipiant. Quibus tamen illa mensura generalis auxilij, quę desuper omnibus semper hominibus est præbita, non negatur: quamvis tam acerbo natura humana vulnere sauciata sit, vt ad cognitionem Dei neminem contemplatio spontanea plene valeat erudire, nisi obumbrationem cordis vera lux discusserit, quã inscrutabili iudicio Deus iustus & bonus non ita præteritis seculis quemadmodum in nouissimis diebus effudit. *Tom. 2. lib. 2. de vocat. gent. Cap. 6.*

*In extremis mundi partibus sunt quędam nationes quibus etsi nondum gratia Salvatoris illuxerit, mensura tamen generalis auxilij, quę omnibus semper præbita est hominibus, non negatur.*

Iacobus Apostolus de vocatione gentium dicit: Viri fratres audite me: \*Simon narrauit quemadmodum primum Deus visitauit sumere ex gentibus populum nomini suo, & huic concordant verba Prophetarum, sicut scriptum est: \* Post hæc reuertar, & reedificabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & diruta eius ædificabo, & erigam illud, vt requirant ceteri hominum Dominum, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc: notum à seculo est Domino opus suum. \* Simeon quoque ille cui responsum erat à Spiritu sancto non eum visurum mortem priusquam videret Christum Domini, de salute omnium gentium quę in Christo reuelabatur, hæc dixit: Nunc dimitte seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum, Quod paraisti ante faciem omnium populorum, Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuę Israel. His & alijs testimonijs Scripturarum non dubie demonstratur istam ditissimam, potentissimam, benignissimam gratiam qua in nouissimo mundi tempore omnes gentes in regnum Christi vocantur, prioribus seculis in occulto Dei absconditã fuisse con-

\* Act. 15.

\* Amos 9.

\* Luca 2.

*Gratia Dei, qua in nouissimo mundi tempore oēs gentes in regnum*

*Christi vocan-  
tur, prioribus  
seculis fuit abs-  
condita.*

\* 1. Tim. 2.

*Dona alia ge-  
neralia, alia  
specialia sunt.*

*Cooperatores  
oportet nos ef-  
se gratia Dei,  
ut illa excitā-  
rem, iuuantē,  
& quotidie  
prouehentem  
vigilāter sub-  
sequamur.*

filio. Et cur hac manifestatione qua nunc vniuersis nationibus innotescit, antea reuelata non fuerit, nullam posse scientiam comprehendere, nullam intelligentiam penetrare: cum tamen illud quod de bonitate Dei pijsissime creditur, \* quia omnes homines velit saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, non oporteat nisi perpetuum æternumque sentiri, secundum eas mensuras quibus Deus dona generalia specialibus nouit cumulare muneribus: ut & qui extorte, gratiæ fuerint, de sua nequitia redarguantur: & qui eius lumine enituerint, non in suo merito, sed in Domino gloriætur. *Lib. 2. de vocat. gen. Cap. 7.*

Quia manifestissime & prophetica & euangelica & apostolica doctrina nec superbos nos vult esse, nec desides: cooperatores nos esse oportet gratiæ Dei, ut illam excitantem, iuuantem, locupletantem, & quotidie prouehentem vigilanter & sobrie subsequamur, numquam cessantes ab actione gratiarum: quia inter secunda vitæ istius & aduersa, quibus gemina semper tentatione pulsamur, si proficimus, inde alimur si stamus, inde subsistimus: si recidimus, inde reparamur. *Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 84.*

#### VIII. Liberum arbitrium à gratia non destrui, sed sanari, iuuari & perfici.

*Nō esse fiden-  
dum proprijs  
viribus.*

**N**on fidat (homo) de viribus suis, quæ etiā cum essent integræ, non steterunt: sed per illū querat victoriam, qui solus non est victus, & omnibus vicit. Et si querit, non dubitet querendi affectum ab illo se accepisse quem querit. Nec quia Spiritu Dei agitur, deo se puret liberum arbitrium non habere, quod ne tunc quidem perdidit quando diabolo voluntate se dedit, à quo iudicium voluntatis deprauatum est nō ablatum. Quod ergo non interfectum est per vulnerantem, non tollitur per medentē. Vulnerus sanatur, non natura remouetur. Sed quod in natura perijt, non restituitur nisi ab auctore naturæ.

*Liberum arbi-  
trium nō tol-  
litur per gra-  
uam Dei.*

*Tom. 2. lib. 1. de vocat. gent. Cap. 3.*

CAPVT TERTIVM  
De Fide & Operibus.

I. Fidem non esse humano iudicio as-  
mandam.

Quoniam sapiētia carnis inimica est Deo. Le-  
gi enim Dei non est subiecta, nec enim po-  
est. ] Non carnem dixit inimicam, sed sapi-  
entiam carnis: id est, nō substantiam, sed aut malos  
actus, aut cogitationem, siue asseuerationem, quæ  
nascitur de errore. Sapiētia ergo carnis est primo  
in loco, astrorum ab hominibus † inuenta disputa-  
tio, deinde visibilium oblectatio. Hæc inimica Deo † *alias,*  
sunt, quia elementorum Dominū, & opificem mun-  
di his cœquant quæ fecit, astruētes nihil posse  
fieri præterquam mundi continet ratio. Quamob-  
rem negant Deum fecisse, vt virgo pareret, aut mor-  
tuorum corpora resurgerent: quia stultum est, in-  
quiunt, vt Deus fecerit ultra quàm sapit homo. O  
prudētes mundi, qui putant Deum non debere ali-  
ter facere, quàm ab eo facit condita creatura, vt  
ipse similis creaturis putetur. *† presumē*  
*Virginē peper-*  
*risse et corpo-*  
*ra mortuorū*  
*resurrectura*  
*negant ij quō*  
*humana sapie-*  
*entia nitētur.*

Non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux  
Christi. ] Pseudoapostoli, ne stulti viderētur pruden-  
tibus mundi, in sapientia hominum Christum præ-  
dicabant duplici genere, vt & eloquentiæ studerent,  
& ea quæ mundus in nobis stulta iudicat, euitarent,  
vt neque incarnatū Dei Filium, & de virgine natum  
docerent, neque carnis futuram resurrectionē, quia  
mundi istud sapientiæ ratio stultum iudicat: ac per  
hoc Apostolus non se in sapientia hominum dicit  
Christum prædicare, ne euacuetur crux Christi, quia  
qui in sapientia hominis Christum annuntiant, ne-  
gant veritatem prædicationis.

Et paullo post:

Quoniam Iudæi signa petunt, & Græci sapienti-  
am quæ-



am quærunt.] Græci sapientiam quærunt, quia nolunt audire præterquam quæ mundi ratione possibilia sunt. *Tom. 5. in cap. 1. Epist. 1. ad Corinth.*

*Animalis homo non assequitur ea quæ sunt fidei cum sensum iudicio in omnibus uti valit.*

Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, stultitia est enim illi.] Pecoribus enim similis, sensum suum in terram deprimit: ideoque non assequitur nisi quæ videt, nec putat aliquid posse fieri quâ quomodo scit. Ideo quicquid aliter audit quàm nouit, stultitiam iudicat: nihil enim æstimat posse fieri sine commixtione. Vnde ridet audiens Deum filium genuisse, quem scit simplicem & incorporeum, & virginem peperisse, & resoluta corpora rursus reuocari ad vitam, cum hæc magis ad laudem Dei proficiant, vt credatur fecisse, cuius operis ratio inuestigari non possit. *Tom. 5. in cap. 2. Epist. 1. ad Corinth.*

### II. Fidem rectam ad salutem necessariam esse.

\* *Matth. 18.*

Scriptum est in Euangelio: \* Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Et alibi: \* Medius vestrum stat, quem vos nescitis. Hinc ergo cognoscimus quod ante omnia fides nos commendare Deo debeat. Cùm fidem habuerimus, elaboremus vt opera nostra perfecta sint. *Tom. 4. lib. 2. de Cain & Abel, Cap. 2. Vide & cap. 9. eiusdem libri.*

\* *Ioan. 1.*

*Ante omnia fides debet nos commendare Deo.*

*Fides fundamentum est omnium virtutum.*

\* *Gen. 12.*

Magnus plane vir (Abraham) & multarum virtutum clarus insignibus, quem votis suis philosophia non potuerit æquare. Denique minus est quod illa finxit, quàm quod iste gessit, maiorque ambizioso eloquentiæ mendacio simplex veritatis fides. Itaque cuiusmodi fuerit in eo viro deuotio, consideremus. Ea enim virtus ordine prima est, quæ est fundamentum ceterarum: meritoque hanc ab eo primam exigit Deus dicens: \* Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. *Tom. 4. lib. 1. de patriarcha Abraham, Cap. 2.*

De sacramentis quæ accepistis, sermonē adior, cuius

eius rationem non putavi ante præmitti. In Chri- *Prima vox ho*  
 stiano enim viro prima est fides. Ideo Romæ fideles *minis Christi-*  
 dicuntur qui baptizati sunt, & pater noster Abraham *ani est, Credo*  
 ex fide iustificatus est, non ex operibus. *Tom. 4. lib. 1.*  
*de sacramen. Cap. 1.*

In quibus & nos aliquando conuersati sumus in  
 desiderijs carnis nostræ, facientes voluptates carnis  
 & consiliorum eius, & eramus natura filij iræ, sicut  
 & ceteri. ] Omne peccatum caro dicitur, maxime  
 perfidia, quæ est totius sceleris mater. Nulli opera *Infideli bona*  
 bona & castitas proderit, si sit perfidus. Perfidia enim *opera prodesse*  
 hæc omnia maculat. *Tom. 5. in cap. 2. Epist. ad Ephes. sequeunt.*

III. Fidem esse donum Dei.

Sicut post lapsum plerisque, si patiantur, corona *Fides Dei do-*  
 redditur: ita si credant, & fides redditur. Quæ fi- *num est.*  
 des Dei donum est, sicut habes scriptum: \* Quia à *\* Philip. 1.*  
 Deo vobis datum est, non solum vt credatis in eum,  
 sed etiam vt pro illo patiamini. *Tom. 1. lib. 1. de Peniten-*  
*tia, Cap. 10.*

Igitur fides quæ bonæ voluntatis & iustæ actio- *Fides bonæ vo-*  
 nis est genitrix, quo ipsa fonte nascatur, Apostolus *luntatis et in-*  
 Paullus exponat, qui pro Romanorum fide Deo gra- *stæ actionis ge-*  
 tias agit, dicens: \* Primum quidem gratias ago Deo *nitrix est, &*  
 meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia à solo Deo da- *fidem vestram annuntiat in vniuerso mundo. Ad tur.*  
 fides vestra annuntiat in vniuerso mundo. Ad tur.  
 Ephesios quoque scribens: \* Propterea, inquit, & \* *Rom. 1.*  
 ego audita fide vestra quæ est in Domino Iesu, & di- *Paulus pro*  
 lectione in omnes sanctos, non cesso gratias agens *dono fidei Deo*  
 pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus *gratias agit.*  
 meis, vt Deus Domini nostri Iesu Christi Pater glo- *\* Ephes. 5.*  
 riæ det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis in  
 agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri,  
 vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, quæ diuitiæ  
 gloriæ hereditatis eius in sanctis. Et ad Thessaloni-  
 censes: \* Ideo & nos gratias agimus Deo sine inter- *\* 1. Thes. 2.*  
 missione, quoniam cum accepissetis à nobis verbum  
 auditu Dei, accepistis non vt verbum hominum sed  
 (sicut

(sicut est vere) verbum Dei qui operatur in vobis qui credidistis. Potuitne plenius aut evidentius demonstrari Dei esse donum credentium fidem, quam ut ideo agerentur gratiæ Deo, quoniam ij quibus verbum Dei per homines prædicabatur, nõ quasi de hominum sermone dubitarunt, sed tamquam Deo loquenti per homines crediderunt, qui in ipsis est operatus ut crederent?

*Et paullo post:*

\* 1. Pet. 1.  
Petrus Apostolus.  
ex Deo habet  
et fidem præ-  
dicat.

Petrus quoque Apostolus ex Deo haberi fidem prædicans, ita scribit: \*Scientes quòd non corruptibilibus auro & argento redempti estis de vana conversatione vestra paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi Iesu, præcogniti quidem ante constitutionem mundi, manifestati autem nouissimis temporibus propter vos qui per ipsum fideles estis in Deum, qui suscitabit eum à mortuis, & gloriam ei dedit, ut fides vestra & spes esset in Domino. Tom. 2. lib. 1. de vocat. gent. Cap. 8.

IIII. *Fidem non ita esse donum Dei, ut propter voluntatis motum, non sit pariter & liberi arbitrij.*

Sicut animus nihil virtutis capit nisi radium vere sacciperit luminis, ita gratia nihil ei quem vocat, confert: nisi oculos in eo aperuerit voluntatis. Quæ in plerisque (sicut superius disputatum est) ab ipso initio sui ardentissima citis & magnis ditatur augmentis: in plerisque autem tarde cunctanterque proficiens, vix ad ea incrementa prouehitur, quæ idoneam ad perseuerandum habeant firmitatē. Dicit quidem Dominus: \*Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, attraxerit eum. Sed hoc ideo dictum est, ut illam fidem sine qua nemo ad Christum venit, ex Patris haberi munere nouerimus, secūdam illud quod Apostolo dicitur: \*Beatus es Simon Barionæ, quia

\* Ioh. 6.  
Ut credamus  
et gratia Dei,  
et nosser assen-  
sus requiritur.  
\* Matth. 16.

quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est. Qui in cordibus trahendorum hoc egit vt crederent, hoc effecit vt vellent. Non enim esset vn de traherentur, si sequaces fide & voluntate non essent: quoniam qui non credunt, nec trahuntur omnino, nec veniunt, neque accedunt qui dissentiunt, sed recedunt. Qui ergo veniunt, amore ducuntur: dilecti enim sunt, & dilexerunt, quæsi sunt, & quæsierunt: & quod eos voluit Deus velle, voluerunt: qui ad obediendum sibi ipsum velle sic donat, vt etiã a perseueraturis illam mutabilitatē quæ potest nolle, non auferat. Alioquin nemo vnquam fidelium recessisset à fide. Neminem concupiscentia vinceret, neminem tristitia elideret, neminem iracundia debellaret, nullius caritas refrigesceret, nullius patientia frangeretur, & collatam sibi gratiam nemo negligeret. *Tom. 2. lib. 2. de vocat. gent. Cap. 9.*

*Homogratia fidei illustratur, ab ea per liberã voluntatem recedere potest.*

Non quod dominemur fidei vestre, sed adiutores simus gaudij vestri. Fide enim stas. ] Quoniam fides non necessitatis, sed voluntatis res est: ideo dicit: Non quod dominemur fidei vestræ. Dominatus enim necessitatis causa est. *Tom. 5. in cap. 1. Epist. 2. est. ad Corinth.*

*Fides non necessitatis, sed voluntatis res*

V. Quomodo fides, spes, caritas inter se affectæ sint, & fides à caritate perficiatur, ac vtilis reddatur.

Scriptura diuina vitam beatam in cognitione sponit diuinitatis, & fructu bonæ operationis. Denique vtriusque assertionis Euangelicum suppedit testimonium. Nam & de scientia ita dicit Dominus Iesus: \* Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Et de operibus ita respondit: \* Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter

*Scriptura diuina vitam beatam in fide & fructu bonæ operationis collocat.*  
\* Ioan. 17.  
\* Matth. 19.

propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

*Et post pauca:*

*Fides vitam æternam habere dicitur, quia fundamentum est bonum. Habent et bona facta, quia vir iustus & rebus probatur. Pulcra similitudine ostenditur quomodo fides & opera bona cohercant.*

Habet ergo vitam æternam fides, quia fundamentum est bonum. Habent & bona facta, quia vir iustus & dictis & rebus probatur. Nam etiam exercitatus sit in sermonibus, & desidiosus in operibus, prudentiam suam factis repellit: & grauius est scire quid facias, nec fecisse quod faciendum cognoueris. Contra quoque strenuum esse in operibus, affectu infidum, ita est ac si vitioso fundamento pulcra culminum velis eleuare fastigia: quod quo plus struxeris, plus corrui: quia sine munimento fidei bona opera non possunt manere. Infida statio in portu nauem perforat, & arenosum solum cito cedit, nec potest impositæ edificationis sustinere onera. Ibi ergo plenitudo præmij, ubi virtutum perfectio, & quedam in factis atque dictis æqualitas est sobrietatis. *Tom. 1. lib. 2. Officiorum, Cap. 2.*

\* 11. Cor. 3.

Doceris hac serie scripturarum fidem esse radicem virtutum omnium. Vnde & Apostolus ait: \* *Quia fundamentum nostrum Iesus Christus est: & quicquid supra hoc fundamentum ædificaueris, hoc solum ad operis tui fructum, & ad virtutis proficere mercedem.* *Tom. 4. lib. 2. de Cain & Abel, Cap. 9.*

*Fides principium vni Christiani est, plenitudo iustitiae.*

Principium verborum tuorum veritas. ] Fides principium Christiani est, plenitudo autem Christiani iustitia est. Fides in confessione populorum, iustitia in martyrum passione. *Tom. 4. Sermone 20. in psal. 118.*

\* 1. Cor. 13.

*Perfecta caritas omnem fidem habet, sed non continet ra omnem fidem perfectam caritatem.*

Denique Abraham credidit, & sic diligere cepit: & credidit non ex parte, sed per omnia. Aliter enim habere plenam non poterat caritatem, quia scriptum est: \* *Caritas credit omnia: Si non credit omnia, non videtur caritas esse perfecta.* Ergo perfecta caritas omnem fidem habet. Non tamen facile dixerim, quod continuo omnis fides perfectam caritatem habeat, quia Apostolus dixit: \* *Si habeam omnem fidem ita*

*ut montes*

vt montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest. *Tom. 3. lib. Epist. 9. Epist. 74.*

Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.] Breuiter autem (Christus) Iudæorum vitia multa perstringit, qui vilium fructuum decimis conferendis omne studium intendant suum, nec vllum fururi iudicij metum, nec aliquam Dei caritatem, cum opera sine fide vana sint. Prætereunt enim iudicium & caritatem Dei. Iudicium ideo, quia non omnia quæ agunt, in iudicium referunt. Caritatem ideo, quia non ex affectu Deū diligunt. Sed ne rursus fidei nos studiosos faciat operum negligentes, perfectionem fidelis viri breui sermone concludit, vt & fide & operibus approbetur, dicens: Hęc oportuit facere & illa non omittere. *Tom. 5. lib. 7. Comment. in cap. 11. Luca.*

*Christus fidē  
& opera com-  
munit.*

Circumcisio nihil est, & præputium nihil est.] Manifestum est, quia nec obest nec prodest. Sed obseruatio mandatorum Dei.] Id est, fides propitium facit Deum, si bonis operibus approbetur. *Tom. 5. in cap. 7. 1. Epist. ad Corinth.*

*Fides bonis o-  
peribus vesti-  
ta propitium  
facit Deum.*

Ergo impij non resurgunt in iudicio: hoc est, in portionem eorum qui iudiciū subituri sunt: nec peccatores resurgunt in consilio iustorum. Vides quia surgunt impij, & non surgunt in iudicio iustorum: quia peccatores etsi non resurgunt in consilio iustorum, resurgunt tamen in iudicio. Vnde videntur qui bene crediderunt, & fidem suam etiam operibus exsecuti sunt, ipsi non iudicari, sed surgere in consilio iustorum. Peccatores autem qui non possunt inter iustos surgere, surgent in iudicio. Habes duos ordines. Tertius superest impiorum, qui quoniam non crediderunt, iam iudicati sunt: & ideo non resurgunt in iudicium, sed ad pœnam. \* Dilexerunt enim ma-

*Qui bene cre-  
diderunt, et si  
dem etiā ope-  
ribus exsecu-  
tū sunt, surgēt in  
consilio iusto-  
rum.*

*\* Ioan. 3.*

*Deū nemo diligere potest nisi prius eum per fidem cognoscat.*

uere, sed victi illecebris peccatorum, dilexerūt plus tenebras quàm lucem. Id est, vtrumque dilexerunt, sed magis tenebras. Sed quia de illis præmisit qui nō crediderunt: sic accipiendum puto, quōd dilexerunt tenebras & non lucem. Lux enim Christus. *Qu* ergo non crediderunt luci, absurdum est vt lucem vel dilexissē cresantur, quam nescierunt. Nescierunt enim, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: sicut scriptum est. *Tom. 4. in enarratione psalmi primi, fere ad finem.*

## CAPVT QVARTVM De Iustificatione.

*I. Hominem suis operibus, qua vel per humana natura vires, vel per legis doctrinam sunt, absque diuina per Iesum Christum gratia coram Deo iustificari non posse.*

*Iudæi & Greci sub peccato concluduntur dum iustificatur per fidem Christi.*  
*\* Ephes. 2.*

**O**Rigo veræ vitæ veræque iustitiæ in regenerationis est posita sacramento, vt vbi homo renascitur, ibi etiam ipsarum virtutum veritas oriatur. Et incipiunt ad perpetuam gloriam proficere per fidem, qui vix ad temporalem vanæ laudis poterant peruenire mercedem. Siue enim Iudæus legis scientia tumens, siue Græcus studio sapientiæ naturalis inflatus, prius quàm iustificetur per fidem Christi, conclusus est sub peccato: & si in sua infelicitate persistit, ira Dei manet super eum, illa scilicet in Adæ præuaricatione contracta, de qua Apostolus loquitur, dicens: \* *Et vos cum effectis mortui delictis & peccatis uestris, in quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filios dissidentiae, in quibus & nos aliquando cōuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes*

facientes voluntatem carnis & cogitationū, & eramus natura filij iræ, sicut & ceteri. Et iterum: Qui eratis illo tempore sine Christo, alienati à conuersione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in mundo. Et iterum: \* Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Et iterum: \* Gratias agentes Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de tenebris, & potestatem tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Et iterum: \* Eramus enim & nos aliquando insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs, & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cùm autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri: non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. *Tom. 2. lib. 1. de uocatione gentium, Cap. 5.*

\* Ephes. 5.

\* Colos. 1.

\* Ad Tit. 3.

O homo, faciem tuam non audebas ad cælum at- tollere, oculos tuos in terram dirigebas & subito accepisti gratiam Christi, omnia tibi peccata dimissa sunt. Ex malo seruus factus es bonus filius. Ideo presume, non de operatione tua, sed de Christi gratia. \* Gratia enim saluati estis, Apostolus ait. *Tom. 4. lib. 5 de Sacram. Cap. 4.*

*Non in operibus nostris sed in gratia Christi fiduciam o- mnem collocandam.*

\* Ephes. 2.

Psalmi titulus est, In sinè filijs Chore intellectus. Vbi passionis dominicæ, & baptismatis, & ingressio- nis ad altare sacrosanctum, decurta mysteria sunt: docet sanctus propheta Dauid quemadmodùm athletam suum, cuius nomē teneatur in agmine sanctorum, Christus exerceat. Sicut enim sine labore nostro, non ex operibus, sed ex fide per gratiam suam nobis peccata donauit, & ad coronæ petitionem indulgentissimus nos & benignus admisit, nec superiora nobis fecit obesse flagitia, quibus tanto certa-

*Sine labore nostro, sola gratia Christi peccata nobis dimissa sunt.*



minc iudicemur indigni: (quæritur enim etiam in ijs qui lustrale certamen hoc subeunt, etiam disciplina viuendi) ita rursus ne tanta peccatorum donatione resolui, in superiora flagitia vel desidiam reuertamur: psalmus iste nos admonet multa nobis & grauius certamina esse proposita, vt nemo nisi qui legitime certauerit, coronetur.

*Videndum ne post gratiã acceptam in flagitia pristina relabamur.*

*Et infra:*

*Fugienda est iustificatio legis, & ad Christi gratiam confugiendum.*

Nemo ex operibus legis iustificari potest: quia sub maledicto sunt omnes qui sub littera sunt. Fugiant ergo omnes maledictum legis, & confugiant ad benedictionis gratiam, vt benedictionem habeant in cœlestibus in Christo Iesu, qui mortuus est pro nobis, vt fides trãfret ad gentes: qui etsi vir fuit ante synagogã, nec ipsam deseruit, & nos redemit. Illam enim non deseruit, vt reliquie saluẽ fierent: nos redemit eligendo populos nationum. Hęc ergo electio gentium, salus Iudeis. Reliquiã enim non per opera sua, sed per electionem gratiã saluẽ facti sunt. Gratia est ergo Christi, quã & nos redemit, & reliquias viuificauit. *Tom. 4. in psal. 43.*

*Si Christus nos deserat, salui esse nequimus.*

*\* Matth. 28.*

*\* Ioan. 14.*

*\* Matth. 9.*

*Christus eos qui ex lege presumunt, et gratiam Christi nõ quærunt, vocat ad penitentiam.*

Et ideo, inquit, ieiunare non possunt filij sponsi, quamdiu cum illis est sponsus. Venient autem dies, cum auferetur ab illis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.] Qui sunt illi dies quibus à nobis Christus auferatur, maxime cum ipse dixerit: \*Vobiscum ero vsque ad consummationem mundi? Ipse dixit, \*Nõ relinquam vos orphanos. Certũ est enim quod si nos relinquit, salui esse nequeamus. Nemo tibi Christum potest auferre, nisi te illi ipse auferas. Non te auferat iactantia tua, non te auferat arrogantia, neque tibi de lege presumas. \* Non enim vocare iustos venit, sed peccatores. Quomodo igitur Dominus iustitias dilexit, neque Dauid vidit iustum derelictum? Aut quã ista æquitas, si iustus relinquitur, peccator adsciscitur: nisi intelligas quod eos iustos dicit, qui ex lege presumant, & Euangelij gratiã non requirant? Nemo autem iustificatur ex lege, sed redimitur

dimitur ex gratia. Est igitur in lege iustitia, sed non per legem iustitia. Nam ipse Apostolus Hebræus ex Hebræis, secundum legem Phariseus, secundum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela, qui gloriatur ex lege, Quæ mihi, inquit, \* lucra fuerunt, hæc duxi propter Christum detrimenta esse: hoc est, *Paulus abijit* abiecit iustitiam & gloriam legis. Iustitia enim legis sine Christo vacua est, quia plenitudo legis Christus est. Et ideo & si est in lege iustitia, non est tamen per legem iustitia. Si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Mortuus est enim Christus ut impleret iustitiam. *Tom. 5. lib. 5. Commentar. in cap. 5. Luca.*

Adiuua me, inquit, & saluus ero, & meditabor iustificationes tuas semper. Ergo vel inter Angelos annumeratus dicas oportet iustificationes Dei semper, & illam quam adeptus es gloriam non tuis meritis arroges, sed diuinæ miserationi semper adscribas, ne tibi dicatur: \* Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Omnis enim creatura quæcumque bona habet: accepit à Christo, qui totius est auctor creaturæ. *Tom. 4. Sermon. 15. in psal. 118.*

II. *Liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, posse Deo vocanti & excitanti ut iustificationem consequatur assensuri, & eidem etiam repugnare.*

Misericordia tua Domine plena est terra, iustificationes tuas doce me. Quomodo misericordia Domini plena est terra, nisi per passionem Domini nostri Iesu Christi, quam futuram præuidens quasi promissam Propheta celebrat? Prophetis autem ea quæ ventura sunt præuidentibus, moris est ut quasi iam decursa memorent quæ posterioris ætatis sunt. Plena est ergo terra misericordia Domini, quia

*\* Philip. 3. Paulus abijit iustitiam et gloriam legis.*  
*Si per legem iustitia, Christus gratis mortuus est.*

*Sanctissimus quisque iustitiæ quæ habet, non suis meritis, sed miserationi diuinæ adscribit.*  
*\* 1. Cor. 4.*

*Propheta de rebus futuris ita loquitur, quasi essent præterite.*

*Christus est  
omnis in pas-  
sione, morte,  
et resurrectione  
aeternam  
felicitatem ac-  
quisierit, il-  
lud tamen be-  
neficium nullis  
nisi volentibus  
comunicatur.*

\* Exod. 3.

\* Rom. 9.

*Negligentes  
Deus consue-  
uit deserere.  
Non est in ho-  
minis potesta-  
te sed miseran-  
tis Dei, comple-  
re quæ cepe-  
rit.*

\* Ibidem.

*Gratia Dei om-  
nibus offer-  
tur, quod autem  
à multis refu-  
tetur ipsorum  
est nequitia,  
et quod à mul-  
tis suscipiatur  
et gratia est*

quia omnibus est data remissio peccatorum. Super omnes sol oriri iubetur. Et hic quidem sol quotidie super omnes oritur. Mysticus autem sol ille iustitiae omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus est, & omnibus resurrexit. Ideo autem passus est, ut tolleret peccatum mundi. Si quis autem non credit in Christum, generali beneficio ipse se fraudat: ut si quis clausis fenestris radios solis excludat, non ideo sol non est ortus omnibus, quia calore eius se ipse fraudauit: sed quod solis est, prerogatiuam suam seruat: quod imprudens est, communis à se gratiam lucis excludit. *Tom. 4. Serm. 8. in psal. 118.*

Fiat nunc misericordia tua ut exhortetur me secundum verbum tuum seruo tuo. ] \* Moyse dicit Deus: Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo, cui misericordiam præstitero. \* Igitur non est volentis neque curantis, sed miserantis Dei est. Forte dicas: Ergo non debemus vel velle currere? Atqui negligentes Deus deserere consuevit. Non ergo hoc dicit, sed quid dicat consideremus. Non volentis neque currentis hominis perseverantia est. Non est enim in hominis potestate, sed miserantis Dei est, ut possis complere quæ ceperis. Denique iterum Moyse dici: Quia in hoc ipsum te suscitaui, ut ostendam in te virtutem meam. Colligitur igitur adhortationem diuinæ misericordiae deputandam. Unde sequitur: \* Ergo cui vult miseretur, & quem vult obdurat. Hunc miseratus hortatur, illum non reuocat execratus. *Tom. 4. Sermonem 10. in eundem psal. mum 118.*

Quæ opitulatio (gratiæ Dei excitantis hominis voluntatem) per innumeros modos siue occultos siue manifestos omnibus adhibetur: & quod à multis refutatur, ipsorum est nequitia: quod autem à multis suscipitur, & gratia est diuinæ, & voluntatis humanae. Siue igitur initia, siue profectum fidelium, siue usque in finem perseverantium cogitemus genus, nulla species cuiusquam virtutis occurrit, quæ vel si-

ne dono diuinæ gratiæ, vel sine consensu nostræ voluntatis habeatur. Ipsa enim gratia hoc omni genere medendi atque auxiliandi agit, vt in eo quem vocat, primam sibi receptricem & famulam donorum suorum præparet voluntatem. Nam virtus nolentium nulla est, nec potest asseri, vel fidem, vel spem, vel caritatem eis inesse, quorum ab his bonus consensus alienus est. Tom. 2. lib. 2. de vocatione gentium, Cap. 9. Huc faciunt que supra habes Cap. 2. de gratia & libero arbitrio.

diuina ex humana voluntatis. Negant hoc Lutherus lib. de seruo arbitrio et Philippus in locis communibus An. 21. Wittenbergæ editis.

Vide itaque quàm vere Lutherus & Philippus gloriuntur Ambrosium idem sensisse de iustificatione hominis, quod ipsi.

III. Timorem diuinæ iustitiæ non esse malum, neque facere peccatores deteriores.

Consensum (gratiæ diuinæ excitati) non solum cohortatio prædicantium, & incitamenta doctrinæ, sed & metus gignit, propter quod scriptum est: \* Principiū sapientiæ timor Domini. Qui quantislibet terroribus inferatur, non aliud agit, quàm vt quem fecerit timentem, faciat & volentem, nec solum volentem, sed etiam sapientem. Vnde & illud scriptum est: \* Beatus cui donatum est habere timorem Dei. Quid enim tam beatificū quàm hic timor, qui genitor eruditor quæ sapientiæ est? In cuius vtrique deuotione deuota est & voluntas, quæ auctore gratiæ eodem proficit timore quo cœpit. Cum ergo hic timor etiam per quandam vim magni terroris immittitur, non ibi ratio exstinguitur, nec intellectus aufertur, sed illa potius quæ mentem premebat caligo discutitur, vt voluntas deprauata prius atque captiua, recta efficiatur & libera. Lib. 2. de vocatione gentium, Cap. 9.

Metus diuini numinis effici vt gratiæ diuinæ excitati consentiamus. \* Prouerb. 9. \* Eccl. 25.

Statue seruo tuo eloquium tuum, in timore tuo. ] \* Psal. 110. Quis timor inutilis, et quis Deo ingratus sit

\* 1. Cor. 1.

\* Rom. 10.

nique sapientiam huius mundi, stultitiam esse apud Dominum, \* Apostolus dicit. Sed & ipse timor Domini nisi secundum scientiam sit, nihil prodest, imo obest plurimum. Siquidem Iudæi habent zelum Dei, \* sed quia non habent secundum scientiam, in ipso zelo & timore maiorem contrahunt diuinitatis offensam. Quod circumcidunt infantulos suos, quod sabbatha custodiunt, timorem Dei habent: sed quia nesciunt legem spiritalem esse, circumcidunt corpus, non cor suum. Ignem sabbatho adolere formidant, cum lex sanctificationis die libidinum ignem prohibeat accendi. Et quid de Iudæis dicam? Sunt etiam in nobis qui habent timorem Dei, sed non secundum scientiam, statuentes duriora præcepta, quæ non possit humana conditio sustinere. Timor in eo est, quia videntur sibi consulere disciplinæ, opus virtutis exigere: sed inscitia in eo est, quia non compatiuntur naturæ, non æstimant possibilitatem. Non sit ergo irrationabilis timor. Etenim vera sapientia à timore Dei incipit, nec est sapientia spiritualis sine timore Dei: ita timor sine sapientia esse non debet. Basis quædam verbi est timor sanctus. Sicut enim simulacrum aliquod in basi statuitur, & tunc maiorem habet gratiam cum in basi statua fuerit collocata, standique accipit firmitatem: ita verbum Dei vel rationabile Dei in timore sancto melius statuitur, fortius radicatur, hoc est in pectore timentis Dominum, ne labatur verbum de corde viri, ne veniant volucres, & auferant illud de incuriosi & dissimulatis affectu. Sed etiã verbo Dei timor ipse aptari ad vtilitatem, & constabili videtur, vt non sit alienus scientiæ, sicut basis accepta statua non est aliena gratiæ. Timor ergo verbi est locus, sicut in pace locus eius. Timor quidem statua verbi, verbû timoris est disciplina. Plenus enim disciplinæ timor non nutat ad lapsum. Et quia basim verbi timorẽ diximus: ne quid alienum à scripturis posuisse nos quisquã putet: accipiat lectum de Dei verbo in Canticis canticorum:

\* Crura

\* Crura eius columnæ marmoreæ fundatæ super bases aureas. Significans columnas esse Ecclesiæ Apostolos, qui fundati sunt in timore sancto. Nam sicut \* Petrus, Iacobus, Ioannes & Barnabas columnæ esse videbantur Ecclesiæ, sic & quicumque vicerit hoc seculum, sit columna Dei, quam confirmat qui dicit: \* Ego confirmaui columnas eius: ita & basis aurea timor plenus disciplinæ, quia initium sapientiæ est. In timore ergo sapientum Apostolica prædicatio tamquam super basem auream columna confirmatur. Christi igitur eloquio & Apostolico sermone tribunal est timor iusti, & basis aurea plena prudentiæ, simulacrum autem bonum tamquam effigies veritatis, sermo sanctorum. Et vide tamquam basim auream esse sanctorum timorem. Lege Esaiam: vide quantis subiecerit timorem, ut faceret irreprensibilem & sanctum timorem. \* Spiritus, inquit, sapientiæ & intellectus, spiritus consilij atque virtutis, spiritus cognitionis atque pietatis, spiritus sancti timoris. Quantis timorem subiecit, ut haberet quod sequi possit: Informatur per sapiëntiam, instruitur per intellectum, cõsilio dirigitur, virtute firmatur, cognitione regitur, pietate decoratur. Tolle timori Domini ista, & est irrationalis & insipiens timor, vnus ex illis: \* Foris pugnae, intus timores. Quibus afflictus esset & Paullus, nisi habuisset Dominum consolantem. Nec otiosum est in Prouerbijis: \* Tunc intelliges timorem Domini. Quid est tunc: Cùm sapientiam inuocaueris, & prudentiæ dederis vocem tuam: & si quæsieris illam ut pecuniam, & ut thesauros scrutatus fueris eam, tunc intelliges timorem Domini. Et ideo tamquam super basim bonam dicit: Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo. Tom. 4. Sermone 5. in psal. 118.

\* Cant. 8.

\* Galat. 2.

\* Psal. 74.

\* Esa. 11.

Que requirã-  
tur vt timor  
Dei sit ratio-  
nabilis.

\* 2. Cor. 7.

\* Prouer. 2.

IIII. Fidem esse initium, radicem & velus  
fundamentum omnis iustitiæ.

*Fundamentū  
iustitiæ fides  
est.*

\* *Esa. 28.*

*Paullus funda-  
mentū posuit  
Christum, vt  
supra eū ope-  
ra iustitiæ lo-  
caremus.*

*Fides à Deo  
datur, vt prin-  
cipium sit me-  
ritorum.*

*Fides prepa-  
rat semitas  
venturæ dile-  
ctioni.*

**F**undamentum ergo est iustitiæ fides. Iustorum enim corda meditantur fidem: & qui se iustus accusat, iustitiam supra fidem collocat. Nam tunc iustitia eius apparet, si vera fateatur. Denique & Dominus per Esaiam: \* Ecce, inquit, mitto lapidem in fundamentum Sion, id est, Christum, in fundamentum Ecclesiæ. Fides enim omnium Christus. Ecclesia autem quædam forma iustitiæ est, commune ius omnium. In commune orat, in commune operatur, in cōmune tentatur. Denique qui seipsum sibi abnegat, ipse iustus, ipse dignus Christo est. Ideo Paullus fundamentum posuit Christum, vt supra eum opera iustitiæ locaremus, quia fides fundamentum est. In operibus autem aut malis iniquitas, aut bonis iustitia est. *Tom. 1. lib. 1. Officior. Cap. 29.*

**F**ides à Deo Abunde, quantū arbitror, his testimonijs (quamuis & alia documenta aggregari potuerint) demonstratum est, fidem qua iustificatur impius, nisi ex Dei munere non haberi, eamque nullis meritis præcedentibus tribui, sed ad hoc donari, vt principium possit esse meritum: vt cū ipsa data fuerit, non petita, ipsius iam petitionibus bona cetera consequantur. *Tom. 2. lib. 1. de vocat gent. Cap. 9.*

**F**ides velut præuia caritatis occupat animam, & præparat semitas venturæ dilectioni *Tom. 3. lib. Epist. 9. Epist. 74.*

**F**irmum tamen fundamentum Dei stat. habes hoc signaculum. ] Fundamentum Dei fides est, quæ continet quæ promissit Deus. *Et mox sequitur:* Signaculum promissionis Dei, fides nostra est, quæ firmat Dei verba. *Tom. 5. in cap. 2. Epist. 2. ad Timoth.*

*V. Fide sola impium non iustificari.*

**I**lluxit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos vt abnegata impietate & secularibus desiderijs, temperanter & iuste & pie vivamus in hoc seculo. ] Donum Dei illuxisse hominibus dicit per Christum, id est, veritatem vnus Dei manifestatam in Christo, vt pia professione Creatorem

rem

rem predicemus in Trinitatis unitate, quod prius la-  
ruit humanum genus, nunc autem misericordia Dei  
illuxit, ut erroris tenebras euitantes, id est ignoran-  
tiam & impietatem mundanorum fugientes, pii in-  
ueniamur in parentem omnium Deum, profitentis  
eum in veritate, quam tradit Euangelium Filij eius:

& ut huius rei mercedē habere possimus, bona ope-  
ra faciamus. Quomodo enim illi qui solum Patrem  
predicat, spes nulla est, si non profiteatur in eadem  
veritate & Filium: ita & huius spes frustrata, qui  
solum professionem fidei habet sine bonis operibus.  
Tom. 5. in cap. 2. Epist. ad Titum.

Fide sola non iustificari impium pluribus verbis confirma-  
tum est supra huius lib. 2. Confessionis Ambrosiane, Cap. 2.  
de coherentia fidei spei et caritatis, que breuitatis causa non  
putari hic repetenda. Adversarij tamen nostri, candido Le-  
ctor conantur aliquot Ambrosij sententijs asserere ad perpe-  
tuam felicitatem consequendam solam fidem sufficere, ut scis  
licet putes eos tam pestiferum dogma non à Simone Mago,  
Basilde, Aëtio, Eunomio, Ioviniano (quos ita docuisse, & pro-  
pterea à toto orbe Christiano damnatos, testes sunt a \* Ire-  
næus, b \* Hieronymus, c \* Augustinus, d \* Theodoretus, & po-  
stremo, quem falso pro se facere contendūt, Ambrosius noster) uersus Iouinis  
sed ab illustri aliquo Ecclesie scriptore accepisse. Ceterum si an-  
tegram Ambrosij disputationes, non autem unam vel alle-  
ram illius sententiam à vero sensu detortam legas, fateberis  
sat scio, magnam illi iniuriam fieri. Quanta enim rebemē-  
tia Iouinianum, & qui cum eo sentiebant, nullam uirginita-  
tis gratiam, nullum abstinentie altarumq; uirtutum meri-  
tum esse, in epistola ad Syricium Papam confutat? Agrestis,  
inquit, uulatus est, nullam uirginitatis gratiam, nullum ca-  
stitatis ordinem seruare, promiscue omnia uelle confundere,  
diuersorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem  
quandam celestium remunerationum inducere, quasi Christo  
una sit palma quam tribuit, ac non plurimi abundant titulis  
premiorem. Item, O stultum Heliseum, qui silue stribus ramis  
et amarum pascibat prophetas, Immemorem scripturarum Ef-  
dram, qui memoria scripturas reddidit, Inspicentem Paulum,

Inutilis est fra-  
des ad salutē  
consequendā  
sine bonis ope-  
ribus.

\* a lib. 1. c. 20.  
\* b lib. 2. ad  
\* c haresi 54.  
\* d haret. fa-  
bul. lib. 1.



qui gloriatur in ieiunijs, si nihil profunt ieiunia. Sed quomodo non profunt, quibus vitia purgantur? Quæ si deferat cum huius militate, cum misericordia, ut Esaias spiritu diuino locutus est, ossa tua pinguescent, & crispescit hortus ebrius. Hactenus Ambrosius. Sed quid ista commemoro? Ambrosij sententia non à sola fide iustitiam Christianam pendere vsq; adeo certum est, ut propterea Centuriarum Magdeburgensium censuram effugere non potuerit. Ceterum enim 4. cap. 20. accusant illum quod scribat lib. de Helia & ieiunio, cap. 1. Non venialis est Dominus, sed tu ipse venalis es: peccatis tuis venundatus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua: vilis pecunia, sed pretiosa misericordia. Sed age videamus que sint ille Ambrosij sententia, quibus existimant probari posse eum in una fide totam Christiani hominis iustitiam et salutem ponere. Initio auunt ita eum sermone 45. de sancto Latrone scribere: Ipsa hora qua paradysus Deum suscepit, suscepit & Latronem: vnus passus est pro salute cunctorum, & duobus pariter immortalitatis ianua referatur. Sed hanc tantam gloriam Latroni fides prestitit. Fides enim est que peccata cooperit, que vincit crimina, que facit de latronibus innocentes: quamuis enim delinquentium grandis culpa sit, fidei tamen maior est gratia. Et post pauca sequitur, quo nos maxime existimant premi: Sicut ergo sufficit isti (Iude) ad scelera deseruisse Christum: ita illi sufficit ad innocentiam Domino credidisse. Facit igitur & fides, innocentes latrones, & perfidia Apostolos criminosos. Ista Ambrosius scribere negare nec possum, nec sane volo: at inde quod aduersarij nostri comminiscuntur sequi solam & otiosam fidem Deum hominum generi conciliare, id est quod pernego. Loquitur enim de ea fide, que, ut Apostolus ait, per dilectionem operatur, præter quam nihil etiã hodie Catholici, ab homine merito passionis & mortis vnus Mediatoris nostri Iesu Christi iustificato ut hereditatem Dei possideat, requirimus. At quæris forte vnde sciam illam esse Ambrosij mentem? Inde certe quod Sermone 44. Latronis penitentiam & singularem illius in Christum affectum ac amorẽ prædicet. Mira res, inquit, plus in cruce latro Christum diligit, quàm Iudas dilexit in cæna. Ac ita Ambrosius in locis similibus, vbi fidem, quam & nos merito facimus maxi-

mi summis laudibus effert, accipiendus. Quod deinde quidam aiunt, eum describere in cap. 1. Epist. 1. ad Corinth. à Deo constitutum esse, ut qui credit in Christum saluus sit sine opere sola fide gratis accipiens remissionem peccatorum, non negò, nec est causa cur negare debeam. Tantum enim abest ut ÷js verbis, quod annis plus mille quingentis de iustitia Christiana Ecclesia credit, destruatur, ut etiam vel maxime confirmetur. Sententia enim istorum est, à Deo constitutum esse, ut homo peccatorum remissionem assequatur et iustus sit sola fide, hoc est, sola iustitia fidei, vel gratis omnino, sine ullo opere præcedente cuius merces sit ipsa iustitia. Per fidem enim, quia est humane salutis initium, fundamentum & radix omnis iustificationis, intelligit ipsissimam iustitiam Christianam quæ in Scriptura sacra varijs nominibus appellatur, iustitia nimirum ex fide, quia, ut diximus, fides fundamentum est iustitiæ, iustitia item ex Deo, iustitia Christi, & iustitia gratuita, quod Deus Pater hominem ex sola gratia et benignitate, propter meritum passionis & mortis unius Mediatoris nostri, Filij sui carissimi Iesu Christi, in fidem & amicitiam suam recipiat, eumque vere iustum & sanctum faciat. Huic opponitur iustitia operum, quæ etiam iustitia legis, iustitia item Philosophica seu Ethica dicitur, qua Pharisei, Rabini, Philosophi & Pelagiani ita sibi placent, ut non dubitent gloriari istius merito se fidei gratiam accepisse, adeoque ipsi Deo carissimos esse. Merito eam à vera iustitia Ambrosius noster separat. Separant quoque etiam nunc hodie quotquot Dei beneficio orthodoxi & sunt & haberi cupiunt. Didicerunt namque à sanctis suis maioribus Christum toti hominum generi factum esse iustitiam, sanctificationem atque redemptionem. Apostolus quoque Paulus ait arbitrari se hominem iustificari per fidem sine operibus legis, sed non eo sensu, ut præcepta ac professa fide (\* vtor B. Augustini ver- \* Tom. 4. de fide & operibus) opera iustitiæ contemnantur, sed ut sciat quisque se per fidem posse iustificari etiamsi legis opera non præcesserint. Atque ut finem faciam, eadem sinceritate boni istius viri Ambrosium tractant, qua in nascente Ecclesia quidam Epicurei B. Paulum, quem cum nosset docere in operibus legis nullum salutis præsidium collocandum, ipsi mox gloriati sunt & vsque eo multis per suaserunt, Pauli sententiam esse, opera homini nec salutem

\* *Ibidem.*

salutem, nec exitium adferre, in sola fide omnem nostram institutam, dignitatem, ac salutem positam, ut ad eam opinio nem exstirpandam sanctissimi Apostoli, Petrus, Ioannes, Iacobus & Iudas coacti sint \* Augustino teste, sex eas Epistolas scribere quas Canonicas recepto vocabulo dicimus. Atque hec quidem ad Ambrosij mentem colligendam candido Lectori & veritatis studio sufficere puto.

V I. *Hominem semel iustificatum, posse iterum peccare, & gratiam amittere.*

Homo baptizatus si peccet, Deum à se repellit.

**B**aptizatus homo si postea desertor violatorque Sacramenti fuerit, peccat, & Deum repellit à se. Si autem agat penitentiam ex toto corde, ubi Deus videt, saluabitur, sicut vidit cor Dauid, quando increpatus à Propheta grauius post comminationes terribiles Dei exclamauit dicens: \* Peccaui: & mox ut audiuit, abstulit peccatum suum. Tom. I. in exhortat. ad agendam penitentiam.

\* 2. Reg. 12.

Quid est quod asserunt (Catholicæ fidei aduersarij) baptizatos intendere non debere virtutum discipulos, nihil illis obesse comestiones, nihil voluntatum affluentiam, insipientes esse eos qui ijs carni Damnat Amant. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 82.

non obesse comestiones & cetera vitia carnis Hanc heresin ab inferis reuocauit Lutherus, de quo vide illius librum de Captiuitate Babylon. & sermonem de piscatione Petri, tum concionem secundam de festo Ascensionis.

CAPVT QVINCTVM  
De Lapsis & eorum reparatione.

I. *Quid sit peccatum.*

**Q**uid igitur dicemus? Si enim neque sine principio est quasi increata, neque à Deo facta, vnde habet naturam malitiam? Nam mala esse in hoc mundo nullus sapiens denegauit, cum sit tam frequens in hoc seculo lapsus ad mortem. Sed ex ijs quæ iam diximus, possumus colligere quia non est viua substantia, sed mentis atque animi deprauatio.

tio, à tramite virtutis deuia, que in curiosorū animis frequenter obrepit. *Tom. 4. lib. 1. Hexameron, Cap. 8.*

Quid est peccatū, nisi præuicatio legis diuinæ, *Peccatum est & cœlestium inobedientia præceptorum? Tom 4. lib. de Paradiso, Cap. 8.*

Scio enim quoniam in me nō inhabitat, hoc est, *Quomodo in carne mea bonum.]* Nō sicut quibusdam videtur, *carne habitata-* carnem malam dicit, sed quod habitat in carne, non *re dicitur pec-* esse bonum, sed esse peccatum. Quomodo inhabitat *catū, cum non* in carne peccatum, cum non sit substantia, sed præ- *sit substantia* uaricatio boni? Quoniam primi hominis corpus *sed præuari-* corruptum est per peccatum, ut possit dissolui: ipsa *catio boni, oo-* peccati corruptio per conditionem offensionis ma- *stenditur.* net in corpore, robur tenens diuinæ sententiæ datę in Adam: quod est signum legis diaboli, cuius instinctu peccauit Adam. *Tom. 5. in cap. 7. ad Romanos.*

*II. Peccatum esse voluntarium, nec vlla vi aut necessitate hominē ad illud cogi.*

**S**piritus Dei fouebat aquas. Id est, viuificabat, vt in nouas cogeret creaturas, & fotu suo animaret ad vitam. Nam etiam Spiritum sanctum legimus creatorē, dicente Iob: Spiritus diuinus qui fecit me. Siue ergo Spiritus sanctus superferebatur super aquas, tenebrę contrariarum virtutum super eas esse non poterant, vbi locum sibi tanta gratia vindicabat. Siue, vt quidam volunt, aerem accipiant, respondeant qua ratione Spiritum Dei dixerit, cum satis fuerit spiritum nuncupare. Hi ergo volunt à Domino Deo nostro quattuor primum elementa generata, cœlū, terram, mare, aerem, eo quod causę rerum, ignis & aer, terra & aqua sint, ex quibus mundi species constet & forma. Vbi igitur tenebrę nequitiarum spiritualium locum habere potuerunt, cum augustę huius decorę figurę mūdus induerit? Numquid simul malitiam Deus creauit? Sed ea ex nobis orta, non à Creatore Deo condita, morum leuitate generatur, non vllam creaturę habens prærogatiuam, nec au-

*Malitia non à Deo creata, sed ex nobis orta est.*

ctoritatem

toritatem substantiæ naturalis, sed mutabilitatis vitium, & errorem prolapsionis. Eradicari hanc Deus vult de animis singulorum. Quomodo eam ipse generaret, cum clamet Propheta: *Definite à malitijs vestris. Et præcipue sanctus David: \*Define, inquit, à malo, & fac bonum? Quomodo ergo ei initiũ à Domino damus? Sed hæc opinio feralis eorũ qui perturbandam Ecclesiam putauerũt. Hinc Marcion, hinc Valentini, hinc pestes illæ Manichæorum funesta sanctorum mentibus tentauerunt inferre contagia. Et paullo post: Non igitur ab extraneis est nobis, quàm à nobis ipsis maius periculũ. Intus est aduersarius, intus auctor erroris, intus inquam clausus in nobismetipsis. Propositum tuum speculari, habitum tuæ mentis explora, excubias obtende aduersum mœris tuæ cogitationes, & animi cupiditates. Tu ipse tibi causa es improbitatis, tu ipse dux flagitiorũ tuorum, atque inceptor criminum. Quid alienam naturam accersis ad excusationem tuorum lapsuum? Vtinam te ipse non impelleres, vtinam non præcipitares, vtinam non inuolueres, aut studijs immoderatioibus, aut indignatione, aut cupiditatibus, quæ nos innexos velut quibusdam retibus tenent. Et certe in nobis est moderari studia, cohibere iracundiam, coercere cupiditates, in nobis est etiam indulgere luxuriæ: adolere libidines, inflãmare iracundiam, vel inflammati aurem accommodare, eleuari magis superbia, effundi in sæuitiam, quàm reprimi humilitate, diligere in mæsuetudinem. Quid naturam accusas ò homo? Habet illa velut impedimenta quædam senectutem, & infirmitatem. Sed senectus ipsa in bonis moribus dulcior, in consilijs vtilior, ad constantiam subeundę mortis paratior, ad reprimendas libidines firmior. Infirmitas quoque corporis, sobrietas mentis est. Vnde ait Apostolus: \* Cũ infirmor, tunc potens sum. Itaque non in virtutibus, sed in infirmitatibus gloriabatur. Responsum quoque diuinum refulsit oraculo salutari: quia*

*virtus*

\* *Psal. 36.*

*Marcion, Valentini & Manichei Deum scelevum parentem faciunt.*

*In nobis est moderari studia, & cohibere affectus prauos.*

\* *2. Cor. 12.*

virtus in infirmitate consummatur. Illa cauenda quæ ex nostra volûtate prodeunt delicta iuuentutis, & irrationabiles passionés corporis. Quorum igitur nos sumus domini, horum principia extrinsecus nõ requiramus, nec deriuemus in alios, sed agnoscamus ea, quæ proprie nostra sunt. Quod enim possumus non facere si nolumus, huius electionem mali nobis potius debemus, quàm alijs ascribere. Ideo etiam in iudicijs istis voluntarios reos, nõ ex necessitate compulsos, culpa stringit, pœna condemnat. Tom. 4. lib. 1. Hexaameron, Cap. 8.

Non seruili ad obediendum constringimur necessitate, sed voluntate arbitra, siue ad virtutem propendemus, siue ad culpam inclinamur. Et ideonon aut liber affectus ad errorem trahit, aut voluntas reuocat rationem secuta. Tom. 4. lib. 1. de Iacob & vita beata, Cap. 1.

Verba hæc postrema B. Ambrosij de libertate humani arbitrij parum euangelica videntur Magdeburgicis Centuriatoribus, quia à a\* Luthero & b\* Philippo persuasi statuunt hominem inuitum & repugnantem tam ad peccandũ, quàm ad bene beateq; viuendum cogi. Quod nihil aliud est quàm Manicheum ab inferis reuocare, & omnẽ religionem ac meritum diuini numinis ex hominũ animis euellere. Quis est enim qui non statuatur se infontem, Deum vero Opt. Max. fontem illumi perennem omnis boni, omnium scelerum & flagitiorum auctorem esse, si intelligat sibi peccati iugum, & velit nolit, subeundum? Impium magis & in Deum contumeliosum, ne ipse Demon cogitare aut fingere vniquam poterit: Et omnino tamē id statuendum si voluntas nõstra fatali necessitati subiecta sit, fatentur non modo Catholici, sed etiam inter illos ipsos aduersarios nostros quam plurimi. Nicolaus Selneceerus, vt ex multis testibus vnum producam, \* in sua Pædagogia ita scribit: Si inenitabilis terminus vitæ fataliter statueretur, certe etiam culpa inenitabilis esset, propter quam multirapiuntur ad supplicia, atque ita Deus peccati auctor diceretur, quod & impium, blasphemũ & falsum ac execrandum est, horrendumq; dictũ & auditũ, & exercitia pietatis

Quorũ nos sumus domini, horum principia extrinsecus non requiramus.

\* a In resolut. artic. 36. Et lib. de seruo arbitrio.

\* b In cap. 8. Epist. ad Rom. iuxta editionem Argentorat. An. 23. & Wittenb. An. 24. per Ioannem Lufft Wittenbergæ excusis.

\* Parte prima in explicacione quarti præcepti.

impedit omnia, & nocet moribus. Animaduersione itaque magis quàm confutatione digni sunt, qui Ambrosium quòd libertatem humane voluntatis defendat, accusare non verentur. Constat etiam ex cap. 2. de gratia & libero arbitrio, eum non ita extollere vires humanas vt gratia Dei quidquam detrahat. Illam enim vt omnes veteres, initium, medium & finem salutis nostræ agnoscit. Vult itaque nihil aliud, dicam vno verbo, quàm nos gratia Dei excitanti, iuuantem & quotièdè prouehenti libere vel repugnare, vel cooperari posse.

III. Peccatorum alia mortalia, alia venialia esse: & venialia recitatione orationis dominicæ expiari posse.

**M**erito reprehenduntur, qui sæpius agendam pœnitentiã putant, quia luxuriantur in Christo. Nam si vere agerent pœnitentiã, iterandam postea non putarent: quia sicut baptisina, ita vna pœnitentia, quæ tamen publice agitur. Nam quotidianos debet pœnitere peccati: sed hæc delictorum leuiorũ, illa grauiorũ. Tom. 1. lib. 2. de Pœnitentiã, Cap. 10.

Peccatorum alia sunt grauiora, alia leuiora.

Venialia peccata expiãtur recitatione orationis dominicæ.

Monet ne abeamus in peccata grauiora & in leuioribus non subsistamus.

Certus sum quia homo baptizatus, si vitam non audeo dicere sine peccato, sed si vitam sine crimine duxerit, & alia peccata habuerit, quæ quotidie dimittuntur in oratione dicenti: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & alijs facit quod sibi à Deo cupit fieri, quando diem finierit, vitam non finit, sed transit de vita in vitam. Tom. 1. in exhortat. ad agendam pœnitentiã.

Et in cathedra pœnitentiæ nõ sedit. ] Quia omnes sub peccato sumus: non à re exigit quod vitæ naturam est, vt peccatum non facias: quia nec vnus diei infans sine peccato: sed vt non maneat in peccato quadam statione diuturna. Non omnes impij: ideo reuocaris ab omnibus cogitationibus & coniurationibus impiorum. Sed omnes peccatores: ideo admoneris vt desinas peccare. Fuerit adolescentioris lapsus ætatis: debet eum maturitatis emendare processus.

cessus. Ergo in grauiora non abeas: in leuioribus non  
 stes. Tom. 1. in enarratione 1 psal. Dauidici.

**IIII. Lapsos post baptismum posse per Dei gra-  
 tiam resurgere, & amissam iustitiam per sa-  
 cramentum pœnitentiæ recuperare.**

**B**aptizatus homo si postea desertor violatorque  
 sacramenti fuerit, peccat, & Deum repellit à se. Si autem agat pœnitentiam ex toto corde, ubi Deus  
 videt, saluabitur, sicut vidit cor Dauid quando incre-  
 patus à Propheta grauius post comminationes ter-  
 ribiles Dei exclamauit, dicens: \* Peccaui: & mox ut  
 audiuit, abstulit peccatum suum. Quantum valent  
 tres syllabæ. Tres enim syllabæ sunt, Peccaui, sed in  
 tribus syllabis flamma sacrificij cordis eius ad cœlũ  
 ascendit. Ergo qui egerit veraciter pœnitentiam, &  
 solutus fuerit à ligamento quo erat constrictus, & à  
 Christi corpore separatus, & bene post pœnitentiam  
 vixerit, & post reconciliationem, cum defunctus fu-  
 erit, ad Dominum vadit, ad requiem vadit, à regno  
 Dei non priuabitur, & à populo diaboli separabitur.  
 Tom. 1. in exhortat. ad agend. pœnitent.

**V. Cur Deus pijsimos etiam viros patiatur  
 in peccata grauisima saepe prolabi.**

**E**t ipse Iesus erat incipiens fere annorum trigin-  
 ta qui putabatur filius esse Ioseph. An vero san-  
 ctus Dauid, licet multa eius in mysterium figurètur,  
 non eo præcelsior, quòd hominem se esse cognouit,  
 & commissum super abrepta Vriæ vxore peccatum  
 pœnitentiæ putauit lacrymis abluendum, ostendens  
 nobis neminem virtuti propriæ debere confidere:  
 Habemus enim aduersarium magnum, qui vinci à  
 nobis sine Dei fauore non possit. Et plerumque illu-  
 stribus & beatis viris graui peccata fuisse reperies,  
 vt quasi homines tentationi patuisse cognosceas, ne  
 virtutibus egregijs plus quàm homines crederen-  
 tur. Si enim Dauid, qui præsumptione virtutis clarus

*Homini si post  
 susceptum ba-  
 ptisma pecc-  
 cet, restat pœ-  
 nitentia.  
 \* 2. Reg. 12.*

*Ad remissionem  
 peccatorum con-  
 sequendam re-  
 quiruntur vt  
 quis agat pœ-  
 nitentiam, &  
 à ligamento  
 quo erat cõstric-  
 tus ac à Chris-  
 ti corpore se-  
 paratus, solo-  
 uatur.*

*Dauid lapsus  
 est vt intelli-  
 gamus nemin-  
 em debere  
 virtuti pro-  
 priæ confidere.*

*Labuntur se-  
 pe in peccata  
 viri beati &  
 illustres, ne  
 plus quàm ho-*



*mines esse credantur.*

*\* Psal. 7.*

*\* Psal. 29.*

*\* Ibidem.*

*\* Psal. 130.*

*\* Psal. 15.*

dixerat: \* Si reddidi retribuētibus mala mihi: Et alibi: \* Ego autem dixi in mea abundantia, non mouebor in æternum: statim insolentiæ huius poenā se subiisse memorauit, dicens: \* Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus Si ipse dominici generis auctor insolentiæ excepit offensam, quanto magis nos ceteri peccatores, quibus nulla suffragatur prærogatiua meritorum, insolentiæ scopulum timere debemus, in quo naufragium sit bonorum. præsertim cum tantus vir nobis & magister auctor sit & exempli, qui quasi palinodiam quādam ad repropitiandum Dominum in posterioribus canendam putauit, dicens: \* Domine non est exaltatum cor meū, neque elati sunt oculi mei, Et, \* Dominus à dextris meis ne commouear. Sciuit enim quando se sibi credidit esse lapsū. *Tom. 5. lib. 3. Comment. in cap. 3. Lucae.*

*V I. Non esse nisi in Ecclesia Catholica remissionem peccatorum.*

*Ecclesia iuxta Christi institutōnem peccata & alligat & relaxat.*

**E**cclesia in vtroque seruat obedientiam, (Christo) vt peccatum & alliget & relaxet. Hæresis in altero immitis, in altero inobediēs, vult ligare quod non resoluat, non vult soluere quod ligauit, in quo se sua damnat sententia. Dominus enim par ius & soluendi esse voluit & ligandi, qui vtrūque pari conditione permittit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet. Sicut enim secundum dominicam sententiā, qui ligandi ius habet, & soluendi habet: ita istorum assertio seipsam strangulat, vt quia soluendi sibi ius negant, negare debeant & ligandi. Quomodo igitur potest alterū licere, alterum non licere? Si quibusdam datum vtrumque est licere, aut vtrumque non licere, certum est Ecclesiæ vtrumque licere, hæresi vtrumque non licere. Ius enim hoc solis permittitur Sacerdotibus est. Recte igitur Ecclesia vindicat, quæ veros Sacerdotes habet: hæresis vindicare non potest, quæ Sacerdotes Dei non habet. *Tom. 1. lib. 1. de Penitentiā, Cap. 2.*

*Sola Christi Ecclesia facultate ligandi et soluendi peccata iure sibi vindicare potest.*

CAPVT SEXTVM  
De discrimine legis Veteris &  
Euangelij.

I. Euangelij nomine non esse nudam promissionem vite aeternae intelligendam.

**M**iserationes tuae multae nimis Domine, secundum iudicia tua uiuifica me.] Euangelium non solum fidei doctrina, sed etiam modum est magisterium & speculum iustae conuersationis. Inuenio in Euangelio, quod Dominus Iesus multorum affectus & officia suscepit, ut doceret quomodo nos in his conuersari oporteret officijs. Suscepit personam pastorem, & ait: \* Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Ideoque pro rationabili grege seipsum passioni corporis non negauit, ut ouem lassam crucis suae humeris superponens pij operis functione recrearet. Suscepit aduocati personam: \* Ipsum enim aduocatum habemus apud Patrem. \* I. Ioan. 2. \* Pernoctabat in oratione pro nobis, ut nos suo informaret exemplo, quemadmodum veniam nostris debeat exorare peccatis. Non enim ideo pernoctaret, quasi qui aliter Patrem nobis reconciliare non posset, sed ut qualis aduocatus esse debeat demonstraret, qualis Sacerdos, ut non solum diebus sed etiam noctibus pro grege Christi debeat precator assiliter. *Tom. 4. Sermonem 20. in psal. 118.*

*Euangelium non solum fidei doctrina, sed etiam modum est magisterium.*

*\* Ioan. 10.*

*\* I. Ioan. 2.*

*\* Luce 6.*

*Christus cur pernoctauerit in oratione.*

II. Euangelium esse legem nouam.

**N**on in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.] Nunc legem veterem pulsata, quae primum data in lapideis tabulis abolita est, fractis tabulis sub monte à Moysè. Noua autem lex in animo scribitur, hoc est, in corde, non per calamum, sed per Spiritum. Quia fides enim aeterna res est, ab Spiritu scribitur, ut maneat. *Vetera autem praecepta, deficiente*

*Lex vetus in tabulis lapideis scripta abolita est, noua vero, quae animis inscribitur hominum, perpetuo durabit.*

ente mundo, cessabunt. Quomodo ergo differt lex à lege, ita differunt dispensatores illius legis à dispensatoribus legis fidei. Tom. 4. in *Epist. 2. ad Corinth. Cap. 3.*

III. *Inter litteram legis, & Euangelij gratiam quid intersit.*

**D**Eprecabor vultum tuum Domine in toto corde meo. Legimus in veteri testamento quòd deprecatus sit Moyses ut vultum Dei videret, & responsum est ei: \*Nemo videbit faciem meam & viuet. Mystice hoc primum intelligamus. Moyses legis figuram accepit. Lex per occulta mytheria nuntiauit Christum, non facie ad faciem demonstrauit, sicut Euangelium demonstrauit. In ipso enim facie ad faciem loquebatur, licet in Euangelio homo natus ex virgine apparuerit: verbum autem se per opera demonstrauerit, & fortasse hoc declaratum sit. Moysi, quòd populus Iudeorù moriturus esset, & quòd facie ad faciem Christum vidisset, & nò credidisset. Quod si ad legem referas, etiam finis legis Christus est, secundum illud Apostolicum: \*Finis enim est Christus secundum legem omni credenti. Et mortua est legis interpretatio corporalis. Tom. 4. *Sermone 8. in psalmum 118.*

\* *Exod. 33.*

*Lex per ocula  
ta mysteria nū  
tiauit Christu,  
Euangelium de  
facie ad facie  
demonstrauit.*

\* *Rom. 10.*

*Lex peccatum  
denunciare po  
tuit, donare  
non potuit.*

Factum est verbum Domini super Ioannem Zacharie filium in deserto. Factum est autem verbum, ut sanctus baptista Ioannes penitentiam prædicaret. Et ideo plerique sancto Ioanni typù legis imponunt, eo quòd lex peccatum denūtiare potuit, donare non potuit. Tom. 4. *lib. 2. Comment. in Cap. 3. Luca.*

In hoc, inquam, mystico numero (loquitur de numero quadragenario) filij Israhel peruenientes ad myrtham, cum præ amaritudine aquam haurire non possent (habebat enim fons aquam, sed dulcedinem non habebat: erat delectabilis ad visionem, sed siccus non erat ad saporem) iniecerunt in eam per Moysen ligno, dulcedinem suauiter potarunt: austeritatem

tem quam noxia vnda geſtabat, ligni abſtulit ſacramentum. Quod quidē in figura factum puto. A quam enim amaram myrrha, legem eſſe arbitror veteris teſtamenti, quæ lex prius quàm cruce temperaretur Domini, erat immittis. Iubebat enim \*oculum pro oculo, dentem pro dente dari, & velut auſteris nulum miſericordiæ refrigerium porrigebat. At vero vbi ligno Euangelicæ paſſionis eſt temperata, ſtatim amaritudinem ſuam ſua uitate commutans, dulcem ſe cunctis præſtitit ad potandum, ſicut ait Propheta: \* Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel & fauum ori meo. Dulcia enim ſunt eloquia quæ iubent: \* Si quis te percuſſerit in maxillam, præbe ei & alteram. Si quis tibi aufert tunicam, relinque illi & pallium. Hæc eſt ergo illa amaritudo quæ dulcedine cōmutata eſt, id eſt, auſteritas legis Euangelij gratia temperata eſt. Amara enim eſt legis littera ſine crucis myſterio, de qua ait Apoſtulus: \* Littera occidit. At vbi paſſionis illi ſacramenta iunguntur, omnis eius ſpiritualiter amaritudo conditur. Et de ea dicit Apoſtulus: \* Spiritus autem uiuificat. Tom. 3. Sermonē 23.

*\* Leuit. 24. Amaritudo legis veteris Euangelij gratia temperata eſt.*  
*\* Pſal. 118.*  
*\* Matth. 5.*  
*Amara eſt legis littera ſine crucis myſterio*  
*\* 2. Cor. 3.*  
*\* Ibidem.*

CAPVT SEPTIMVM  
 De Mandatorum Dei obſeruatione,  
 & bonorum Operum ad ſalutem neceſſitate.

I. Magnum eſſe inter præcepta atq; conſilia Euangelicæ diſcrimen, quod illa ſint ad ſalutem obſeruari neceſſaria, hæc vero perfectioni peculiariter deſtinata.

**D**iuerſis virtutibus merces diuerſa propoſita eſt. Nec aliud reprehēditur, vt aliud prædicatur, ſed omnia prædicantur, vt quæ meliora merces propoſunt præferantur. Honorabile itaque coniugium, ſed

*Virginitas,* honorabilior integritas, nã & qui matrimonio iungit virginẽ suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Quod igitur bonum est, non vitandũ est, & quod est melius, eligendũ est. Itaq; non imponitur, sed præponitur. Et ideo bene Apostolus dixit: \* De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Etenim præceptum in subditos fertur, consilium amicis datur. Vbi præceptum est, ibi lex est, vbi consilium, ibi gratia est. Præceptum vt ad naturam reuocet, consilium vt ad gratiam prouocet. Et ideo lex Iudæis lata est, gratia autem electioribus referuata est. Lex vt à naturæ finibus culpæ studio demeantes, ad naturæ obseruantiam pœnæ terrore reuocaret. Gratia autem vt electos tum studio bonorum, tum propositis etiã præmijs prouocaret. Et vt intelligas distantiam præcepti atque consilij, illum recorderis, cui in Euangelio ante præscribitur: \* ne homicidium faciat, ne adulterium admitat, ne falsum testimonium dicat. Præceptum enim ibi est, vbi est pœna peccati. At vero cùm se præcepta legis memorasset implese, consilium ei datur vt vendat omnia, & sequatur Dominum. Hæc enim non præcepto imperantur, sed pro consilio deferuntur. Duplex namque forma mandati est, vna præceptiua, altera voluntaria. Vnde & Dominus in alia dicit: Non occides, vbi præcepit. In alia: \* Si vis perfectus esse, vende omnia tua. Ergo hic liber est à præcepto, cuius defertur a rbitrio. Itaque qui præceptum impleuerint, possunt dicere: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Hoc virgo nõ dicit. Non dicit ille, qui bona sua vendidit, sed quasi reposita expectat præmia, sicut sanctus Apostolus ait: \* Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo nobis erit? Non enim quasi inutilis seruus, quod debuit facere, fecisse se dixit, sed quasi vtilis Domino, qui commissã sibi talẽta quæsitis multiplicauit vsuris, mercedem fidei atque virtutis, bene sibi conscius meritum quẽ securus expectat. Et ideo ei cum

\* 1. Cor. 7.

*Virginitas nõ est præcepti sed consilij.*

*Discriminẽ præcepti & consilia nõne legis.*

\* Matth. 19.

\* Luca 17.

*Paupertas voluntaria consilij est, & pro ea, quemadmodum etiã pro virginitate, reposita præmia iure exigipossunt.*

\* Matth. 19.

ceteris

ceteris dicitur: \* Vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cūm ſederit Filius hominis in ſede maiestatis ſuæ, ſedebitis & ipſi ſuper duodecim ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. At vero illi, qui talenta ſeruauerit, & ſi præmia, minora tamen præmia pollicetur, dicens: Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam. *Tom. 1. lib. de Viduis.*

II. *Iuſtitiam hominis Chriſtiani in bonorum operum, qua ex fide ſunt, exercitatione conſiſtere.*

**V**ides quia ſurgunt impij, & non ſurgunt in iudicio iuſtorum: quia peccatores etſi non reſurgunt in conſilio iuſtorum, reſurgunt tamen in iudicio. Vnde videntur qui bene crediderunt, & fidem ſuam etiam operibus exſecuti ſunt, ipſi nõ iudicari, ſed ſurgere in conſilio iuſtorum. *Tom. 4. in enarratione 1. pſalmi Dauidici. Confirmari hoc Catholicum dogma de iuſtitia Chriſtiani hominis pot eſt multis Ambroſii ſententijs, quas inuenies lib. 2. huius Confeſſionis Cap. 4. de Fide & Operibus, Artic. 5.*

CAPVT OCTAVVM

De fructu ſeu effectu Iuſtificationis, de que bonorum operum meritis.

I. *Dei gratiam eſſe principium rationemque meriti noſtri.*

**M**ire per Hieremiam idem Dominus manifeſtat, quòd Dei gratiam nemo præueniat merito ſuo, ſed propter dilectionem qua Deus diligit, etiam auerſos ad miſericordiam trahi. \* Dilectione, inquit, æterna dilexi te, propterea traxi te ad miſerationem, quia ædificabo te, & ædificaberis virgo Iſrael. Cui ſententiæ Ioannes quoque Apoſtolus congruit dicens. \* Non quaſi nos dilex-

*Nemo præuenire poteſt gratiã Dei ſuo merito, ſed ppter dilectionem, qua Deus nos diligit, etiam auerſi ad miſericordiam trahimur.*

\* Hier. 31.

\* 1. Ioan. 4.

\* 2. Tim. I.

\* Ad Tit. I.

\* Lucæ 12.

\* Ibidem.

rimus Deū, sed quoniā ipse dilexit nos. Et infra: Nos ergo diligamus, quoniā Deus prior dilexit nos. Paulus quoque Apostolus in eadem est sententia, dicens in Epistola ad Timotheū secunda: \* Collabora Evangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberavit, & vocavit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis ante tempora æterna. Ad Titum etiam scribens docet, nullo bono hominis merito Dei gratiam præueniri. \* Eramus, inquit, & nos insipientes aliquando, increduli, errantes, seruitus desiderijs & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cū autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam, saluos nos fecit, per lauerum regenerationis Spiritus sancti, quem effudit abunde in nos per Iesum Christum Salvatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æternæ. Omnis igitur illuminatarum mentium pius motus alienari quidem non potest à propria hominis voluntate: si quidem nihil recte faciet, nisi quod volens egerit: sed vt ad id quod æquū & vtile est, animi tendat intentio, de illius æternæ & incommutabilis voluntatis inspiratione concipitur. Et sicut arte medici fit in oculis caligantibus, vt possint videre quod non vident, nec tamen nõ ipsorum est visio, quam medicina contulerit: ita in cordibus tardis & hebetibus per Spiritum sanctum acies obducta tergitur, & de vero lumine tenebrose iam & deficientes lucernæ lumen accipiunt, nec tamen nisi ipsarum erit quicquid fulgoris acceperint. Vnde dicit Dominus: \* Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Et idē iubet: \* Lucernæ nostræ sint semper ardentes, vt scilicet superno igne accensus animus non tepescat, sed studeat semper ardere: ac si vigorem eius aliqua turbarit aduersitas, vnde cœpit inflammari, inde poscat igniri. Proinde quia

Cap. VIII. De bonor. Oper. meritis. 171

quia manifestissime & prophetica, & euangelica, & apostolica doctrina nec superbos nos vult esse, nec desides, cooperatores nos oportet esse gratiæ Dei, vt illam excitantem, iuuantem, locupletantem, & quot die prouehentem vigilanter & sobrie subsequamur, numquam cessantes ab actione gratiarum: quia inrer secunda vitæ istius & aduersa, quibus gemina semper tentatione pulsamur, si proficimus, inde alimur: si stamus, inde subsistimus: si recidimus, inde reparamur. Dicit enim Spiritus per prophetam Dauid: \* A Domino gressus hominis dirigentur, & vitame eius volet. Cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. Non itaque frustra præcipitur, vt boni simus, cum dicitur: Declina à malo & fac bonum. Sed nec frustra per Hieremiam dicit Dominus: \* Timorem meum dabo in cor eorum, & visitabo eos, vt bonos eos faciam. Nec superflua erat præceptio Pauli Apostoli ad Romanos dicentis: \* Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. \* Rom. 12. Cum Corinthiis dicat: \* Oramus autem ad Deum, vt nihil mali faciatis. In omnibus enim monitis Dei atque mandatis vna eademque ratio est & diuinæ gratiæ & humanæ obedientiæ. Nec ob aliud vnumquod datur præceptum, nisi vt queratur præcipientis auxilium. Voces enim docentium, & litteræ paginarum que ad eruditionem audientium vel legentium Deo seruiunt, non carèt eius virtute cui seruiunt: & quando id quod iubetur, ab obediente perficitur, tunc effectus diuini operis declaratur. Vigilant autem tentatoris insidiæ, vt vbi proficit de uotio, subrepat elatio, & vt homo de bono opere in se potius, quam in Domino glorieur. Sed sollicitudo nos Apostoli contra hoc periculum monet, dicens: \* Cum timore & tremore vestram salutem operamini. Deus est enim, qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Quanto ergo excellentius in mandatis Dei quique proficiunt, tanto maiores habent causas formidinis & tremoris, ne de ipsis probitatis auerendum, ne in-

*Scriptura diuina vult nos esse cooperatores gratiæ Dei vt nos illa excitante iuuantem, et quot die prouehentem vigilanter & sobrie sequamur.*

*\* Psal. 36.*

*\* Hier. 32.*

*\* Rom. 12.  
\* 2. Cor. 13.*

*Non ob aliud datur præceptum, nisi vt queratur præcipientis auxilium.*

*\* Ph. lip. 2.*

*Pis omnes diligenter cauedum, ne in-*

*gmen-*



*Superbia rapis-  
antur excessus.  
sus.*

\* 1. Pet. 4.

\* 2. Pet. 1.

mentis mens sibi bene conscia, & laudis auida, in superbia rapiatur excessus, & fiat immunda vanitate, dum sibi videtur clara virtute. Sed contra hoc periculum quid beatus Petrus in prima epistola prædiceret audiamus: \* Si quis, inquit, loquitur, tamquam sermones Dei, si quis ministrat, tamquam ex virtute quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in secula. Item idem in epistola secunda: \* Gratia, inquit, vobis adimpleatur in recognitione Domini nostri Iesu Christi, qui nunc omnia nobis diuina virtute sua, quæ ad vitam & pietatem pertinent, donauit per agnitionem suam, qui vocauit nos propria gloriæ virtute, per quam maxima nobis & pretiosa promissa donauit, ut per hæc efficiamini diuinæ confortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem. Si ergo omnia quæ ad vitam & pietatem pertinent, Deus nobis diuina sua virtute donauit, nihil magis fugiendum est, quam appetitus huius concupiscentiæ, quæ virtutem negat diuini operis, amore propriæ dignitatis. Et cum aliæ cupiditates ea tantum bona, quibus aduersantur, imminuant, hæc dum omnia ad se trahit, simul vniuersa corrumpit. Cum itaque totius superbiæ generale nomen odiosum sit, siue illa de honore suo, seu de nobilitate, vel de immodicis opibus intumescat, hæc pars ipsius omnibus tentationibus nocentior inuenitur, quæ videtur ijs, quas perditas cupit, amica esse virtutibus. Sed quia sublimiora quæque grauius corruunt, gaudet princeps superbiæ eos, quos potuerit sua impulsione prosternere, ad celsiora creuisse. Huic autem malo firmissimum bonum humilitatis occurrit. Quam ideo diximus veram, quia omnium virtutum inexpugnabilis fortitudo, & quedam suorum est vita membrorum. Discernimus enim illam ab ijs officijs, quæ potest etiam cum mundi sapientibus habere communia, & in eo proprietatem ipsius definimus, quod per omnia Deo subditur. Nec potest

*Nihil de suis  
meritis perdes*

potest quicquam de meritis suis perdere, quorum re potest, quò  
causas atque prouectus non in se, sed in suo aucto- eorum causas  
re constituit. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 84. nò in se sed in  
suo auctore cò  
stituit.

Abunde, quantum arbitror, his testimonijs de-  
monstratum est, fidem qua iustificatur impius, nisi  
ex Dei munere non haberi, eamque nullis meritis  
præcedentibus tribui, sed ad hoc donari, vt principi-  
um esse possit meritorum. Tom. 2. lib. 1. de uocatione gen-  
tium, Cap. 9.

Vnde præceptum est: \* Si uoueris votum, non fa- \* Eccles. 5.

cias moram reddere illud. Melius est enim non vo-  
uere votum, quàm uouere & non reddere. Cum enim  
moram facis, non reddis votum. Est autem postula-  
tio bonorum à Deo cum soluendi muneris promissio-  
ne. Et ideo cum impetraueris quod petisti, ingra-  
ti est tardare promissum. Sed interdum aut negligentibus  
irreperit obliuio impetratorum, aut tumidis & elatis:  
arrogare euentus sibi, hebetis cordis est, & bonum  
quod agit, vel quod à Deo consequitur proprijs  
virtutibus vindicare, nec auctoris deputare gratiæ,  
sed ipse se suorum bonorum auctorem ducere. Terri-  
um genus est peccati quidem minoris, sed supparis  
atrogantiæ, eorum scilicet, qui datorem bonorum  
non negant, sed quæ acciderint, ea sibi propter prudentiam  
suam ceterarumque merita virtutum iure delata arbitrantur.  
Propterea etiam diuina dignos habitos gratia, quòd nequaquam  
videretur indigni quibus talia diuinis beneficijs prouenirent. Tom. 4.  
lib. 1. de Cain & Abel, Cap. 7.

Grane peccati est se suorum bonorum auctorem ducere.

II. Iustum pro operibus bonis, quæ per Dei gratiam & Iesu Christi meritum ab eo sunt, vere mereri, & legitime sperare vitam æternam.

Merceres magna pietatis est: & quæstus sobrietatis, habere quod vsui est satis. Quid enim in hoc mundo profunt diuitiarum superflua, cum in ijs & nul-

& nulla adiumenta nascendi sint, nec impedimenta moriendi? Nam & sine integumento in hoc mundo nascimur, & sine viatico discedimus, sine hereditate sepelimur. Pendet per singulos nostrorū statera meritum, atque exiguis vel boni operis, vel degeneris flagitij momenti huc atque illuc sepe inclinatur: si mala vergant, heu me: si bona, præsto est venia. Nemo enim à peccato immunis, sed ubi propendūt bona, eleuantur peccata, obumbrantur, reguntur. Ergo die iudicij aut nostra opitulabūtur nobis opera, aut ipsa nos in profundum tamquam depressos lapide mergent. *Tom. 3. lib. Epist. 7. Epist. 44.*

*In die iudicij  
aut nobis no-  
stra opitula-  
buntur opera,  
aut nos in pro-  
fundū mergēt*

Superbi inique agebant nimis, à lege autem tua non declinaui. ] Multi non solum alieni à fide, sed etiam qui videntur non mediocria scripturarū præcepta gustasse, tentari solent prosperis superbiorum procellibus, videntes eos, qui præuaticantur legem, impietatis arbitros, arrogantes, contemptores fidelium, extollentes se aduersus eos, qui humiliant cor suum secundum timorem Dei, & præcepta cœlestia, abundare in hoc seculo diuitijs, præconijs, honoribus, potestatibus, eisque quo grauiora cōmiserint, eo affluentioribus successibus commodorum secularium secūdate: contra autem iustos viros plerumque laborare inopia, amissionibus filiorum, sterilitatibus coniugum: quo exagitati atque turbati, sensum mentis inclinant, ut putēt Dei in hoc quoddam errare iudicium, non tenentes caput veritatis: quo

*Nō in hoc se-  
culo sed in fu-  
turo reposita  
est meritōrū  
remuneratio.*

evidentissime comprehenditur, non in hoc seculo, sed in futuro repositam nostrorū remunerationem meritum. Sed paucorum est istud aduertere. *Tom. 4. Sermon 7. in psal. 118.*

Inclinaui cor meum ad faciendas iustitias tuas in æternum propter retributionem. ] Qui retributionem bonorum operū sperat à Christo, & ad eum festinat, inclinat cor suum ut faciat Christi iustitias. *Tom. 4. Sermon 14. in psal. 118.*

Iustitia tua iustitia in æternum, & lex tua veri-  
tas.

tas.] Possunt quidem singuli facere opera iustitię, sed non in æternum manentia. Diues ille, cui abundauit diuitiæ in hoc seculo, fortasse fecerat aliqua opera iustitię, quorum remuneracionem in præsentia vita acceperit, quæ ad vitam æternam non pertinerint, quòd non magna fuerint opera illa, nec remuneracione digna perpetua. *Tom. 4. Serm. 18. in psal. 118.*

In illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur. ] Quid sibi vult, quod ait: Duo in lecto vno, & duæ molentes, & duo in agro, vnus assumetur & alter relinquetur? Numquid iniquus Deus, vt pares studijs & societate viuendi, atque indiscreta actuum qualitate, meritorum remuneracione discernat? Non ita est, sed pro actibus hominis, remuneracionis est æqualitas. Non ergo merita hominum copulæ vsus exæquat. *Tom. 5. lib. 8. Comment. in cap. 17. Lucæ.*

III. Iustificatum minime peccare, dum intuitu æternæ mercedis operatur.

Nam qui gloriam requirunt, his ea merces præsentium, vmbra futurorum est, quæ impediatur in abscondito vitam æternam, quod in Euangelio scriptum est: *ieiunandū, & liberalitas in his scilicet, qui velut tuba canendo vulgare liberalitatem suam, quam faciunt circa pauperes, gestiunt. cenda est, vt* \* Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, de liberalitas in pauperes exercenda est, vt \* Similiter & de ieiunio quod ostentationis causa faciant, Habent, inquit, mercedem suam. Honestatis igitur est vel misericordiam facere, vel ieiunium deferre in abscondito, vt mercedem videaris à solo Deo quarere, non etiam ab hominibus. Nam qui ab hominibus quarit, habet mercedem suam, qui autem à Deo, habet vitam æternam, quam præstare non potest nisi auctor æternitatis, sicut illud est: \* Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. *Tom. 5. Lucæ 23. 1. lib. 2. Officior. Cap. 1.*

Homines ad aliquod studiū aut præmijs aut fructibus incitantur. Omne autem studium torpescit dilati-

*Spe præmiorū  
ad bene bea-  
teq; viuendū  
incitamur.*

dilatione. Et ideo Dominus vt præsentium fructū cumularetur deuotio discipulorum, dixit quoniam qui dimisisset omnia sua & Deum secutus esset, septies tantum reciperet & hic & in futurum. Prius hic promisit, vt fastidia dilationis auferret: addidit & in futurum, vt hic disceres credere, in futurū quoque soluenda tibi præmia. Remuneratio igitur præsentium, testimoniū futurorum est. *Tom. 1. lib. 1. de Penit. Cap. 16.*

Retribue seruo tuo. ] Quomodo supra ipse Dauid ait: Non secundum peccata nostra reddas nobis, nec secundum iniquitates nostras retribuas nobis, & poscit retributionem? Illa videtur vox peccatoris esse, hæc bene sibi conscij, qui præmia boni operis exposcat. Vnde possumus etiam hoc intelligere, quod de eius persona psalmus iste formetur, qui natus ex virgine pro totius mundi redemptione ad dexteram Patris sedere præsumat, sicut ipse ait: \* A modo videbitis Filium hominis sedentem ad dexteram virtutis. Non est tamen alienum, nec arrogans, si etiam Dauid remunerationē à Domino Deo suo pro egregijs laboribus postulet. Prærogatiua est fidei atque iustitiæ, de Domini fauore mercedem vsurpare. Denique reprehenditur Petrus, quia super fluctus ambulans humano magis dubitauit affectu, quam Apostolica auctoritate præsumsit. In Euāgelio quoque docemur habere fidem, & non hæsitare de ijs que supra hominem sunt gerendis. Merito ergo Dauid in superioribus quasi adhuc imperfectus, secundum peccata sibi reddi refugit atque declinat: in hoc autem psalmo, qui est posterior, quasi fundatus virtutis processu, retribui sibi secundum fidei operisque certamina deprecatur. Siquidem etiam Paulus, qui ante dixerat: \* Non sum dignus vocari Apostolus, Postea ait: \* Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius. Et Apostolus pollicetur sibi, hic autem

\* *Matth. 26.*

*Dauid remus-  
nerationem à  
Domino Deo  
pro laboribus  
postulat.*

*Idē facit Apo-  
stolus Paulus*

\* *1. Cor. 15.*

\* *2. Tim. 2.*

tem verecundius adhuc precatur, quod utique non insolentis arrogantia, sed innocentis est conscientie, ab ipso, cui serueris, petere mercedem, quam desperare, segnitiei materia, sperare autem incertium laboris est. Pere igitur confidenter, si merita suffragantur, ut talia petendo studiose elaboras, quo ea petitione sis dignior. Quis athleta, si desperet coronam, descendat in stadium? aut si eam postulet victor, offendat. Probatio spem facit, spes confidentiam. Iusti ergo talis oratio est, delectatur Dominus tali precatione, ut pro puritate conscientia vtrius auctoritate. *Tom. 4. Sermone 3 in psal. 118.*

Memento, inquit, Domine verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. ] David sperare non desinit & propheticae fidei auctoritate conuenit Dominum, ut meminerit promissorum suorum, quorum in memor esse non soleat. Sanctis enim quodcumque spondent, implere consuevit, nostrarum immemor iniquitatum, suarum non immemor sponsonum. Denique scriptum est: \*Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero: tu autem memor cito, & iudicemur. Vult obliuisci quaecumque minitatus fuerit peccatoribus, si vias aliquando conuertant: vult etiam conueniri, ut si quis proposita securus virtutibus premia bene certauerit, fructum remunerationis expectet, quin etiam exigat, sicut habes scriptum: \*Certamen bonum certavi, cursum consummaui, reposita est mihi corona iustitiae. Non est enim atrogans vsurpatio, sed fidelis, quia verum Deum non posse fallere confitetur. Ideoque admonet & David, dicens: Ut meminerit Dominus verbi sui, quo nos ad sperandum prouocat, ut terrenis renunciemus, inhaereamus caelestibus. *Tom. 4. Sermon. 7. in psal. 118.*

\* Esa. 43.

*Ex promissione  
ne Christi opera  
nostra mercede  
caelestia  
digna habentur.*

\* 2. Tim. 4.

Quae est dextra nisi actiuosa anime virtus? Quae si Domini voluntate dirigatur, nihil aliud desiderat, nil querit, nullas mundi huius opes, nulla adiuuenta deposcit. Ideo dicit sanctus David: Quid enim

M mihi

*Christus est* mihi restat in cælo, & à te quid volui super terram ?  
*merces vniuer-* Id est, tu portio mea es, abundas mihi ad omnia, ni-  
*forum.* hil quesivi aliud, nisi vt te partem haberem, nulli me  
 cælesti, vt gentiles, subdidi creaturæ, nullas seculi  
 huius diuitias & voluptatum illecebras concupiui.  
 Nullius egeo qui à te assumtus sum, nec superest in  
 cælestibus quod amplius quærâ, nihil habens omnia  
 habeo, quia Christû habeo, cui Pater altissimus non  
 pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quo-  
 modo ergo non cum illo omnia nobis donauit? sicut  
 Apostolus dixit: \* Omnia enim in Christo, per  
 quem omnia, & in quo stant omnia. Omnia ergo in  
 illo habens, aliam non quæro mercedem, quia ipse  
 est merces vniuersorum. *Tom. 4. lib. 3. de interpellatione*  
*Dauid, Cap. 12.*

\* Rom. 8.

*Præscientia*  
*Dei non tollit*  
*ur studia orã-*  
*di, nec liberũ*  
*arbitrium.*

*Qui bona gef-*  
*serunt secun-*  
*dũ merita sua*  
*coronabuntur*

Quamuis ergo quod statuit Deus, nulla possit ra-  
 tionem non fieri, studia tamen non tolluntur orandi,  
 nec per electionis propositum liberi arbitrij deuotio  
 relaxatur. Cùm implendæ voluntatis Dei ita sit  
 præordinatus effectus, vt per laborem operum, per  
 instantiam supplicationum, per exercitia virtutum,  
 fiant incrementa meritorum: & qui bona gesserint,  
 non solum secundum propositum Dei, sed etiam secun-  
 dum sua merita coronentur. *Tom. 2. in fine lib. 2. de*  
*vocatione gentium.*

IIII. *Vt in hac vita diuersa sunt hominum me-*  
*rita, ita post hanc vitam præmia quoque non*  
*equalia omnibus tribui, sed propriam*  
*meritorum cuiusque ratio-*  
*nem haberi.*

\* Psal. 33.

I Deo (Psalmographus) dicebat: \* Notum fac mihi  
 Domine finem meum, & numerum dierum meo-  
 rum, qui est, vt sciam quid desit mihi. Finẽ illum que-  
 rit promissorum cælestium, vel illum quando vnũ-  
 quisque surget suo in ordine, primitiæ Christus, de-  
 inde hi qui sunt Christi, qui in aduentũ eius credi-  
 derunt,

derunt, deinde finis. Tradito enim regno Deo & Patri, & euacuatis omnibus potestatibus, \* vt Apostolus dixit, perfectio incipit. Hic ergo impedimētum, hic infirmitas etiam perfectorum, illic plena perfectio. Ideo & dies illos requirit vitæ æternæ qui sunt, non qui prætereunt, vt cognoscat, quid sibi desit, quæ terra sit repromissionis, perpetuos fructus ferens, quæ prima apud Patrem mansio, quæ secunda, quæ tertia, in quibus pro ratione meritorum vnusquisque requiescit. *Tom. 1. lib. 1. Officiorum, Cap. 48.*

\* Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo, inquit, omnes viuificabuntur. Vnusquisque autem in ordine suo, primitiæ Christus, deinde qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt, deinde finis. Erit igitur ordo diuersus claritatis & gloriæ, sicut erit ordo meritorum. Processus quoque ordinum, processum exprimit claritatis. *Tom. 4. libro de bono mortis, Cap. 11.*

Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.] Denique sicut incrementa virtutum, ita etiam sunt incrementa præmiorum. Plus est enim Dei esse filium, quam possidere terram, & consolationem mereri. Sed quia & primum præmium regnum cælorum est, & vltimum præmium regnum cælorum est, numquid æquale præmium incipientibus atque perfectis est? Ne forte mystice docemur, quia est primum regnum cælorum illud Apostolicum: \* dissolui & esse cum Christo? Habes primum regnum, quando sancti rapiuntur in nubibus obuiam Christo in aera. Multi enim dormientium surgēt, isti in vitam æternam, illi in opprobrium. Primum ergo regnum cælorum sanctis propositum est in absolute corpore, secundum regnum cælorum est post resurrectionem esse cū Christo. Cū fueris in regno cælorum, tunc processus est mansionum: & si vnum regnum, diuersa tamen merita sunt in regno cælorum. Post resurrectionem terram tuam incipies possidere absolute à morte. Ille enim, cui dicitur: \* Terra es, & in terram ibis, non possidet terram suam: non enim

\* 1. Cor. 15.

Matth. 20.

In celo diuer-

sa sunt mansio-

nes, in quibus

pro ratioe me-

ritorum vnus-

quisque requie-

scit.

\* 1. Cor. 15.

\* Philip. 1.

1. Theß. 4.

Daniel. 12.

Vnum est re-

gnum cælorum,

sed diuersa in

eo sunt præ-

mia.

\* Gen. 3.



potest esse possessor, qui non capit fructum. Absolutus igitur per dominicam crucem, si tamen intra iugum Domini fueris inuētus, consolationem in ipsa possessione reperies, consolationem sequitur delectatio, delectationem diuina miseratio. Quem autem miseratur Dominus, & vocat: qui vocatur, videtur vocantem: qui Deum viderit, in ius diuinæ generationis assumitur: tunc demum quasi Dei filius cœlestis regni diuitijs delectatur. Ille igitur incipit, hic repletur. Nam & intrahoc seculum multi in imperio Romano sunt, sed maiorem imperij gratiā, qui propiores Imperatori sunt, consequuntur. Tom. 5. lib. 5. Comment. in 6. cap. Luca.

*In Romano Imperio nō est eadem omnium cōditio qui Imperatori ad- sunt.*

In se autem reuersus dixit: **Quantis panibus mercenarij patris mei abundant?** ] Mercenarij qui sunt, nisi qui ad mercedē seruiunt? qui sunt ex Israel, non id quod bonum est, prohibitis studio persequentes, nec virtutis gratia, sed vtilitatis studio prouocati? At vero filius, qui habet sancti Spiritus pignus in corde, secularis mercedis lucella non querit, qui ius seruat heredis. Sunt etiam mercenarij qui conducuntur ad vineam. Ponus mercenarius Petrus, Ioannes,

*Mercenarij sunt Apostoli. \* Matth. 4. \* Ioan. 6.*

& Iacobus, quibus dicitur: \* Venite, faciam vos piscatores hominum. Isti non siliquis, sed panibus abundabant. \* Denique & collegerunt fragmentorum cophinos duodecim. O Domine Iesu, si nobis auferas siliquas, & panes tribuas. Tu enim dispensator in domo es Patris. O si nos quoque mercenarios digneris conducere, licet sero venientes. Nam & vndecima conducis hora, & æqualem dignaris mercedem soluere, æqualem mercedem vitę, non glorię. Tom. 5. lib. 7. Comment. in cap. 15. Luca.

*Paterfamilias euāgelicus aequalē mercedem tribuit omnibus mercenarijs suis rite, non glorię.*

*Quemadmodū sol ceteraq; astrā vnus quidē sunt na-*

Alia claritas solis, alia claritas lunę, & alia claritas stellarum. Stella enim ab stella differt in claritate. ] Vnius naturę comparatione vtitur ad indifferentię substantię reddendam rationem, quia sicut sol & luna & stellę, cū sint vnus quidem naturę, diuersę tamen claritatis sunt: ita & homines cū sint vnus quidem

quidem generis, merito tamen dissimiles erūt in gloria, *dinense*  
 na: vt claritati solis illorum dignitas exæquetur, qui *tamen claritas*  
 centesimum numerum habēt, qui vt perfecti essent, *is, ut & ho-*  
 primi gradus æmuli fuerunt, de quibus dictum est: *mnes cū sint*  
 \* Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris sui. *vnus generis,*  
 Lunari autem claritati hi comparādi sunt, qui sexa- *merito tamen*  
 gesimum numerum bonis operibus mercati sunt, vt *dissimiles erūt*  
 secundi gradus meritum haberent. Stellis autem cla- *\* Matth. 13.*  
 rioribus eorum merita comparanda sunt, qui secundum  
 triagesimum numerū tertij gradus dignitatem  
 iustis laboribus quesierunt. Sequentibus vero stellis,  
 quæ inter claras & obscuriores mediæ sunt, peccato-  
 res homines coaptādi sunt, qui de tribus nullius gra-  
 dus adipisci honorem voluerunt. *Tom. 5. in cap. 15. 1.*  
*Epist. ad Corinthios.*

V. Merita vnus alteri prodesse.

EXsurgentes autem viri, conspexerunt in faciem  
 Sodoma & Gomorra. ] Vnde discimus, quan- *Patria murus*  
 tus murus sit patriæ vir iustus, quem admodum non *vir iustus.*  
 debeamus inuidere sanctis, nec temere derogare. Il-  
 lorum enim fides nos seruat, illorum iustitia ab exci-  
 dio defendit. Sodoma quoque, si habuisset viros de-  
 cem iustos, potuit non perire. *Tom. 4. lib. 1. de patriar-*  
*cha Abraham, Cap. 6.*

In nullo tantam fidem inueni in Israel. ] Videte  
 œconomiam Domini, probatur fides domini, & ser-  
 uifanitas roboratur. Potest ergo meritum domini *Meritū domi-*  
 etiam famulis suffragari: non solum fidei me- *ni famulis sus-*  
 rito, sed etiam studio disciplinæ. *fragari potest*  
*Tom. 5. lib. 5. Comment. in*  
*cap. 7. Luca.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

# CONFESSIONIS

## AMBROSIANÆ

### LIBER TERTIVS,

#### CAPITA VNDECIM

COMPREHENDENS.

### CAPVT PRIMVM

#### De Sacramentis generatim.

- I. *Sacramenta non esse tantum externas notas Christianæ professionis, sed signa visibilia inuisibilis gratiæ, quæ per eadem sacramenta confertur.*

*Qui à Sacramentis cælestibus abstinent sub pretextu pœnitentiæ, se ipsos fraudat cælesti gratiâ.*



*In sacramento baptismatis aliud est quod visibiliter agitur, aliud quod inuisibiliter confertur.*

VNT etiam qui arbitrentur hoc esse pœnitentiã, si abstineant à sacramentis cælestibus. Hi scilicet in se iudices sunt, qui pœnam præscribunt sibi, declinant remedium, quos vel pœnam suam conueniebat dolere, quia cælesti fraudarentur gratiâ. *Tom. 1. lib. 2. de Pœnitent. Cap. 9.*

Vnde vigilanter nobis considerandum est, in ipso regenerationis munere quid geratur. Quãuis enim ad vnum omnes concurrant eiusdem mysterij portiones, aliud tamen est, quod visibiliter agitur, aliud quod inuisibiliter celebratur. Nec idem est in sacramento forma quod virtus, cùm forma cum humani ministerij adhibeatur obsequio, virtus autem per diuini operis præstetur effectum. Ad cuius vtrique potentiam referendum est, quòd dum homo exterior abluitur, mutatur interior, & fit noua creatura de veteri, vase iræ in vasã misericordiæ transferuntur, & in corpore Christi conuertitur caro peccati. *Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 84.*

Deinde

Deinde accessisti propius, vidisti fontem, vidisti & Sacerdotem supra fontem. Nec hoc possum dubitare, quod in animum vestrum non potuerit cadere, quod cecidit in illum Syrum Naaman: quia et si mundatus est, tamen ante dubitavit. Quare dicam, accipe. Ingressus es, vidisti aquam, vidisti Sacerdotem, vidisti Leuitam. Ne forte aliquis dixerit, hoc est totum: imo est totum, vere totum, ubi tota innocentia, tota pietas, tota gratia, tota sanctificatio. Vidisti quæ videre potuisti oculis corporis & humanis conspectibus, non vidisti illa quæ operantur & non videntur. Illa multo maiora sunt quæ non videntur, quam quæ videntur: quoniam quæ videntur, temporalia sunt, quæ non videntur, æterna. Tom. 4. lib. 1. de Sacrament. Cap. 3.

*Alia est forma sacramentorum exteriorum, alia virtus & gratia quæ conferuntur per ea.*

II. Sacramenta noua legis à Christo Domino esse instituta, & excellentiora esse Sacramentis veteris legis.

Ergo auctor sacramentorum quis est, nisi Dominus Iesus? De cælo ista sacramenta venerunt. Tom. 4. lib. 4. de Sacramentis, Cap. 4.

Miramur mysteria Iudæorum quæ patribus nostris data sunt, primum vetustatem sacramentorum, deinde sanctitatem præstantium. Illud prætermitto, quod diuiniora & priora sunt sacramenta Christianorum, quam Iudæorum. Quid præcipuū, quam quod per mare trāsijt Iudæorum populus? Vt de baptismo interim loquamur. At tamen qui transierunt Iudæi, mortui sunt omnes in deserto. Ceterum qui per hunc fontem transit, transit à terrenis ad cælestia, hoc est enim pascha, id est, transitus eius, transitus à peccato ad vitam, à culpa ad gratiam, ab inquinamento ad sanctificationem. Qui per hunc fontem transit, non moritur, sed resurgit. Tom. 4. lib. 1. de Sacramentis, Cap. 4.

*Dominus Iesus auctor est sacramentorum. Diuiniora & antiquiora sunt sacramenta Christianorum quam Iudæorum. Collatio baptismatis & transitus Iudæorum per mare rubrum.*

III. In administratione sacramentorum non  
merita personarum, sed officia  
consideranda.

*Minister Eccle-  
sia qui bapti-  
zat non mun-  
dat hominem  
à peccatis sed  
Dei virtus quæ  
per sacramen-  
ta operatur.*

**N**on mundauit Damasus, non mundauit Petrus, non mundauit Ambrosius, non mundauit Gregorius. Nostra enim seruitura, sed tua sunt sacramenta. Neque enim humanæ opis est diuina conferre, sed tuum Domine munus & Patris est, qui locutus es per prophetas dicens: \* Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij & filię eorum. *Tom. 2 in prologo lib. 1 de Spiritu sancto.*

*\* 1oel. 2.  
\* Matih 3.*

Est ne adnuc quod dubitare debeas, cum euidenter tibi clamet in Euangelio Pater, qui ait: \* Hic est Filius meus in quo complacui? Clamet Filius, super quem sicut columba se demonstrauit Spiritus sanctus. Clamet & Spiritus sanctus, qui sicut columba descendit. Clamet Dauid: \* Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas. Cum tibi Scriptura teste tur, quod ad Hieroboam preces ignis descenderit de cælo. Et rursus precante Helia ignis est missus qui sacrificium confecerat.

*\* Psal. 28.*

*Iud. 13.*

*3. Reg. 3.*

*In administra-  
tione sacramen-  
torum non me-  
rita persona-  
rum conside-  
randa sunt, sed  
officia.*

Non merita personarum consideres, sed officia Sacerdotum. Et si merita spectas, sicut Heliam consideres, Petri quoque merita spectato vel Paulli, qui acceptum à Domino Iesu hoc nobis mysterium tradiderunt. *Tom. 4. lib. de ijs, qui mysterijs initiantur, Cap. 5.*

## CAPVT SECVNDVM

### De Sacramento Baptismi.

#### I. Baptisum vere & proprie sacramen- tum esse nouæ legis.

*\* 2. Mach. 2.*

**D**enique quod consumtum est sacrificiū Moyse tempore, sacrificium pro peccato erat. Unde Moyses ait, \* sicut in Machabæorum scriptum est libro, eo quod non sit manducatum quod erat

erat pro peccato, consumtum est. Nonne tibi consu- *In baptis-  
mi videtur quando in baptismatis sacramento inter-  
tis sacramen-  
to totus homo  
exterior into-*  
it homo totus exterior? *Tom. 1. lib. 3. Offic. Cap. 14.*

Sicut autem plurima baptismatū genera pramis-  
sa sunt, quia secuturum erat verum illud vnum in rit.  
Spiritu & aqua sacramentum baptismatis, quo to-  
tus redimitur homo. *Tom. 3. lib. Epist. 9. Epist. 77.*

Sed nec mirum si in baptismi sacramento aperia-  
tur infernum, cum tunc quoque referretur & cælum. *Sacramēto ba-  
ptismatis ape-  
riunt inferna  
& referuntur  
cælum.*  
*Tom. 3. Serm. 31.*

In euangelio Dominus redempturus hominū ge-  
nus passione sui corporis, & emundaturus sanguine  
suo, sacramentoque baptismatis, ait: \* Pater venit  
hora, clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet  
te. *Tom. 4. lib. de arca & Noe, Cap. 5.*

*II. Per Baptismum tolli totum id, quod veram  
& propriam peccati rationem habet,  
non autem radi tantum, vel  
non imputari.*

**I**N alio quoque libro suo de Sacramento regenerationis, vel  
de Philosophia quæ scripsit, ita loquitur beatus Ambrosius:  
Beata igitur mors, quæ nos peccato eripit, vt refor-  
met Deo. Qui enim mortuus est, iustificatus est à  
peccato. Numquid naturæ sine, inquit, iustificatur à  
peccato aliquis? Non vtique. quoniam qui peccator *Instrumētum  
iustificationis  
est baptis-  
ma.*  
moritur, in peccato manet. Ille autem iustificatur à  
peccato, cui per baptismum peccata remittuntur  
omnia. Habes ad ista quid dicas? Vidēsne quemadmodum  
expresserit vir venerabilis, in baptismo fieri hominis mortem  
beatam, vbi remittuntur peccata omnia *Paullo post: Ve-  
rum si hoc parum est, rursus quid dicat attende in expositio-  
ne Esaiæ propheta: Videamus, inquit, ne qua sit post  
huius vitæ curriculum nostra regeneratio, de qua dic-  
tum est, \* In regeneratione, cum sederit Filius homi-  
nis in throno gloriæ suæ. Sicut enim regeneratio  
lauacri dicitur, per quam deterfa colluione pecca-  
duplex.*

torum, in regeneratione cum sederit Filius hominis renouamur, ita regeneratio dici videtur, per quam ab omni corporea cōcretionis purificati labe, mundo animæ sensu in vitam regeneramur æternam. *Auguſtinus. Tom. 7. lib. 2. contra Iulianum Pelagianum.*

Arbitror quòd nec ignem istum possumus ignorare, cum legerimus, quia baptizat Dominus Iesus in Spiritu sancto & igni, sicut in Euangelio dixit Ioannes. Merito cōsumebatur sacrificium, quoniam pro peccato erat. Ille autem ignis typus Spiritus sancti fuit, qui descensurus erat post Domini ascensionem, & remissurus peccata omnium, qui quasi ignis inflamat animum ac mentem fidelem. Vnde ait Hieremias accepto Spiritu: \* Et factum est in corde meo vt ignis ardens, flammigerans in ossibus meis, & dissolutus sum vndique, & ferre non possum. Quid ergo

\* Hier. 20.

In baptismo  
peccatū exuritur, & eluitur.

\* 1. Cor. 3.

Ignis sacer qui  
in veteri lege  
sacrificiū absumebat typus  
fuit baptismatis,  
quo peccata  
absuntur

\* Hier. 2.

\* 3. Reg. 18.

sibi vult, quòd ignis aqua factus est, & aqua ignem excitauit, nisi quia spiritalis gratia per ignem exurit, per aquam mundat peccata nostra? Eluitur enim peccatum & exuritur. Vnde & Apostolus ait: \* Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Et infra: Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quod ideo posuimus, vt probaremus per ignem exuri peccata. Notum est ergo hunc esse vere ignem sacrum, qui tunc in typo futuræ remissionis peccatorum descendit super sacrificium. Hic igitur ignis absconditur captiuitatis tempore quo culpa regnat, tempore autem libertatis promittitur. Et licet in aqua speciem mutatus, tamen seruat ignis naturam, vt consumeret sacrificium. Nec mireris, cum legeris, quia Pater Deus dixit: \* Ego sum ignis consumens. Et alibi: Me dereliquerunt fontem aque viuæ. Ipse quoque Dominus Iesus quasi ignis inflamat audientium corda, quasi fons refrigerat. Nam ipse in Euangelio suo dicit, quòd ideo venerit, vt ignem in terras mitteret, & potum sitientibus aquæ viuæ ministraret. \* Helias quoque tempore descendit ignis, quando prouocauit prophe-

prophetas gentium, ut altare sine igne accenderent. Et cum illi nequissent facere, hostiam suam tertio ipse perfudit aqua, & manabat aqua in circuitu altaris, & exclamavit, & cecidit ignis à Domino de caelis, & consumpsit holocaustum. Hostia illa tu es. Considera te videtur exurere, cum tua peccata consumit. Denique quod consumtum est sacrificium Moyse tempore, sacrificium pro peccato erat. Unde Moyses ait, sicut in Machabæorum scriptum est libro, eo quod non sit manducatum quod erat pro peccato, consumtum est. Nonne tibi consumi videtur, quando in baptismatis sacramento interit homo totus exterior?

\* Vetus homo noster exterior crucifixus est cruce, Apostolus clamat. Illic sicut patrum exempla te docent, Aegyptius demergitur, Hebræus resurgit sancto renouatus Spiritu, qui etiam per mare rubrum inoffenso transiit vestigio, ubi baptizati sunt patres sub nube & in mari. In diluui quoque Noe tempore mortua est omnis caro, iustus tamen cum sua progenie seruatus est. An non consumitur homo, cum absorbetur mortale istud à vita? Denique exterior corrumpitur, sed interior renouatur. *Tom. 1. lib. 3. Officior. Cap. 14.*

Quæ sit ista meretrix, quæ ista Samaritana mulier, cuius adulterij sordes fons Christi deterferit, sollicitius requiramus. Ego hanc mulierem Ecclesiam esse puto de gentibus congregatam, quæ & transactis annis quinque millibus, cum in sexto millesimo anno idolorum fornicationibus subiaceret, omnem ignominiam suam adueniente Christi fonte purgavit, & maculas, quas ab adulterinis sacrilegijs contraxerat, fide Saluatoris absterfit, ac relinquens sicut inanem hydriam priorem patrium cursum vniuerso orbi Domini annunciauit aduentum. Hæc, inquam, illa est meretrix, quæ posteaquam lota est, nihil dicit se fecisse prauum. Posteaquam enim Ecclesia baptismi nitore purgata est, diabolicæ impietatis

non

*Spiritus sanctus in baptismo consumit quem admodum ignis consumit sacrificium Heliæ.*

\* Rom. 6.

*Exterior homo corrumpitur interior renouatur dum baptizatur.*

*Ecclesia gentilium sanguine Christi in baptismo lota non recordatur priorem scelerrum, sed in integritate glorificatur.*



\* Eccl. 3.

*Aqua baptis-  
mi gehennæ  
extinguit in-  
cendia.*

\* Ioan. 4.

*In baptis-  
mate  
homo totus  
mutatur.*

*Vt aqua vere  
sordescorporis  
abluit, ita per  
baptis-  
mū spiri-  
tualiter, quod  
in animo hæ-  
ret purgatur  
& abluitur.*

non meminit, religione veritatis exultat, facta que de meretrice virgo non recordatur priorum, sed glorietur in integritate. Ait ergo Propheta: \* Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatum. Sæpe quidem videmus hoc fieri, vt aqua effusa flammarum restinguat incendia, sed & e contrario interdum videmus, quod immensi igniū globi aquarum fluentia consumant, & veluti ab aquis accepta esca vehementius rediuuis ardoribus conualescāt, ita vt videatur aqua nō exstinxisse incendia sed auxisse. Quænam est illa aqua, que consumit flammæ, nec ipsa consumitur à peccatoribus, sed gehennæ consumit incendia? Quæ dum per baptismum infunditur, & ipsa in hominibus & tartari restinguit ardorem. Viuit plane in hominibus, sicut ait Dominus: \* Aqua autem quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis, & reliqua. Mirum ergo in modum aqua Christus vna eademque operatione & viuificat, & extinguit. Viuificat enim animas, delicta restinguit, has lauacri sui refrigerio reparat, illas gurgitis sui vnda consumit. Tom. 3. Serm. 31.

Hoc per baptismatis sacramentum Christus operatur, vt exuat vnusquisque quod natus est, induat quod renatus fiat non famulæ hæres, sed gratiæ, vt perpetuum domicilium habitationis æternæ sibi possit acquirere. Tom. 4. in psalmum 36.

Ad quantam gratiam vocaris ô homo? purgaris per baptismum & non exureris: sanaris & non doles: reformaris sed non dissolueris, ictum mortis non excipis, & resurgis. Tom. 4. lib. de ieiunio & Helia, Cap. 22.

Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum. ]  
Omni enim enormitatem sceleris baptismi sacramenta dimittunt. Tom. 5. lib. 8. Comment. in cap. 17. Luca.

An ignoratis quia quicumque baptizati sumus. ]  
Ideo per aquam (baptisma) celebratur, vt sicut aqua sordes corporis abluit, ita & nos per baptismum spiritaliter purgatos nos & innouatos credamus, vt quod incorporale est, inuisibiliter abluatur. Tom.

g. in cap. 6. Epist. ad Romanos.

Sunt hac nostra etate Lector, ut est ea monstrosarum opinionum feracissima, qui concupiscentiam, quæ regeneratus inheret, vere & proprie peccatum esse, quamvis noster assensus ad illam non accedat, asserere velint, & quidem B. Ambrosij verbis. Inquiunt enim illum Tom. 4. lib. de Isaac & anima, cap. 8. Iniquitatem recensere inter vitia quæ post baptismum susceptum manent. Verum si B. Augustino credimus (credimus autem illi lubenter: melior enim illo Ambrosij interpretis haberi nemo potest) concupiscentia peccatum seu iniquitas dicitur, non quod proprie alicuius peccati rationem in renatis habeat (quicquid enim illius est, baptismo eluitur) sed dicitur tamen iniquitas propterea quod iniquum sit, hoc est, inconueniens, & primæ hominis creationi contrarium, ut caro concupiscat aduersus spiritum. Locus Ambrosij quia obscurus est, & ab aduersarijs nostris à vero sensu probabiliter satis detorqueatur, putavi eum verbis Augustini, ad cuius interpretationem prouocavi, illustrandum, qui Tom. 7. lb. 2. contra Iulianum Pelagianum, ita ait: Quæ si satis non sunt, adhuc audi. In libro de Isaac & anima idem dicit: Bonus ergo rector malos equos restringit & reuocat, bonos incitat. Boni equi sunt quattuor, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia. Mali equi, iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas. Numquid ait, Bonus rector, bonos equos habet, malos non habet? Sed ait, bonos incitat, malos restringit & reuocat. Unde isti sunt equi. Nempe si eos substantias dicimus vel putamus, Manicheorum fauemus vel heremus insaniæ, quod ut absit à nobis, catholice istos equos intelligimus vitia nostra, quæ legi mentis ex lege peccati resistunt. Non à nobis hæc vitia separata, alicubi alibi erunt, sed in nobis sanata nusquam erunt. Verum tamen quare non in baptisate perierunt? An nondum fateberis quod reatus eorum perierit, infirmitas manserit, non reatus quo ipsa rea fuerant, sed quo nos reos fecerant, in malis operibus, quo nos traxerant. Nec ita eorum mansit infirmitas, quasi aliqua sint animalia, quæ infirmantur, sed nostra infirmitas ipsa sunt. Nec in his equis malis iniquitatem nominasse putandus est illam, quæ deletur in baptismo.

illa

illa namque peccatorum que fecimus fuit, que cuncta remissa sunt, atque omnino iam non sunt, quorum reatus manebat, quando ipsa fiebant atque transibant. Istam vero legem peccati cuius manentis reatus in sacro fonte remissus est, propterea vocauit iniquitatem, quia iniquum est, ut caro concupiscat aduersus spiritum, quæmuis adsit in nostra reuolutione iustitia qua iustum est, ut aduersus carnem spiritus concupiscat, ut spiritu ambulemus & concupiscentias carnis non persequamur. Hanc quippe iustitiam nostram inter bonos equos inuenimus nominatam. Hæc Augustinus pro Ambrosij defensione.

### III. In baptismo Spiritum sanctum conferri.

SAlua fide dixerim, licet baptismum utrumque sit Domini, tamen gratius puto hoc baptismum esse, quo nos abluimur, quàm illud quo Saluator baptizatur. Hoc enim celebratur per Christum, illud celebratum est per Ioannem. In illo se magister excusat, in isto nos Saluator inquitat. In illo iustitia semiplena, in isto Trinitas est perfecta. Ad illud sanctus venit, sanctus egressus: ad istud peccator venit, & sanctus abscedit.

Et paullo post:

Denique ipsdem sacramentis res agitur, quibus & tunc gesta est, nisi quòd gratia pleniore. Tunc enim Trinitatem carnalibus oculis vidimus, modo eandem Trinitatem fidei oculis contemplamur. Tunc Christum vix humanus vultus aspexit, nunc eundem mens humana complectitur. Tunc Spiritus sanctus velut columbæ specie hominem circumfudit, modo se in interiora hominis ipsa virtute diuinitatis infundit. Tom. 3. Sermon. 41. de baptisimi gratia.

Non autem scriptum est tñum propter ipsum solum, quia reputatum est illi ad iustitiam, &c.] Ante passionem qui baptizati sunt, solam acceperunt remissionem peccatorum, quorum zelo satanas occidit Saluatorem. Post resurrectionem vero, tam hi qui prius, quàm isti, qui postea baptizati sunt, omnes iustifi-

Baptisma nostrum præstat baptismatis Ioannis.

Spiritus sanctus se in interiora hominis, dum baptizatur, ipsa diuinitatis virtute infundit.

iustificati sunt per datam formam fidei, acceptoque Spiritu sancto, qui signum est credentium, quod sunt filij Dei. *Tom. 5. in cap. 4. Epist. ad Rom.*

Si orauero lingua, Spiritus meus orat, mēs autem mea sine fructu est. ] Manifestum est, ignorare animum nostrum, si lingua loquatur, quā nescit, sicut affolent Latini homines Græce cantare oblectati sono verborum, nescientes tamē quid dicant. Spiritus autem, qui datur in baptismo, scit quid oret animus, dum loquitur, aut perorat lingua sibi ignota: mens autem, qui est animus, sine fructu est. *Tom. 5. in cap. 14. 1. Epist. ad Corinth.*

IIII. *Baptismum non esse liberum, sed necessarium ad salutem.*

**E**Rgo & Iudæus & Græcus, & quicumque crediderit, debet scire se circumcidere à peccatis, vt possit saluus fieri. Et domesticus, & alienigena, & iustus, & peccator circumcidatur remissione peccatorum, vt peccatum nō operetur amplius, quia nemo ascendit in regnum cœlorum, nisi per sacramentum baptismatis. *Tom. 4. lib. 2. de patriarcha Abraham, Cap. 11.*

Typum baptismatis demonstravit Helias, & cœlum aperuit, quod fuit clausum tribus annis & sex mensibus. Quanto maiora munera veritatis sunt? Aperuit itaque cœlum non pluuia descendens, sed ascendens gratia. Nemo enim nisi per aquam & Spiritum ascendit in regnum cœlorum. *Tom. 4. lib. de Helia & ieiunio, Cap. 22.*

*Nemo ascendit in cœlum nisi per sacramentum baptismatis.*

V. *Baptismatis sacramentum non nisi in forma Ecclesie verbisque Euangelicis rite conferri.*

**V**bi non est plenum baptismatis sacramentum, nec principium vel species aliqua baptismatis æstimatur. Plenum autem est, si Patrem & Filium Spiritumque fatearis. Si vnum neques, totū subrues.

*Baptisma rite conferitur in confessione Trinitatis.*

Et

Et quemadmodum si vnum in sermone comprehendas, aut Patrem, aut Filium, aut Spiritum sanctum, fide autem nec Patrem nec Filium nec Spiritum abneges, plenū est fidei sacramentū: Ita etiam quamuis & Patrem, & Filium & Spiritum dicas, & aut Patris, aut Filij, aut Spiritus sancti minuas potestatem, vacuum est omne mysterium. *Tom. 2. lib. 1. de Spiritu sancto, Cap. 3.*

\* 1 Ioan 5.  
Aqua bapti-  
smatis non  
mundat sine  
spiritu.

\* Ioan 3.  
Aqua sine cru-  
ce Christi, est  
elementū com-  
mune absq; vl-  
lo sacramenti  
effectu.

Hinc cognosce, quòd aqua non mundat sine spiritu. \* Ideo que legitur quòd tres testes in baptisate vnum sint, aqua, sanguis, & spiritus: Quia si vnū horum detrahas, non stat baptismatis sacramentum. Quid est enim aqua sine cruce Christi? Elementum commune sine vilo sacramenti effectu. Nec iterum sine aqua regenerationis mysterium est. \* Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei. Credit autem etiam catechumenus in crucem Domini Iesu, quia & ipse signatur. Sed nisi baptizatus fuerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, remissionem non potest accipere peccatorum, nec spiritalis gratiæ munus haurire. *Tom. 4. lib. de his qui inchoantur mysterijs, Cap. 4.*

*V I. Adultis, si baptizantis potestas non detur,  
voluntatem promptam sufficere.*

Valētinianus  
secundus abs-  
que sacramen-  
to baptis-  
tus ex hac vi-  
ta decessit.

Valētinianus  
voto bap-  
tismi consecu-  
tus est.

\* Sapien. 4.

Sed audiui vos dolere quòd (Valentinianus) non Sacerperit sacramenta baptismatis. Dicite mihi, quid aliud in nobis est, nisi voluntas, nisi petitiō? Atque etiam dudum hoc vorum habuit, vt antequam in Italiam venisset, iniret, & proxime baptizari se à me velle significauit. Et ideo præ ceteris causis me accersendum putauit. Non habet ergo gratiam quam desiderauit? Non habet quam poposcit? Et quia poposcit, accepit? Et vbi illud est: \* Iustus quicumque morte præuentus fuerit, anima eius in refrigerio erit? Solue igitur, Pater sancte, munus seruo tuo, quod Moyles dū in spiritu vidit, accepit: Quod Dauid, quia ex reuelatiōe cognouit emeruit. Solue, inquam,

inquam, seruo tuo Valentiniano munus quod concupiuit, munus quod popo fecit sanus, robustus, incolumis. Si affectus ægritudine distulisset, tamen non penitus à tua misericordia esset alienus, qui celeritate temporis esset nõ voluntate fraudatus. Solue ergo seruo tuo munus tuę gratię, quam ille numquam negauit: qui ante diem mortis templorum priuilegia negauit insurgētibz quos reuereri posset. Astabat virorum ceterua gētilium, supplicabat Senatus. Non metuebat hominibus displicere, vt tibi soli placeret in Christo. Qui habuit Spiritum tuum, quomodo non accepit gratiam tuam? Aut quia solenniter non sunt celebrata mysteria, hoc mouet? ergo nec martyres, si catechumeni fuerint, coronentur. Non enim coronantur, si non initiantur. Quod si suo abluuntur sanguine, & hunc sua pietas abluat & voluntas. Tom. 3. in oratione sinebri de obitu Valentiniani Imperatoris.

*Templa Gen  
tiliū iussit Va  
lentinianus oc  
cludi.*

*Catechumeni  
sepe baptizati  
sunt suo sangui  
ne. Obseruan  
dum hoc loco  
triplicem esse  
baptismū, fla  
minis, fluminis,  
& sanguinis.*

V II. Baptizatum posse amittere gratiam peccando, si velit.

**A**mbrosius libro suo de Sacramento regenerationis, vel de Philosophia quem scripsit, ita loquitur: Beata igitur mors, quæ nos peccato eripit, vt reformet Deo. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Numquid naturæ sine, inquit, iustificatur à peccato aliquis? Non vtique, quoniam qui peccator moritur, in peccato manet. Ille autem iustificatur à peccato, cui per baptismum peccata remittuntur omnia. Habes ad ista quid dicas? Vidēsne quemadmodum expresserit vir venerabilis, in baptismo fieri hominis mortem beatam, vbi remittuntur peccata omnia? Sed attende aliud, attende quod non vis. Aduertimus, inquit, cuiusmodi sit mors mystica, nunc consideremus cuiusmodi sepultura esse debeat. Non ergo satis est vt moriantur vitia nisi marcescat corporis luxus, & omnium vinculorum carnalium compago soluatur, omnis nodus corporei laxetur vsus. Nemo

*Ille iustificatur à peccato, cui per baptismum remittuntur peccata omnia.*

*Baptizatus* dicitur sibi blandiatur quòd aliam figuram induerit, my-  
*liger* tunc cautè- stica præcepta acceperit, ad continentia dicitur  
*ne in pris-* nam applicuerit animum: Non quod volumus hoc  
*stima relabans* agimus, sed quod odio habemus hoc facimus. Multa  
*tur vitia.* operatur in nobis peccatum: Nobis reluctantis  
 rediuiuæ plerumque voluptates resurgunt. Luctan-  
 dum nobis aduersus carnem est, luctatus est aduer-  
 sus eam Paullus. *Augustinus Tom 7 lib. 2. contra Iulia-  
 num Pelagianum.*

Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato,  
 vt gratia abundet? Absit.] Hoc est, numquid semper  
 peccandum est vt donum Dei abundet, tegens nos-  
 tra peccata, vt semper remissionem peccatorum spe-  
 rantes, quia Deus pius est, Christi gratiam proferam-  
 us: Non utique. Ideo enim nostri misertus est De-  
 us per Christum, vt de cetero non peccantes & mer-  
 ritum nobis, & Dei gratiâ in nos regnare faciamus.  
 Aufert enim regnum gratiæ Dei & tradit peccato,  
 qui rursus redit ad veterem hominẽ, id est, ad ritum  
 præteritæ vitæ. Duabus enim ex causis misericordi-  
 am accepimus, vt & diaboli regnum excluderetur, &  
 Dei imperium ignorantibus prædicaretur, per hoc  
 ipsum dignitate nobis quæsitâ. Qui enim mortui  
 sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? ]  
 Hoc dicit, quoniam viuentes peccato mortui eram-  
 us apud Deum. Qui peccat enim, viuunt peccato:  
 sicut qui non peccat, viuunt Deo. Superueniẽte enim  
 gratia Dei per Christum, & nos per fidem lauacro

*Qui post susce-*  
*ptu baptismi* spiritali regenerante, cœpimus viuere Deo, mortui  
*ad pristinos* autem esse peccato, qui est diabolus: hoc est tamen  
*mores redeunt,* mori peccato, liberati à peccato, fieri autem seruũ  
*penam quam* Dei. Itaque mortui iam peccato non redeamus ad  
*euaferant rur-* mala pristina, ne iterum viuamus peccato, & mori-  
*sur incurrunt.* entes Deo amissâ dignitate penam quam euasimus  
 incurramus. *Tom. 5. in cap. 6. Epist. ad Rom. Lege initium  
 cap. 5. Epist. 2. ad Corinth.*

VIII. *Baptismum verum & rite collatum illi re-  
iterandum non esse, qui vel apud infideles fidem  
Christi negauerit, vel in aliud peccatum  
mortale prolapsus fuerit, cum ad  
pœnitentiam reuertitur.*

Cum igitur tam euidenti & ipsius Apostoli & Nouatiani B.  
Scriptorum eius exemplo redarguantur, tamen *Apostolum in*  
adhuc obniti volunt & auctoritatem aiunt *epistola ad*  
licè sibi suffragari sententię, allegantes scriptũ ad He- *Hebræos la-*  
bræos: \* Impossibile est enim hos qui semel illumi- *psis veniã ne-*  
nati sunt & gustauerunt donum cœlestis & partici- *pare aiunt.*  
pes facti sunt Spiritus sancti, & bonum gustauerunt *\* Heb. 6.*  
Dei verbum, virtutesque futuri seculi, lapsos iterum  
renouari in pœnitentiam, rursus crucifigentes Fili-  
um Dei & ostentatione triumphantes. Numquid  
Paullus aduersus factum suũ prædicare potuit? Do-  
nauit Corinthio peccatum per pœnitentiam: Quo-  
modo hic potuit sententiam suam ipse reprehē-  
dere? Ergo quia non potuit quod ædificauerat  
destruere, nõ contrarium dixisse eum sed diuersum  
aduertimus. Quod enim contrarium est, seipsum im-  
pugnat: quod diuersum est, distinctam solet habere  
rationem. Ita autem contrarium non est, vt alterum  
suffragetur alteri. Etenim quia de remittenda præ-  
dicauit pœnitentia, debuit & de ijs qui iterandum  
putant baptismum non silere: & prius sollicitudinem  
nobis auferre oportuit, vt sciremus etiam post *Lapsis post sua*  
baptismũ, si qui peccarent, donari eis posse peccatum, *ceptum bapti-*  
ne spe delicturos iterandi baptismatis opinio *smã restat pœ-*  
vana peruertetur. Deinde iterandum nõ esse bap- *nitentia.*  
tismi, rationabili disputatione suadendum fuit. De *Baptisma non*  
baptismate autem dictum verba ipsa declarant, *esse iterandũ*  
quibus significauit impossibile esse lapsos renouari *Paullus suades*  
in pœnitentiam. Per lauacrum enim renouamur, per  
quod renascimur, sicut ipse Paullus dicit: \* Confe- *\* Rom. 6.*  
pulti enim sumus cum illo per baptismum in morte,  
vt quemadmodũ surrexit Christus ex mortuis per



\* Ephes. 4.

\* Psal. 102.

\* Ephes. 6.

Caro nostra  
nō potuit abo-  
lere peccatum,  
nisi crucifixa  
esset in Chris-  
to Iesu.

Qua fraude  
heretici itera-  
tionem bap-  
tismi inducere  
conentur.

Qui semel ba-  
ptismate los-  
tus est, nō in-  
diget alia lo-  
tione.

gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambule-  
mus. Et alibi : \* Renouamini spiritu mentis vestræ,  
& induite nouum hominem, qui secundum Deum  
creatus est. Et alibi : \* Renouabitur sicut aquilæ iu-  
uentus tua. Quod etiam aquila cum fuerit mortua  
ex suis reliquijs renascatur : sicut per baptismatis sa-  
cramentum cum fuerimus peccato mortui, renascimur  
Deo, ac reformamur. Vnum ergo baptismum  
docet, sicut alibi : \* Vna fides, vnū, inquit, baptisma.  
Illud quoque euidens, quod in eo qui baptizatur,  
crucifigitur Filius Dei : quia non potuit caro nostra  
abolere peccatum, nisi crucifixa esset in Christo Ie-  
su. Tom. I. lib. 2. de Penitentia, Cap. 2.

Neque poterat (Petrus) dubitare de Chriti mu-  
nere, qui sibi soluendorum peccatorum dederat po-  
testatem, præsertim cum versutijs hæreticorum lo-  
cum non deberet relinquere, qui ideo volunt spem  
hominum destituere, vt iterandi baptismatis apud  
desperantes facilius inducant persuasionem. Tom. I.  
lib. 2. de Penitentia, Cap. 5.

Honora patrem tuum, & matrem.] Quicumque  
dixerit, Munus quodcūque est ex me, tibi proderit,  
non honorificabit patrem aut matrē. Quod propter  
obscuritatem sensus non imprudenter defleximus.  
nam Iudæi dum hominum traditionem sequuntur,  
Dei negligunt. Discipuli traditionem Dei præfere-  
ntes hominum negligebant, vt manus non laurent  
cum panem māducarent, quoniam qui lotus est to-  
rus, non habet necesse vt manus lauet. Lauerat eos  
Iesus, lauacrum aliud non quærebant. Vno enim  
Christus baptismate omnia soluit baptismata. Ita-  
que quem lauerit Ecclesia, non habet necesse iterum  
lauare. Tom. 5. lib. 8. Comment. in cap. 18. Lucae.

IX. Anabaptismum Nouatianis, Arrainis, Do-  
natistis & Manichæis in vsu fuisse.

Ergo Domine Iesu ad Ecclesiam tuā totus ad-  
ueni, quoniam Nouatianus excusat. Nouatia-  
nus



\* Psal. 131.

\* Ioan. 5.

\* Ibidem.

*Christus Ioan-  
nem obscura-  
uit.*

\* Ioan. 3.

*Ioannis bap-  
tisma superueni-  
ente Christi  
gratia vacua-  
tum est.**Aliud fuit ba-  
ptismum pœni-  
tentie, aliud  
gratie.*

**H**abet autem & Christus sol lucernam suam que  
eius ortū præcessit sicut dicit Propheta: \* Pa-  
raui lucernam Christo meo. Que autem ista lucerna  
fit, ostendit Dominus dicens de Ioanne Baptista:  
\* Ille erat lucerna ardens. Ipse autē Ioannes vt præ-  
cedēs lucernæ lumen exiguum, ait: Ecce venit post  
me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calcia-  
mentorū eius: ipse vos baptizabit in Spiritu san-  
cto & igni. Simul etiam intelligens lumen suum sol-  
lis radijs offuscandum, ante prædicit: \* Illum oportet  
crescere, me autē minui. Sicut enim lucernæ claritas  
destruitur solis aduentu: ita & Ioannis pœni-  
tentie baptismum superueniente Christi gratia va-  
cuatum est. *Tom. 3. Sermon. 16. de natali Domini.*

Ego vos aqua baptizo.] Cito probauit non esse se  
Christum qui visibili operetur officio. Nam cum ex  
duabus naturis homo, id est, ex anima subsistat &  
corpore, visibile per visibile, inuisibile per inuisibi-  
le mysterium consecratur. Aqua enim corpus ablu-  
itur, spiritu animæ delicta mundantur. Aliud agi-  
mus, aliud inuocamus. Licet etiam in ipso fonte san-  
ctificatio diuinitatis aspiret. Non enim aqua omnis  
ablutio est, sed hæc inter se diuisa esse non possunt.  
Et ideo aliud fuit baptismum pœnitentiæ, aliud gra-  
tiæ est. Istud ex utroque, illud ex vno. Nā cum com-  
munia delicta sint mentis & corporis, purificatio  
quoque debuit esse communis. *Tom. 5. lib. 2. Comment.  
in cap. 3. Luca.*

## CAPVT TERTIVM

## De Paruulis &amp; baptismo paruulorū.

1. Paruulos etiam Christianorum nasci in peccato originali, & ab eo non nisi per lauacrum regenerationis vindicari posse.

**A**ttende ergo paullisper, quomodo ex hac lege peccati omnem generari hominem, & ideo trahere originale peccatum, sanctus eloquatur

quatur Ambrosius in eo ipso de sacramento regenerationis, siue de Philosophia libro suo, Est, inquit, domus quã sapientia ædificat, & mensa cœlestibus referta sacramentis, in qua iustus cibum diuinã voluptatis epulatur, suauem gratiã potum bibens, si perpetuorum meritorum vberi posteritate letetur.

Hos filios generans Dauid, partus illos corporeæ cõ- *Dauid omnes*  
 mixtionis horrebat, & ideo mundari sacri fontis ir- *homines in pec*  
 rigo desiderabat, vt carnalem ac terrenam labem *cato originis*  
 gratia spiritalis ablueret. \* Ecce, inquit, in iniquita *nasci deplorat*  
 tibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater \* *Psal. 50.*

mea. Male Eva parturuit, vt partus relinqueret mu-  
 lieribus hæreditatem, atque vnusquisque concupi-  
 scentiã voluptate concretus, & genitalibus visceri-  
 bus infusus, & coagulatus in sanguine, in pannis in-  
 uolutus, prius subiret delictorum contagium, quã *Prius subimus*  
 vitalis spiritus munus hauriret. \* Si, te non deseruit *delictorũ conu*  
 qualiscumque saltem sensus humanus, vides quid de *tagium, quã*  
 concupiscentiã voluptate hac ipsa, cui præbes impu- *vitalis spiri*  
 dentissimum patrociniũ, pronuntiauerit, tui quod *tus munus*  
 sæpe dicendum est doctoris testimonio prædicatus *haurimus.*  
 tam memorabilis doctor Ambrosius, quod ea quif-  
 que concretus, ea genitalibus visceribus infusus, &  
 coagulatus in sanguine, & in pannis, non vtique la-  
 neis, aut lineis, aut huiuscemodi talibus, qualibus  
 iam nati obuoluuntur infantes, sed pannis vitiatæ  
 originis tamquam hereditarijs inuolutus, prius sub-  
 eat contagium delictorum, quã vitalis huius aeris  
 auram spirando percipiat, in quem veluti immesum  
 fontem communis & non desistentis alimenti, post  
 occulta spiramenta viscerum maternorum, qui na-  
 scitur, funditur, in ortu ploraturus reatũ, quem con-  
 traxit ante ortum. Ergõne ex huius concupiscentiæ  
 motu illi non erubescerent homines primi, quo &  
 ipsi apparebant noxij, & eorum filij peccato paren-  
 tum pronuntiabantur obnoxij? *Augustinus Tom. 7. lib.*  
*2. contra Iulianum Pelagianum.*

Hinc illa erat naturæ humanæ fraudulenta lau-

*Errorem hunc  
 de integritate  
 naturæ humanæ*

*ne Pelagiani* datio, & illæsa per omnes homines originalis defen-  
*propagarunt,* sio dignitatis. Hinc Adæ peccatum exemplo poste-  
*quem Ambro-* ris aserebatur nocuisse, non transitu: & quam illi  
*sius ante quã* possibile fuerat non violare mandatũ, tam liberum  
*exortus esset,* esse vnicuique declinare delictum. Hinc euacuatio  
*Augustino te-* baptismatis paruulorum, qui sola adoptione donari  
*ste, iugulauit.* nullo autem reatu dicerentur absolui. *Tom. 3. lib.*  
*Epist. 10. Epist. 84.*

*Christianorũ* Cũ enim consideramus interpaganos, inter Iu-  
*paruuli pere-* dæos, inter hæreticos, inter ipsos Catholicos Chri-  
*unt nisi bap-<sup>ti-</sup>* stianos quàm multiplex pereat numerus paruulo-  
*æntur.* rum, quos quantum ad proprias pertinet volũtates,  
 neque bonum aliquid, neque malum constat egisse:  
 discimus super eos illam manere sententiam, quam  
 humanum genus prauaricatione primi parentis ex-  
 cepit, cuius sententiæ rigor dum etiam circa tales  
 non resoluitur, quàm magnum illud peccatum fue-  
 rit demonstratur. Nemo autem putaretur non inno-  
 cens nasci, nisi etiam talibus esset noxium nõ rena-  
 sci. *Tom. 2. lib. 2. de vocat. gent. Cap. 3.*

II. Paruulos regenerationis lauacro nondum  
 expiatis, vitam æternam conse-  
 qui non posse.

*Paruuli rena-* DE paruulis vero quibus sine vlllo bonæ volun-  
*ti salui fiunt,* tatis merito in originali vulnere cum ceteris  
*nõ renati per-* mortalibus causã communis est, nihil potest expo-  
*eunt.* sitionis adferri qua doceatur cur isti salui fiant rena-  
 ti, illi pereant non renati, sub illius prouidentia &  
 omnipotentia in cuius manu est anima omnis vi-  
 uentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis, & cui di-  
 citur: \* Breues dies hominis sunt, numerus dierum  
 eius apud te est. Non autem puto istos voluntatum  
 patronos, simplicitate illorum tam impudenter vsu-  
 ros, vt aut fortuito ista dicant accidere, aut non re-  
 natos asserant non perire. Aperte enim aut cum Paganis  
 conuincerentur sentire de fato, aut cum Pelagianis  
 transfusum in posteros Adæ negare peccatũ.

Fato

\* Iob 14.  
 Pelagianis  
 transfusum in  
 posteros Adæ  
 peccatũ negat

Fato autem non baptizari paruulos nec Pelagiani potuerunt dicere, sed quia eos liberos à peccato ausi sunt profiteri, meruere damnari. *Tom. 2. lib. 1. de uocatione gentium, Cap. 7.*

Non autem latet quantum cordibus fidelium de- *Multa sequuntur incòmoda si dicamus bas*  
 fidiæ gigneretur, si in baptizandis paruulis nihil de *pifmum non esse de necessitate salutis.*  
 cuiusquam negligentia, nihil de ipsorum esset mortalitate metuendum: quando quidem ut tales baptismo fraudarentur, nullo modo possit accidere. Hac vero tam inamissibili felicitate infantium vehementissime opinio illius roboraretur erroris, qui gratiam Dei secundum merita hominum dari audet contra fidem Catholicam prædicare. Videretur quippe inculpabili innocentia hoc tota æquitate deberi, ut neminem eorum adoptio præteriret, quos nullus reatus perstringeret: nec impie à quodam de paruulorum baptismo dictum fuisset, Habet gratia quod ad optet, non habet vnda quod diluat. Sed hoc detestabiliter prædicatum omnes discipuli veritatis intelligunt: & inde manifestum est eos qui salui fiunt, non merito sed gratia liberari, quia sine baptismo mortuos perisse non dubium est. *Tom. 2. lib. 2. de uocatione gentium, Cap. 8.*

III. Paruulos nondum actu proprio credentes, in fide Ecclesie rectissime baptizari.

Omnium exordia paruulorum, totaque illa principia nec dum rationalis infantie, sub arbitrio iacent voluntatis alienæ, nec villo modo eis nisi per alios consuli potest, & consequens est illos ad eorum pertinere consortium, quorum vel recto vel prauo reguntur affectu. Sicut enim ex aliena confessione credunt, ita ex aliena infidelitate aut dissimulatione non credunt. *Tom. 2. lib. 2. de uocat. gent. Cap. 8.*

*Infantes ex aliena confessione credunt.*

CAPVT QVARTVM  
De Caremonijs & ijs rebus quæ circa  
baptismum geruntur.

I. Aquam baptismi signo crucis conse-  
crari solitam

Aqua bap-  
tismi conse-  
cranda.

\* Exod. 15.

**A**qua enim sine prædicatione dominicæ cru-  
cis ad nullos vsus futuræ salutis est. Cùm ve-  
ro salutari fuerit crucis mysterio consecra-  
ta, tunc ad vsum spiritalis lauacri, & salutariis poculi  
temperatur. Sicut ergo in illum fontem (Marath)  
\* Moyses misit lignum, hoc est propheta, & in hunc  
fontem Sacerdos prædicationem dominicæ crucis  
mittit, & aqua fit dulcis ad gratiam. *Tom. 4. lib. de his  
qui inuitantur mysterijs, Cap. 3.*

Fons baptismi  
ante consecra-  
tur, quam bap-  
tizandus in-  
eum descēdat.

Christus bap-  
tismum san-  
ctificauit.

Quare prior Christus descendit, postea Spiritus,  
cùm forma baptismatis & vsus hoc habeat, vt ante  
fons consecratur, & tunc ascendat qui baptizan-  
dus est? Nam vbi primum ingreditur Sacerdos, ex-  
orcismum facit, secundo super creaturam aquæ in-  
uocationem, postea & precem defert, vt sanctificetur  
fons, & adsit præsentia Trinitatis æternæ. Chri-  
stus autem ante descendit, secutus est Spiritus. Qua  
ratione? vt non quasi ipse egere Dominus Iesus san-  
ctificationis mysterio videretur, sed sanctificaret  
ipse, sanctificaret & Spiritus. *Tom. 4. lib. 1. de Sacra-  
mentis, Cap. 5.*

II. In baptismo visibili vnguento seu chrisma-  
te fideles inungi moris esse.

\* Psal. 132.

\* Cant. 1.  
Sacerdos ba-

pizanti vngit

**P**ost hæc utique ascendisti ad Sacerdotem, confi-  
dera quid fecerunt tibi. Nonne illud quod ait Da-  
uid: \* Sicut vnguentum in capite quod descendit in  
barbam barbam Aaron? Hoc est vnguentum de quo  
& Salomon ait: \* Vnguentum exinanitum est no-  
men tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt te,  
& attraxerunt te. Quantæ hodie renouatæ animæ  
dilexerunt

dilexerunt te Domine Iesu dicentes: Attrahe nos post te, in odorem vestimentorū tuorum curiemus, vt odorem resurrectionis haurirent. Quare hoc fiat intellige, Quia oculi sapientis in capite eius. Ideo in barbam defuit, id est in gratiam iuuentutis. Ideo in barbam Aaron, vt fiat electum genus, sacerdotale, pretiosum. Omnes enim in regnum Dei & in sacerdotium vngimur gratia spiritali. *Tom. 4. lib. de his qui inuoluntur mysterijs, Cap. 6.*

Venimus ad fontem, ingressus es: considera quos videris, quid locurus sis cōsidera, repete diligenter. Occurrit tibi Leuita, occurrit Presbyter, vnctus es quasi athleta Christi, quasi luctamen huius seculi luctaturus, professus es luctaminis tui certamina. Qui luctatur, habet quod speret, vbi certamen, ibi corona. *Tom. 4. lib. 1. de Sacramētis, Cap. 2.*

Hesterno die de fonte disputauimus, cuius species veluti quædam sepulcri forma est, in quæ credentes in Patrem & Filium & Spiritum sanctum recipimur & demergimur & resurgimus, hoc est resuscitamus. Accipis autem mysterium, hoc est, vnguentum supra caput. Quare supra caput? Quia sensus sapientis in capite eius, Salomon ait. Friget enim sapientia sine gratia, sed vbi gratia acceperit sapientiam, tunc opus eius incipit esse perfectum. *Tom. 4. lib. 3. de Sacramētis, Cap. 1.*

### III. Baptizandos abrenuntiare sathanae atque pompis eius.

Posthæc referata tibi sunt sancta sanctorum: Ingressus es regenerationis sacrariū. repete quid interrogatus sis, recognosce quid responderis. Renuntiaisti diabolo & operibus eius, mundo & luxurijs eius ac voluptatibus. Teneatur vox tua, non in tumulo mortuorum, sed in libro viuentium. *Tom. 4. lib. de his qui mysterijs inuoluntur, Cap. 2.*

Quando te interrogauit (Sacerdos) Abrenuntias Votum in bæ diabolo & operibus eius? quid respondisti? Abrenuntio.



*ptione emissu  
diligenter pers  
soluendum.*

nuntio. Abrenūtiās seculo & voluptatibus eius: quid respondisti? Abrenuntio. Memor esto sermonis tui, & numquam tibi excidat tuæ series cautionis. Si chirographum homini dederis, teneris obnoxius, vt pecuniam eius accipias: teneris astrictus, & reluctantem te scenerator astringit, si recusas, vadis ad iudicem, atque illic tua cautione conuinceris. Vbi promiseris, considera, vel quibus promiseris. Leuitam vidisti, sed minister est Christi. Vidisti illum ante altaria ministrare. Ergo chirographum tuum tenerur, non in terra, sed in cælo. *Tom. 4. lib. 1. de Sacramentis, Cap. 2.*

*Dñ sacramen  
tum baptisimi  
suscepimus re-  
nuntiamus  
mundo.*

*\* Eccles. 5.  
Grauia vincu-  
la, promittere  
Deo, et nõ solu-  
uere.*

*\* Matth. 5.*

Cuius habet imaginem & inscriptionem? ] Si vis nil Regi debere terreno, relinque omnia & sequere Christum. Et bene prius quæ Cesaris sunt reddenda decernit. Neque enim potest esse quis Domini, nisi prius renuntiauerit mūdo. Sed omnes renuntiamus verbo, non omnes renūtiāmus affectu. nam cū sacramenta suscipimus, renuntiamus. Quam grauia vincula, promittere Deo, & nõ soluere. \* Melius est, inquit, non vouere, quam vouere & non reddere. Maior est contractus fidei, quam pecuniæ. Redde promissum dum in hoc corpore es, prius quam veniat exactor, & mittat te in carcerem. \* Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. *Tom. 5. lib. 9. Commentariorum in cap. 20. Lucae.*

### IIII. Trinam mersionem in baptismo fuisse vsitatam Ambrosij etate.

*Catechumeni  
ter in aquam  
immerguntur  
in memoriam  
mortis & tri-  
duane resurre-  
ctionis christi*

Interrogatus es, Credis in Deum Patrem omnipotentem? Dixisti, credo: & mersisti, hoc est, sepultus es. Iterum interrogatus es, Credis in Dominum nostrum Iesum Christum, & in crucem eius? Dixisti, credo, & mersisti: ideo & Christo es cõsepultus. Qui enim Christo consepelitur, cum Christo resurget. Tertio interrogatus es: Credis in Spiritū sanctum? Dixisti, credo, tertio mersisti, vt multiplicem lapsum superio-

superioris ætatis absolueret trina confessio. Tom. 4.  
lib. 2. de Sacramentis, Cap. 7.

V. *Baptizatos induere vestem candidam.*

**A**ccepisti post hæc vestimenta candida, vt esset  
indiciu quòd exueris inuolucrum peccato-  
rum, & indueris innocentie casta velamina. De qui-  
bus dixit Propheta: \* Asperges me hyssopo, & mun-  
dabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Qui  
enim baptizatur & secundum legem & secundum Eu-  
angelium videtur esse mundatus. Secundum legem,  
quia hyssopi fasciulo \* Moyses aspergebat sangui-  
nem agni. Secundum Euangelium, quia Christi erant  
candida vestimenta sicut nix, cum resurrectionis sue  
gloriam in Euangelio demonstraret. Super niuem deal-  
batur, cui culpa dimittitur. Vnde & per Esaiam  
Dominus ait: Si \* fuerint peccata vestra sicut phœ-  
nicium, vt niuem dealbabo. Hæc vestimenta habens  
Ecclesia per lauacrum regenerationis assumpta dicit  
in canticis: \* Nigra sum & decora filie Hierusalem.  
Nigra per fragilitatem conditionis humanæ: decora  
per gratiam. Nigra, quia ex peccatoribus: decora  
fidei sacramento. Hæc vestimenta cernentes filie  
Hierusalem, stupefactæ dicunt: Quæ est hæc quæ  
ascendit dealbata? Hæc erat nigra vnde nunc subito  
dealbata? Tom. 4. lib. de his qui initiantur mysterijs, Cap. 7.

VI. *Baptizandorum pedes in quibusdam  
Ecclesijs lauari.*

**N**on ignoramus quòd Ecclesia Romana hanc  
consuetudinem non habeat, cuius typum in  
omnibus sequimur & formam. Hanc tamen consue-  
tudinem nõ habet vt pedes lauet. Vide ergo, ne for-  
te propter multitudinem declinauit. Sunt tamen qui  
dicant & excusare conentur, quia hoc in ministerio  
faciendum est, non in baptizandorum pedibus lauandi sint. Aliud est  
humilitatis, aliud sanctificationis. Denique audi quia  
myste-

Baptizati in-  
duunt vestem  
candidam, vt  
sit indicium  
quòd exuerint  
inuolucrum pec-  
catorum, & in-  
duerint inno-  
centie casta  
velamina.  
\* Psal. 50.  
\* Exod. 24.  
\* Heb. 9.  
\* Esaiæ I.

\* Cant. 1.  
Ecclesia nigra  
est & simul  
decora.

Ecclesia Ro-  
mana non lau-  
nat baptizan-  
dorum pedes.  
† al. mysterio

mysterium est & sanctificatio. Nisi lauero tibi pedes, non habebis mecum partē. Hoc ideo dico, nō quod alios reprehendam, sed mea officia ipse cōmendem. In omnibus cupio sequi & ecclesiam Romanam. Sed

*Mediolanipe-  
des in susce-  
ptione bapti-  
smi lauantur.*

tamen & nos homines sensum habemus. Ideo quod alibi rectius seruatur, & nos recte custodimus. Ipsum sequimur Apostolum Petrum, ipsius in hæremus deuotioni. Ad hoc Ecclesia Romana quid responderet? Vtique ipse auctor est nobis huius assertionis Petrus Apostolus, qui Sacerdos fuit Ecclesie Romanæ. Ipse Petrus ait: \*

\* Ioan. 13.

Domine non solū pedes, sed etiam manus & caput. Vide fidem. Quod ante excusauit, humilitatis fuit: quod postea se obtulit, deuotionis & fidei. *Tom. 4. lib. 3. de Sacramentis, Cap. 1.*

Ergo quid egimus sabbato? Nempe a pertionem. Quæ mysteria celebrata sunt a pertionis, quando tibi aures tetigit Sacerdos & nares. Quod significat in Euangelio Dominus noster Iesus Christus cū ei oblatas esset surdus & mutus, & tetigit aures eius, & os eius. Aures, quia surdus erat: os, quia mutus. Et ait: \* Effeta, quod Hebraicum uerbum est, & Latine dicitur adaperire. Ideo ergo tibi Sacerdos aures tetigit, ut aperirentur aures tuæ ad sermonem & ad eloquium sacerdotis. sed dicis mihi, quare nares? Quia mutus erat, os tetigit: ut quia loqui non poterat sacramenta coelestia, uocem acciperet à Christo. Et ibi quia uiri, hic quia mulieres baptizantur, & non eadem puritas serui, quanta & Domini. Cū ille peccata concedat, huic peccata donentur, quæ potest esse comparatio? Ideo propter gratiam operis & muneris non os tangit Episcopus, sed nares. Quare nares? Ut bonum odorem accipias pietatis æternæ, ut dicas: Christi enim bonus odor sumus Deo, quemadmodum dixit \* Apostolus sanctus. Et sit in te fidei deuotionisque plena fragrantia. *Tom. 4. lib. 1. de Sacramentis, Cap. 1.*

\* Marci 7.

*Aures & na-  
res cur tangat  
Sacerdos in  
administra-  
tione baptis-  
mi.*

\* 2. Cor. 2.

## CAPVT QVINCTVM De Sacramento Confirmationis.

### 1. Confirmationem distinctum esse sacramentum à baptisinate.

**E**Rgo accepisti de sacramentis, plenissime cognouisti omnia, quòd baptizatus es in nomine *Baptizamur in nomine Trinitatis.* Trinitatis. In omnibus quæ egimus seruatum est mysterium Trinitatis. Vbiq; Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vna operatio, vna sanctificatio, etsi quadam veluti specialia esse videantur. Quomodo? Deus qui te vnxit, & signauit te Dominus, & posuit Spiritum sanctum in corde tuo. Accepisti ergo Spiritum sanctum in corde tuo. Accipe aliud, quia quemadmodum Spiritus sanctus in corde, ita etiam Christus in corde tuo. Quomodo? Habes hoc in Canticis canticorum Christum dicentem ad Ecclesiam: \*Pone me sicut signaculum in corde tuo, sicut signaculum in brachijs tuis. Ergo vnxit te Deus, signauit te Christus. Quomodo? Quia crucis ipsius signatus es forma, ad illius passionem, accepisti signaculum ad illius similitudinem, vt ad ipsius formam resurgas: Ipsius viuas figura, qui peccato crucifixus est, & Deo viuit. Et tuus homo vetus in fontem demersus, peccato crucifixus est, sed Deo resurrexit. Deinde habes alibi speciale, quòd te vocauerit Deus, in baptisinate autem quasi specialiter crucigeris Christo. Deinde quasi specialiter quando accipis spirituale signaculum, vide distinctionem personarum esse, sed connexum omne mysterium Trinitatis. *Lib. 6. de Sacramentis, Cap. 2.*

Sicut enim in Christo motimur vt renascamur, ita etiam Spiritu signamur vt splendorem atque imaginem eius & gratiam tenere possimus, quod est vique spirituale signaculum. Nam & si specie signemur in corpore, veritate tamè in corde signamur: vt Spiritus sanctus exprimat innobis imaginis celestis effigiem. *Et paullo post:* Atque vt sciamus cordis nostri

\* Cant. 8.

Specialiter à Deo vocamur di accipimus spirituale signaculum.

\* 2. Cor. 2.

In baptisinate in Christo morimur, vt renascamur: in cõfirmatione Spiritu signamur, vt eius imaginem tenere possimus.

\* Psal. 4.

nostri magis hoc quam corporis esse signaculū, docet Propheta qui dicit : \* Signatum est in nobis lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiā in corde meo. Tom. 2. lib. 1. de Spiritu sancto, Cap. 6.

Intelligit per Sacerdotem Episcopum, ut alias sepe, de quo vide supra cap. 9. lib. 1.

Sequitur spiritale signaculum quod audistis hodie legi, quia post fontem superest, ut perfectio fiat, quando ad inuocationem Sacerdotis Spiritus sanctus infunditur, Spiritus sapiētię & intellectus, Spiritus consilij atque virtutis, Spiritus cognitionis atque pietatis, Spiritus sancti timoris. Septem quasi virtutes Spiritus. Et omnes quidem virtutes ad Spiritum pertinent. Sed iste quasi cardinales sunt, quasi principales. Quid enim tam principale quam pietas? Quid tā principale quam cognitio Dei? Quid tā principale quam virtus? Quid tam principale quam consilium Dei? Quid tam principale quam timor Dei? Sicut timor seculi infirmitas, ita timor Dei magna est fortitudo. Iste sunt septem virtutes quando consignaris. Tom. 4. lib. 3. de Sacramentis, Cap. 2.

II. In sacramento Confirmationis gratiā conferri.

\* Esaię II. Quid nobis cōferatur per spiritale signaculum. \* 2. Cor. 5.

Vnde repete, quia accepisti signaculum spiritale, \* Spiritum sapiētię & intellectus, Spiritum consilij atque virtutis, Spiritum cognitionis atque pietatis, Spiritum sancti timoris: & serua quod accepisti. Signauit te Deus Pater, cōfirmauit te Christus Dominus, & dedit pignus Spiritus in cordibus tuis, \* sicut Apostolica lectione didicisti. Tom. 4. lib. de his qui mysterijs initiantur, Cap. 7.

CAPVT SEXTVM De Sacramento Eucharistię.

I. In sanctissimo Eucharistię sacramento verum contineri corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi

Sacramentorum ornatus.

Ornatus sacramentorum, redemptio captiuorum est. Et vere illa sunt vasa pretiosa, quę redimunt animas à morte. Ille verus thesaurus est

rus est Domini, qui operatur quod sanguis eius operatus est. Tūc vas dominici sanguinis agnosco, cum in vitroque videro redemptionem, vt calix ab holte redimat, quos sanguis à peccato redemit.

*Ac paullo post subiicit:*

Huic muneri proficere debuit aurū redemptoris, vt redimeret periclitantes. Agnosco infusum auro sanguinem Christi non solum irrutilasse, verum etiā diuinæ operationis impressisse virtutem redemptionis munere. *Tom. 1. lib. 2. Officiorum, Cap. 28.*

*Sanguis Christi  
fit in vas aureum  
infunditur.*

Stabat ad aram Dei pudoris hostia, victima castitatis, nunc capiti dexteram Sacerdotis imponens, precem poscens, nūc iustæ impatiens moræ, ac summum altari subiecta verticem: Num melius, inquit, mater tu me, quàm altare, velabis, quod sanctificat ipsa velamina? Plus talis decet flammeus, in quo caput omnium Christus quotidie consecratur. *Tom. 1. lib. 1. de Virginitibus.*

*Caput omnium  
Christus, in al-  
tari consecra-  
tur quotidie.*

Confidera nunc vtrum præstantior sit panis Angelorum, an caro Christi, quæ vtique corpus est vitæ. Manna illud è cælo, hoc supra cælum. Illud cæli, hoc Domini cælorū. Illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum seruaretur: hoc alienum ab omni corruptione, quod quicumque religiose gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis è Christo. Illos ad horam fati-  
auit aqua, te sanguis diluit in æternum. *Et infra:* Li-  
quet igitur quod præter naturæ ordinem virgo generauit, & hoc quod conficimus corpus ex virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse Dominus Iesus partus ex virgine? vera vtique caro Christi quæ crucifixa est, quæ sepulta est: vere ergo carnis illius sacramentum est. *Tom. 4. lib. de his qui inchoantur mysterijs,*

*Confert manna  
cum corpora  
re Christi, et  
aquam qua de  
petra fluxit  
cum sanguine  
eius.*

*Cap. 9.*

Confidera vbi capias sacramenta cælestia. Si hic corpus est Christi, hic & Angeli constituti sunt, \* vbi corpus ibi aquilæ volare consueuerunt, vt terrena

*In Eucharistiæ  
Christus præ-  
sens est.*

\* *Matth. 24.*

fugiant, cœlestia perant. *Tom. 4. lib. 1. de Sacramentis, Cap. 2.*

Cœlum non erat, mare non erat, terra non erat. Sed audi dicentem: \* Ipse dixit & facta sunt: ipse mandavit & creata sunt. Ergo tibi vt respondeam, non erat corpus Christi ante consecrationem. Sed post consecrationem dico tibi, quod iam corpus est Christi. Ipse dixit, & factum est: Ipse mandavit, & creatum est. Et sub finem capituli: Ergo didicisti quod

*Panis, consecratione verbi cœlestis, fit corpus Christi, & vinum aqua mixtum, sanguis. Quare nõ videtur deatur species sanguinis.* ex pane corpus fiat, & quod vinum & aqua in calicem mittitur, sed fit sanguis consecratione verbi cœlestis. Sed forte dicis: Speciem sanguinis non video. Sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem sumisti, ita etiam similitudinem pretiosi sanguinis bibis, vt nullus horror cruoris sit, & pretium tamen operetur redemptionis. Didicisti ergo quia quod accipis, corpus est Christi. *Tom. 4. lib. 4. de Sacramentis, Cap. 4.*

Iuuenis sum ego & despectus, iustificaciones tuas non sum oblitus.] Potui meo non flumina quærenda, non fontes. Christus mihi cibus, Christus mihi potus. Caro Dei cibus mihi, & Dei sanguis est potus. Non iam ad satietatem mei anhuos expecto prouentus, Christus mihi quotidie ministratur. Nõ verebor ne qua mihi cœli intemperies, aut sterilitas ruris immineat, si pij cultus diligentia perseueret. *Tom. 4. Serm. 18. in psal. 118.*

Et ideo, inquit, ieiunare non possunt filij sponsi, quamdiu cum illis est sponsus.] Isti erunt vulnerati, qui se sanctificant. Istis sponsus auferetur. Nobis autem non Caiphas, non Pilatus Christum abstulit, nec possumus ieiunare, quia Christum habemus & Christi carnem epulamur & sanguinem. Quomodo enim videtur ieiunare, qui non sitit? Quomodo videtur ieiunare, qui non sitit? Quomodo autem sitire potest, qui bibit Christum? Cùm ipse dixerit: \* Qui biberit de aqua quam ego dabo, non sitiet in æternum. *Tom. 5. lib. 5. Comment. in cap. 5. Luca.*

\* Ioan. 4.

Probet

Probet autem se homo, & sic de pane edat, & poculo bibat.] Deuoto animo & cum timore accedendum ad communionem docet, vt sciat mēs reuerentiam se debere ei, ad cuius corpus sumendum accedit. Hoc enim apud se debet iudicare, quia Dominus est, cuius in mysterio sanguinem potat, qui testis est beneficij Dei. *Tom. 5. in cap. 2. Epist. 1. ad Corinth.*

*Deuoto animo  
accedendū ad  
communionē  
corporis et san-  
guinis Christi.*

II. In Eucharistiæ admirabili sacramento, non in usu tantum dum sumitur, verum etiam ante & post sumtionem, verum corpus & verum sanguinem Christi esse.

Quid igitur obseruantiam Satyri erga Deum cum prædicem? qui priusquam perfectioribus esset initiatus mysterijs, in naufragio constitutus, cum ea qua veheretur nauis scopuloso illisa vado, & vrgentibus hinc atque inde fluctibus solueretur, non mortem metuens, sed ne vacuus mysterij exiret è vita, quos initiatos esse cognouerat, ab his diuinum illud fidelium sacramentum poposcit, non vt curiosos oculos insereret arcanis, sed vt fidei suæ conseruaretur auxilium. Etenim ligari fecit in oratio, & orarium inuoluit in collo, atque ita se deiecit in mare; non requirens de nauis compage resolutam tabulam cui supernatans iuuaretur, quoniam fidei solius arma quæsterat. Itaque his se rectū atque munitum fatis credens, alia auxilia non desiderauit. Simul fortitudinem eius spectare licet, qui fatiscēte remigio, non quasi naufragus tabulam sumserit, sed quasi fortis ex seipso adminiculū suæ virtutis assumerit. Nec deferuit spes, nec sefellit opinio. Deniq; primus seruatus ex vndis, & in portum terrenæ stationis eiectus, præfulem suū cui se crediderat recognouit, statimque vbi etiam ceteros seruulos suos, vel ipse liberauit, vel liberatos competit, negligens facultatum, nec amissa desiderans Dei Ecclesiam requisit, vt ageret gratiam liberatus, & mysteria æterna

*Satyrius frater  
Ambrosij à Sa-  
cerdotibus pe-  
nit Christi cor-  
pus, et dū na-  
uis solueretur  
illius beneficio  
seruatus est.*

*In naufragio  
non quæsiuit  
auxilia Saty-  
rius præter  
Christi corpus  
quod ligari se-  
cerat in ora-  
rio.*



cognosceret, pronuntians nullum referendæ gratiæ maius esse officium.

*Et post pauca ait:*

Ergo ille qui natura duce diuini rationem operis igneo mentis vigore perceperat, sciuit primo omnium Seruatori suo gratiam esse referendam. Sed quia referre poterat, habere poterat. Est enim huiuscemodi gratiæ vis, vt & cùm refertur habeatur, & habendo referatur. Referebat igitur gratiam, deferebat fidem. Nam qui tantum mysterij cœlestis inuoluti in oratio præsidium fuisset expertus, quantum arbitrabatur si ore sumeret, & toto pectore hauriret arcano: quàm maius putabat fufum in viscera, quod tantum sibi reatum oratio profuisset? *Tom. 3. in oratione funebri de obitu fratris Satyri.*

*Satyrus in sacramento Eucharistiæ verum Christi corpus et extra summationem & in ipsa summatione esse credidit.*

*Christi nõ hominis verbis sacramentum altaris conficitur.*

Consecratio igitur quibus verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Nam reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo defertur: oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cetetis: vbi venit vt conficiatur venerabile sacramentum, iam non suis sermonibus Sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum. *Tom. 4. lib. 4. de Sacramentis, Cap. 4.*

### III. In Eucharistiæ sanctissimo sacramento, Christum vniuentum Dei Filium cultu latriæ, etiam externo esse adorandum.

*Arriani Spiritum sanctum adorandis negant.*

*\* Psal. II.*

*\* Ioan. I. 4.*

**C**olligamus hinc ergo & concludamus Arrianorum impias quæstiones. Si enim ideo negant adorandum Spiritum, quia Deus adoratur in Spiritu: negent ergo adorandam veritatem, quia Deus adoratur in veritate. Nam licet plurimæ veritates sint, quia scriptum est: \* Diminutæ sunt veritates à filiis hominũ, donaræ tamen sunt à veritate diuina quod est Christus, qui ait: \* Ego sum via, veritas, & vita. Ergo si hoc loco veritatem ex vsu intelligunt, intel-  
ligant

ligant etiam gratiam spiritalem, & nihil est offensio-  
nis, aut si veritatem Christum accipiunt, adorandum  
negent. Sed refelluntur factis piorum, serie scriptu-  
rarum. Adoravit enim Christum Maria, & ideo præ-  
nuntia resurrectionis ad Apostolos destinatur, sol-  
uens hæreditarium nexum & fœminei generis im-  
mane delictum. Hoc enim operatus est in mysterio  
Dominus, ut ubi superabundauerat delictum super-  
abundaret & gratia. Merito quæ ad viros fœmina de-  
stinatur, ut quæ culpam viro prima nuntiauerat, pri-  
ma Domini gratiam nuntiare. Adorauerunt & Apo-  
stoli. Et ideo quia detulerunt fidei testimonium, ac-  
ceperunt fidei mysterium. Adorauerunt & Angeli,  
de quibus scriptum est: Et adorent eum omnes An-  
geli eius. Adorant autem non solum diuinitatē eius,  
sed etiam scabellum pedum eius: quia scriptum est:

*Christū ado-  
randum & fa-  
cta piorū &  
series scriptu-  
rarum osten-  
dunt.*

*Maria Chri-  
stum adorauit*

*Christū ado-  
rarunt Apo-  
li & Angeli.*

\* Psal. 98.

*In Christo hu-  
manitatis my-  
steria adoran-  
da suo exem-  
plo Apostoli  
docent.*

\* Matth. 4.

\* Psal. 98.

*Deus, quia in-  
corporeus est,  
nō indiget sca-  
bello.*

\* Et adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum  
est. Aut si negant quia in Christo etiam incarnationis  
adoranda mysteria sint, in quibus velut vestigia  
quædam diuinitatis expressa, & vias quasdam verbi  
cœlestis aduertimus, legant quia & Apostoli adora-  
bant eum in carnis gloria resurgentem. Ergo si nihil  
derogat quod Deus adoratur in Christo, quia ado-  
ratur & Christus, nihil utique derogat etiam Spiritui,  
quia Deus adoratur in Spiritu, quia adoratur &  
Spiritus, sicut Apostolus dixit: Spiritui Dei seruiamus.  
Qui enim seruit & adorat, sicut supra dictum est:  
\* Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.  
Sed ne forte propositum aliquos præterfugere vide-  
atur exemplum, qua ratione ad incarnationis do-  
minicæ sacramentū spectare videatur quod ait Pro-  
pheta: \* Adorate scabellum pedum eius, considere-  
mus. Non enim ex vsu hominum æstimare debemus  
scabellum. Neque enim corporalis Deus, aut nō im-  
mensus, ut tamquam fulcrum pedibus eius scabellum  
subiectum putemus. Neque adorandum quicquam  
præter Deum legimus, quia scriptum est, Dominum  
Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Quomodo

ergo aduersus legem Propheta præciperet sub lege nutritus & eruditus in lege? Non mediocris igitur quaestio, & ideo diligentius cōsideremus quid sit scabellum. Legimus enim alibi: \* Cælum mihi thronus, terra aut scabellum pedū meorū. Sed nec terra adoranda nobis, quia creatura est Dei. Videamus tamen ne terram illam dicat adorandam Propheta quam Dominus Iesus in carnis assumptione suscepit. Itaque per scabellum terra intelligatur, per terrā autem caro Christi, quam hodie quoque in mysterijs adoramus, & quam Apostoli in Domino Iesu (vt supra diximus) adorarunt. Neque enim diuisus Christus sed vnus. Neque cū adoraretur tamquam Dei Filius, natus ex virgine negabatur. *Tom. 2. lib. 3. de Spiritu sancto, Cap. 12.*

\* Esa. 66.

*Eadem habes apud B. Augustinum Tom. 8 in enarratiōe psalmi 98.*

*Adoratur scabellum pedum quando Christum in Eucharistia sacramento adoramus.*

III. *In sacrosancto Eucharistia sacramento substantiam panis & vini, post consecrationem non remanere.*

*Scripture exemplis ostenditur naturas panis & vini mutari posse in Christi corpus.*

\* Exod. 4.

*Virga Moysi transformatur in serpentē, et serpens rursus in virgam.*

*Fluuij Aegyptij vertuntur in sanguinem.*

*Mare rubrum virga Moysi factum in murorum speciem congelauit.*

FORTE dicas: Aliud video, quomodo tu mihi afferis quod Christi corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc superest vt probemus. Quantis igitur vtimur exemplis: Probemus non hoc esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit: maioremque vim esse benedictionis quam naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. \* Virgam tenebat Moyses, proiecit eam, & facta est serpens: rursus apprehendit caudam serpentis, & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam & serpentis, & virgæ. Currebant Aegypti flumina puro aquarum meatu, subito de fontium venis sanguis cepit erumpere. Non erat potus in fluuijs. Rursus ad Prophetæ preces cruor cessauit fluminum, aquarum natura remeauit. Circumclusus vndique erat populus Hebræorum, hinc Aegyptijs vallatus, inde mari clausus. Virgam leuaui Moyses, separauit se aqua, & in murorum speciem congelauit, atque inter vndas via pedestris apparuit.

rūt. Iordanis retrosum conuersus contra naturam in sui fontis reuertitur exordium. Nōne claret naturam vel maritimorum fluctuum vel fluuialis cursus esse mutatam? Sitiebat populus patrum, tetigit Moyses petram, & aqua de petra fluxit. Numquid non præter naturam operata est gratia, vt aqua uomeret petra, quam non habebat natura? Marath fluuius amarissimus erat, vt sitiens populus bibere non posset. \*Misit Moyses lignum in aquam, & amaritudinem suam aquarum natura deposuit, quam infusa subito gratia temperauit. \*Sub Heliseo propheta vni ex filijs prophetarum excussum est ferrum de securi, & statim mersum est. Rogauit Heliseum qui amiserat ferrum: misit etiam Heliseus lignum in aquam, & ferrum natauit: vtique & hoc præter naturam factum esse cognoscimus. Grauior est enim ferri species, quàm aquarum liquor. Aduertimus igitur maioris esse virtutis gratiam quàm naturam, & adhuc tamē propheticæ benedictionis numeramus gratiam. Quod si tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret, quid dicimus de ipsa consecratione diuina, vbi verba ipsa Domini Saluatoris operantur? Nam sacramentum istud quod accipis, Christi sermone conficitur. Quod si tantum valuit sermo Helix, vt ignem de cælo deponeret, non valebit Christi sermo vt species mutet elementorum? De totius mundi operibus legisti: Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Sermo ergo Christi, qui poruit ex nihilo facere quod nō erat, non potest ea que sunt, in id mutare quod non erāt: Nō enim minus est nouas rebus dare, quàm mutare naturas. Et paulo post: Ipse clamat Dominus Iesus: \*Hoc est corpus meū. Ante benedictionem verborū cœlestium, alia species nominatur, post consecrationem corpus Christi significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Et tu dicis, Amen: hoc est, verum est: quod os loquitur, mens

*Iordanis retrosum conuertitur.*

*Contra naturam ordinē de petra fluxit aqua.*

*Marath fluuius amarissimus dulcescit.*

*\*Exod. 15.*

*\*1. Reg. 6.*

*Helisei tempore ferrum natauit.*

*Maioris virtutis est gratia quàm natura*

*Corpus Christi si verbum: non humanis sed Dei Saluatoris fit.*

*Sermo Christi omnia ex nihilo creauit, potest mutare quod non sunt, in id mutare quod non erant.*

*\*Matth. 26.*

*Ante benedictionem panis est, post consecrationem corpus*

*pu Christi est.* interna fateatur: quod sermo sonat, affectus sentiat. His igitur sacramentis pascit Ecclesiam suam Christus, quibus animæ firmatur substantia. *Tom. 4. lib. de ijs qui mysterijs initiantur, Cap. 9.*

*Vsitatus panis mutatur in Christi carnem vi verborum ipsius Christi.*

Tu forte dicis: Meus est panis vsitatus, sed panis iste, panis est ante verba sacramentorum: vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus, quomodo potest qui panis est, corpus esse Christi consecratione. Consecratio igitur quibus verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Nam reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris: vbi venit ut conficiatur venerabile sacramentum, iam non suis sermonibus Sacerdos, sed vitur sermonibus Christi: ergo sermo Christi hoc conficit sacramentū. Quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt omnia. Iussit Dominus, & factū est cælum. Iussit Dominus, & facta est terra. Iussit Dominus, & facta sunt maria. Iussit Dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergo quàm operatorius sit sermo Christi? Si ergo tāta vis est in sermone Domini Iesu, ut inciperent esse quæ non erāt: quanto magis operatorius est ut sint quæ erant, & in aliud commutentur? Cælum non erat, mare non erat, terra non erat: sed audi dicentem, \* Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt. Ergo tibi ut respondeam, non erat corpus Christi aut consecrationem, sed post consecrationem dico tibi, quòd iam corpus est Christi: ipse dixit, & factum est: ipse mandavit & creatum est. *Tom. 4. lib. 4. de Sacramentis, Cap. 4.*

\* *Psal. 48.*

Vide singula. Qui pridie, inquit, quàm pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem. Antequàm cōsecraretur panis est, vbi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Denique audi dicentem: Accipite & edite ex eo omnes, hoc est corpus meū. Et ante verba Christi, calix est vini & aquæ plenus, vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis effici-

tur

tur qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus potens est sermo Christi vniuersa conuertere. *Sermo Christi potens est vniuersa conuertere.*

Tom. 4. lib. 4. de Sacramentis, Cap. 5.

V. Vitalem ac salutarem esse fidelibus frequentem sacrosancti corporis Christi communionem.

**P**anem nostrum quotidianum da nobis hodie. Memini sermonis mei cum de sacramentis tractarem. Dixi vobis quod ante verba Christi, quod offertur, panis dicatur: vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica quæ postea sequitur, ait: Panem nostrum? Panem quidem dixit, sed *ἄπιόσιον* dixit, hoc est, substantialiorem. Non iste panis est qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ intelligi potest æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Ideo Græce *ἄπιόσιον* dicitur. Latinus autem hunc panem quotidianum dixit, quem Græci dicunt aduenientem, Quia Græci dicunt τὴν ἄπιόσιον ἡμέραν aduenientem diem. Ergo quod Latinus dixit & quod Græcus, utrumque vitale videtur. Græcus utrumque vno sermone significauit, Latinus quotidianum dixit. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis, quemadmodum Græci in Oriente facere consueverunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi prodest. Sic Ita vitæ dñi vt quotidie idonei sumus ad communionem corporis et sanguinis domini. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere: \* quomodo Iob sanctus pro filiis suis offerebat quotidie sacrificium, ne forte aliquid vel in cor de vel in sermone peccassent. Ergo tu audis quod quotiescumque offertur sacrificium, mors Domini, resurrectio Domini, eleuatio Domini significetur, \* Iob 1. & remissio peccatorum: & panem istum vitæ non quotidianum assumis? Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus est: quia sub peccato sumus. Medicina astra est cæleste & venerabile sacramentum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quotidie si *Christi.*

\* Psal. 2.

\* Heb. 13.

\* Rom. 13.

*Christus quoti-  
die ministra-  
tur.*

*Cibus noster,  
qui est caro  
Christi, longe  
præstat cele-  
sti pane quo  
Iudei vesce-  
bantur in de-  
serto.*

\* Ioan. 6.

accipis, quotidie tibi hodie est. Si tibi hodie est Christus, tibi quotidie resurgit. Quomodo? \* Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hodie est ergo quando Christus resurgit. Hæc & hodie ipse est, Apostolus Paulus ait. Sed alibi ait: \* Nox præcessit, dies autem appropinquauit. \* Nox hæsterna præcessit, dies hodiernus appropinquauit. Tom. 4. lib. 5. de Sacram. Cap. 4.

Iuuenis sum ego & despectus, iustificationes tuas nõ sum oblitus. ] Christus mihi cibus, Christus mihi potus. Caro Dei cibus mihi, & Dei sanguis est potus. Non iam ad satietatẽ mei annuos exspecto prouentus, Christus mihi quotidie ministratur. Non verebor ne qua mihi celi intemperies, aut sterilitas ruris immineat si pij cultus diligentia perseveret. Non iam coturnicum pluuias mihi opto descendere, quas ante mirabar. Non manna quod ante cibus omnibus præferebam, quia qui manna manducauerunt patres, esurierunt. Meus cibus est, quem si quis manducauerit, non esuriet. Meus cibus est, qui non corpus impingat, sed confirmat cor hominis. Fuit mihi ante mirandus panis de cælo. Scriptum est enim: Panem de cælo dedit eis manducare: sed non erat verus ille panis, sed futuri umbra. Panem de cælo illum verum mihi seruaui Pater. \* Mihi ille panis Dei descendit de cælo, qui vitam dat huic mundo. Non Iudeis descendit, non synagoge descendit, sed Ecclesiæ descēdit, sed populo Dei iuueniori descendit. Nam quomodo Iudæis descendit panis qui vitam dedit, cum omnes, qui illum panem manducauerunt, hoc est, manna, quem putauerunt Iudæi verum panem, in deserto mortui sunt? Quomodo synagoga descendit, cum synagoga omnis interierit, & æterno ieiunio fidei macerata defecerit? Denique si accepissent panem verum, non dixissent: Domine semper da nobis panem hunc. Quid petis Iudæ, vt tribuat tibi panẽ, quem dat omnibus, dat quotidie, dat semper? In teipso est, vt accipias hunc panem. Accede ad hunc panem, & accipies eum. De hoc pane di-

ne dicitur est: \*Omnes qui elongant se abs te, peribunt. Si elongaueris ab eo, peribis: si appropinquaueris ad eum, uiues. Hic est panis uitæ. Qui ergo uitam aducat mori non potest. Quomodo enim morietur, cui cibus uita est? Quomodo deficiet, qui habuerit uitalem substantiam? Accedite ad eum, & satiari, quia panis est. Accedite ad eum & potate, quia fons est. Accedite ad eum & illuminamini, quia lux est. Accedite ad eum & liberamini, \*quia ubi Spiritus Domini, ibi libertas. Accedite ad eum & absolui, quia remissio peccatorum est. Qui sit iste, quæritis? Audite ipsum dicentem: \*Ego sum panis uitæ, qui uenit ad me non esuriat: & qui credit in me non sitiet unquam. Tom. 4. Serm. 18. in psal. 118.

Aser, pinguis eius panis, & ipse dabit escam principibus. Hic ergo diues est thesaurus, huius pinguis panis. Et bene pinguis panis, quem qui manducauerit, esurire non poterit. Hunc panem dedit Apostolis, ut diuiderent populo credentium, hodieque dat nobis eum, quem ipse quotidie Sacerdos consecrat suis uerbis. Hic ergo panis factus est esca sanctorum. Tom. 4. de benedictionibus Patriarcharum, Cap. 9.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Tunc utique paratus assiste, ut accipias tibi munimentum ut corpus edas Domini Iesu, in quo remissio peccatorum est, postulatio diuinæ reconciliationis, & protectionis æternæ. Suscipe ante Dominum Iesum tuæ mentis hospitio. Ubi corpus eius, ibi Christus est. Cum hospitium tuum aduersarius tuus uiderit occupatum cælestis fulgore presentia, intelligens locum tentamenti suis interclusum esse per Christum, fugiet & recedet, & tu mediam noctem sine ulla offensione transibis. Tom. 4. Serm. 8. in psal. 118.

V I. Ad sumtionem corporis & sanguinis dominici mentem diligenter preparandam.

Simul

\* Psal. 72.

Qui uitam aducat, mori non potest.

Christus cibus noster est, lux ite et reditio.

\* 2. Cor. 3.

\* Ioan. 6.

Christi corpus quotidie à Sacerdotibus consecratur ut sit cibus fidelium.

Ad sumtionem Christi corporis accedendum ueliberi sumus ab insidijs demonis.

ubi Christi corpus, ibi tentatus Christus est.



*Sacerdotes, qui christi corpus manibus contrectant in primis mūdōs esse oportet.*

*Sacrificiū Misse quanta reuerentia celebrandum.*

**S**imul qualis esse debeat (voluntas) quæ Christo ministrat, ostenditur. Oportet eam primo carere variarum illecebris voluptatum, vitare internū corporis animique languorem, vt corpus & sanguinem Christi ministret. Neque enim potest quiquā peccatis suis æger, minimeque sanus, immortalium sanitarum remedia ministrare: Vide quid agas Sacerdos ne febrienti manu corpus Christi attingas, prius curare, vt ministrare possis. Si mundos eos qui ante fuerāt leprosi, Christus iubet occurrere Sacerdotibus, quanto magis mundum ipsum cōuenit esse Sacerdotem. *Tom. I. lib. de Viduis.*

Quanta Domine Iesu Christe cordis contritione & lacrymarum fonte, quanta reuerētia & tremore, quanta corporis castitate, & animi puritate istud diuinum & cœleste sacrificium est celebrandum, vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibitur, vbi summa imis iunguntur, vbi adest presentia sanctorum Angelorum, vbi tu es Sacerdos & sacrificium mirabiliter & ineffabiliter constitutus. *Tom. 4. precat. I. preparante ad Missam.*

*VII. Continentiam à proprijs etiam vxoribus accessuris ad sacram Eucharistiæ synaxim iam olim in vsu fuisse.*

**V**T vacetis orationi. ] Quamquā enim sine intermissione orādum sit, (meditatio enim hæc omni die facienda est) tamen vt orationi insistatur, huic rei vacandum præcipit interpositis temporibus ad Dominum promerendum. Vt enim misereatur, mundus exorandus est. Quamuis munda sint coniugia, tamen etiam à licitis abstinentum est, vt facilius ad effectum deducatur oratio. Nam & in lege sanctificari volentes, inter cetera etiam ab vuis passis iussu Domini temperabant, vt fierent sanctiores. Cum enim quis etiā concessa non contingit, ostendit se velle quod precatur accipere. Aliter. Quoniā coniugijs consilium dat vt ad ipsum Dominū reuertamur,

*Propter orationem et sacram communionem viris à proprijs vxoribus abstinentum.*

tamur, abstinētes ab vxoribus suis, vt possint digni-  
us accipere corpus Domini. *Tom. 5. in cap. 7. Epist. 1. ad  
Corinth.*

VIII. *Sacrosanctæ Eucharistiæ mysteria non  
fuisse Ambrosij etate quibusuis exposita.*

**H**ortus conclusus foror mea, sponsa mea, hor-  
tus conclusus, fons signatus. Quo significat si-  
gnatum debere apud te manere mysteriū, (sanctif-  
simæ Eucharistiæ) ne violetur operibus malæ vitæ,  
atque adulterio castitatis, ne diulgetur quibus nō  
cōuenit, ne garrula loquacitate dispergatur in per-  
fidios. Bona debet ergo fidei tuæ esse custodia, vt in-  
temerata vitæ ac silentij integritas perseueret. *Tom. 4. lib. de ijs qui mysterijs initiantur, Cap. 9.*

*Mysteria sa-  
cramēti alta-  
ris nō esse pao-  
tesaciēda in-  
fidelibus.*

IX. *Fructum sacramenti Eucharistiæ non in  
hereticorum & schismaticorum conci-  
liabulis, sed in sola Catholica Ro-  
mana Ecclesia percipi.*

**D**enique (Satyrus) primus seruatus ex vndis &  
in portum terrene stationis euectus, p̄fulem  
suū cui se crediderat recognouit, statimque vbi etiā  
ceteros serulos suos, vel ipse liberauit, vel libera-  
tos comperit, negligens facultatum, nec amissa de-  
siderans, Dei Ecclesiam requisit, vt ageret gratias  
liberatus, & mysteria æterna cognosceret. *Et paullo  
post:* Nam qui tantū mysterij celestis (Eucharistiæ)  
inuoluti in orario p̄sidium fuisset expertus, quan-  
tum arbitrabatur si ore sumeret, & toto pectore  
hauriret arcano: quàm maius putabat fufum in vi-  
scera, quod tantum sibi tectum orario profuisset?  
Scd non ita auidus fuit, vt esset incautus. Scimus  
enim plērosque auiditate studij p̄termittere cau-  
tionem. Aduocauit ad se Episcopum, nec vllam ve-  
ram putauit nisi veræ fidei gratiā, percunctatusque  
ex eo est vtrum nam cum Episcopis Catholicis, hoc  
est

*Christi corpus  
ri tamquam  
p̄suli suo se  
in vndis credi-  
dit Satyrus.*

*Schismatico-  
rum cōmuni-  
onē fugit fra-  
ter Ambrosij.*

est cum Romana Ecclesia conueniret, & forte & ad id locorū in schismate regionis illius Ecclesia erat. Lucifer enim se à nostra tum temporis communione diuiserat, & quamquam pro fide exulasset, & fidei suæ reliquisset hæredes, non putauit tamen fidē esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei Ecclesiam non tenerent, cuius patiebantur velut quosdam artus diuidi & membra lacerari. Etenim cum propter Ecclesiā Christus passus sit, & Christi corpus Ecclesia sit, non videtur ab his exhiberi Christo fides, à quibus euacuatur eius passio, corpusque distrahitur. Itaque quamuis gratiæ fœnus teneret, & merueret tanti nominis debitor nauigare, tamen eò trāsire maluit, ubi tuto posset exsoluere. Iudicabat enim diuinæ solutionē gratiæ in affectu ac fide esse, quam quidem statim ubi primū copia liberior Ecclesiæ fuit, implere non distulit. Dei gratiam & accepit desideratam, & seruauit acceptam. Tom. 3. in oratione funebri de obitu fratris.

*Satyrius Christi corp<sup>o</sup> apud Schismaticos sumere noluit*

IX. *Ambrosij tempore sub specie panis tantum Eucharistiā à non sacrificantibus sumtā.*

*Ambrosius morti vicinus expansis manibus in modū crucis orauit.*

SEd eodem tempore quo à nobis (Ambrosius) migravit ad Dominum, ab hora circiter vndecima diei, vsque ad illam horam qua emisit spiritum, expansis manibus in modum crucis orauit. Nos vero labia illius moueri videbamus, vocem autē non audiebamus. Horatus autem sacerdos Ecclesiæ Vercellensis, cum in superiora domus se ad quietē composuisset, tertio vocem se vocantis audiuit, dicentisque sibi: Surge, festina, quia modo est recessurus. Qui descēdens obtulit Sancto Domini corpus. Quo accepto ubi glutiuuit, emisit spiritum. *Paulinus in vō. t. Ambrosij.*

*Accepto Christi corpore statim exspirat.*

Quid igitur obseruantia eius (Satyri) erga Dei cultum prædicem, qui prius quàm perfectioribus esset initiatus mysterijs, in naufragio constitutus, cum ea qua veheretur nauis scopuloso illisa vado, &

vtgentibus hinc atque illinc fluctibus solueretur, nō mortē metuens, sed ne vacuus mysterij exiret ē vita, quos initiatos esse cognouerat, ab his diuinum illud fidelium sacramentū poposcit, non vt curiosos oculos infereret arcanis, sed vt fidei suæ consequeretur auxilium. Etenim ligari fecit in oratio, & orarium inuoluit in collo, atque ita se deiecit in mare, non requirens de nauis compage resolutam tabulam cui supernatans iuuaretur, quoniam fidei solius arma quaesierat. *Tom. 3. in oratione funebri de obitu fratris.*

*Satyrus Am-  
brosij frater  
quia Eucharis-  
tiam ligari fe-  
cit in oratio,  
nō nisi sub pa-  
nis specie como-  
municare pos-  
tuit.*

CAPVT SEPTIMVM  
De Sacrificio Missæ.

I. *Visibile aliquod sacrificium in noua lege Deo offerendum, idq̄, esse, quod in Missa offertur, sanctissimum illud Eucharistiæ sacrificium.*

**N**ON prætereamus etiam sanctū Laurentium, qui cū videret Sixtum Episcopū suum ad martyrium duci, flere cœpit, non passionem illius, sed suam remanſionem. Itaque his verbis appellare cœpit: *Quò progredieris sine filio pater? quò Sacerdos sancte, sine Diacono properas? Numquam sacrificium sine ministro offerre cōsueueras. Quid in me ergo displicuit pater? Num degenerem probasti? Experire certe, vtrum idoneum ministrū elegeris. Qui commisit dominici sanguinis consecrationem, cui consummandorū confortium sacramentorum, huic confortiū tui sanguinis negas? Tom. 1. lib. 1. Offic. Cap. 41.*

*Sixtus num-  
quam sacrifici-  
um sine mis-  
ministro offerre  
cōsueuerat.*

Noli (Theodosium Imp. appellat) peccato tuo aliud peccatum addere, vt vsurpes, quod vsurpasse multis officit. Ego certe in omnibus alijs licet debitor pietati tuæ, cui ingratus esse non possum, quam pietatem multis Imperatoribus præferebā, vni adæquabam.

*Ambrosius sacrificium offerre Theodosio presente nõ fuit ausus, quod ipseus mādato mul- ti ciues Thesi salomencenses trucidati essent.*

quabam. Ego, inquam, causam in te contumaciæ nullam habeo, sed habeo timoris, offerre nõ audeo sacrificium, si uolueris assistere. An quod in vnus innocentis sanguine non licet, in multorũ licet? Non puto. Postremo scribo manu mea quod solus legas. Ita me Dominus ab omnibus tribulationibus liberet, quia non ab homine, neque per hominem, sed aperre mihi interdictum aduerri. Cũ enim essem sollicitus, ipsa nocte qua proficisci parabam, uenisse quidem uisus es ad Ecclesiam, sed mihi sacrificiũ offerre non licuit. *Tom. 3. lib. Epist. 5. Epist. 28.*

Quoniam omnibus epistolis fere solcite quæris de Ecclesia, accipe quid agatur. Postridie quã accepilitteras tuas, quibus significaueras, quod te exagitant somnia tua, moles inquietudinum grauium cœpit moueri. Nec iam portiana, hoc est, extramurana Basilica petebatur, sed Basilica noua, hoc est, intramurana, quæ maior est. Conuenerunt me primo principes uirtutũ, uiri comites consistoriani, ut & basilicam traderem, & procurarem ne quid populus turbatum moueret. Respondi quod erat ordinis, templum Dei tradi à Sacerdote non posse. Acclamatum est sequenti die in Ecclesia, etiam præfectus eò uenit, cœpit suadere ut basilica portiana cederemus. Populus reclamauit. Ita ¶ tum discessum est, ut intimaturum se Imperatori diceret. Sequenti die, erat autem Dominica, post lectiones atque tractatum dimissis catechumenis symbolum aliquibus competebus in baptisterijs tradebam basilica. Illic nuntiatum est mihi comperto quod ad portianã basilicam de palatio decanos misissent, & uela suspenderent, populi partem eò pergere. Ego tamen mansi in munere, missam facere cœpi. Dum offero, raptum cognoui à populo Castulum quendam, quẽ presbyterũ dicerent Arriani. Hunc autem in platea offenderant transeuntes. Amarissime flere, & orare in ipsa oblatione Deum cœpi, ut subueniret, nec huius sanguis in causã Ecclesiæ fieret, certe ut meus sanguis

¶ nunc

*Post lectiones & tractatũ in Missa dimittebantur Catechumeni*

*Ambrosius sacrificiũ Missæ peragit.*

sanguis pro salute non solum populi, sed etiam pro  
 ipsis impijs effunderetur. Quid multa? Missis pre-  
 sbyteris & diaconibus eripui iniuriæ virum. *Tom. 3.*  
*lib. Epist. 5. Epist. 33.*

Illa erga nobis expetenda, in quibus perfectio, in  
 quibus veritas est. Umbra in lege, imago in Euange-  
 lio, veritas in cœlestibus. Ante agnus offerebatur,  
 offerebatur vitulus, nunc Christus offertur, sed of-  
 fertur quasi homo, quasi recipiens passionem, & of-  
 fert se ipse quasi sacerdos, vt peccata nostra dimit-  
 tat. Hic in imagine, ibi in veritate, vbi apud Patrem  
 pro nobis quasi aduocatus interuenit. *Tom. 1. lib. 1. Of-  
 fic. Cap. 48.*

*Christus quo-  
 tidie offertur  
 quasi homo,  
 quasi recipiens  
 passionem, vt  
 peccata no-  
 stra dimittat.*

Memoriæ nostræ puella, dudum nobilis in secu-  
 lo, nunc nobilior Deo, cum virgeretur ad nuptias à  
 parentibus & propinquis, ad sacrosanctum altare con-  
 fugit. Quò enim melius virgo recurreret, quàm vbi  
 sacrarium virginitatis offertur? *Tom. 1. lib. 1. de Virgi-  
 nibus, sub finem.*

*Sacrarium viro  
 ginitatis Chris-  
 tus in altari  
 offertur.*

Quanta Domine Iesu Christe cordis cõtritione,  
 & lacrymarum fonte, quanta reuerètia & tremore,  
 quanta corporis castitate, & animi puritate istud di-  
 uinum & cœleste sacrificium est celebrandum, vbi  
 caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in ve-  
 ritate bibitur, vbi summa imis iunguntur, vbi adest  
 præsentia sanctorum Angelorù, vbi tu es Sacerdos  
 & sacrificium mirabiliter & ineffabiliter cõstitutus.  
*Et post pauca :* Peto Domine clemètiã tuã, vt de-  
 scendat super hunc panem & calicem istum plenu-  
 do diuinitatis tuę. Descēdat etiam Domine illa san-  
 cti Spiritus tui inuisibilis forma, & incomprehen-  
 sibilis maiestas, sicut quondam in parum hostias de-  
 scendebat, qui & oblationes nostras corpus & san-  
 guinem tuum efficiat, & me indignum Sacerdotem  
 tuum doceat tantum tractare mysterium, ita vt plã-  
 cide ac benigne sacrificiũ suscipias de manibus me-  
 is, ad salutem omnium tam viuorum quàm defun-  
 ctorum. *Tom. 4. precatioe prima preparante ad Missã.*

*Oratio Ama-  
 brosj qua sac-  
 rificaturus  
 vti solebat.*

*In Missæ sacri-  
 ficio Christus  
 est Sacerdos  
 & sacrificiũ.*

*Spiritus san-  
 ctus oblatiões  
 nostras efficit  
 corpus & san-  
 guinẽ Christi.*

Verumtamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur. Theaurizat, & ignorat cui congregabit ea.] Vidimus principem Sacerdotū ad nos venientem, vidimus & audiuimus offerentem pro nobis sanguinem suum: sequamur, vt possumus, Sacerdotes vt offeramus pro populo sacrificium: et si infirmi merito, tamen honorabiles sacrificio: quia

*Christus etsi nō videtur offerri, tamen ipse offertur in terris, quādo Christi corpus offertur. Imo ferri, tamē ipse offerre manifestatur in nobis, cuius sermo sanctificat sacrificium quod offertur. Tom. 4. in psal. 38. Apparuit autem illi Angelus stans à dextris altaris incensii.] Atque vtinam nobis quoque adolentibus altaria, sacrificiū deferentibus assistat Angelus, imo præbeat se vidēdum. Non enim dubites assistere Angelū, quando Christus assistit, Christus immolatur.\* Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Tom. 5. lib. 1. Comment. in cap. 1. Luca.*

*Angeli Sacerdoti assistunt dum Christus immolatur.*

\* 1. Cor. 5.

\* Leuit. 16.

\* Per singulos annos eidem ipsis hostijs, quas offerunt indefinenter, numquā potest accedētes perfectos facere: alioqui cessassent offerri, ideo quod nullam haberent vltra quam conscientiam peccati, cultores semel mūdati. Sed in ipsis commemoratio peccatorū per singulos annos fit. Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.] Vna est, inquit, ista hostia: ille autē multę sunt. Propterea enim nec fortes erant, quia multę. Quid autē opus erat multis, dic mihi, vna sufficiente? Proinde quod multę & semper offerebantur, ostendit nunquam eos purgari. Sicut enim medicamentū quando fuerit forte, & salutis efficax, & valens cunctā valetudinem repellere, semel impositū totum operatur. Si ergo semel impositum totum operatum fuerit, ostendit eius virtutem, vt non vterius apponatur. Si vero semper apponitur, manifestum indicium est minus illud præualuisse. Medicamenti quippe virtus illius est, vt semel apponatur, & nō frequenter. Sic etiam hic, qua ratione eidem sacrificijs semper cu-

per curabantur. Si enim omnibus essent liberati peccatis, nequaquam per singulos dies offerret quis sacrificia. Proinde commemoratio peccati fuit, non absolutio, quia quotidie iisdem purgabantur hostijs etiã & ipsi sacerdotes, & populus pariter. In Christo, e contrario semel oblata est hostia potens ad salutem sempiternam. Quid ergo nos? nõnne per singulos dies offerimus? Offerimus quidem, sed recordationem facientes mortis eius, & vna est hæc hostia, non multæ. Quomodo vna est, & non multæ quia semel oblata est in sancta sanctorum. Hoc autem sacrificium exemplar illius est, id ipsum semper offerimus, nec nunc quidem alium agnum cras, alium hodie, semper id ipsum. Proinde vnum est hoc sacrificium. Alioquin hac ratione quoniam multis in locis offertur, multi Christi sunt? nequaquam: sed vnus vbique est Christus, & hic plenus existēs, & illic plenus, vnum corpus. Sicut enim qui vbique offert, vnum corpus est, & non multa corpora: ita etiã & vnum sacrificium. Pontifex enim noster ille est, qui hostiam mundantem nos obtulit. Ipsam offerimus & nunc, quæ tunc oblata quidem consumi non potest. Hoc autem quod nos facimus, in commemorationem fit eius quod factum est. Hoc enim facite, inquit, in mei commemorationem. Non aliud sacrificium, sicut pontifex, sed ipsum semper offerimus, magis autem recordationem sacrificij operamur. Tom. 5. in cap. 10. Epist. ad Hebr.

*Offerim⁹ nos  
quotidie Chri  
stum recorda  
tionem facien  
tes mortis eius  
& vna eadē  
que est nubi o  
minus hostia.  
Sacrificiū no  
strum exema  
plar est in cru  
ce peracti.*

*In commemo  
rationē Chri  
sti offerimus  
sacrificiū cor  
poris & san  
guinis eius.*

*II. Sanctam Eucharistiam Ambrosij sententia,  
oblationem, sacrificium, victimam  
atque hostiam esse.*

**V**is scire quia verbis celestibus cõsecratur? Accipe quæ sunt verba. Dicit Sacerdos: Fac nobis, inquit, hanc oblationem ascriptam, rationabilem, acceptabile: quod est figura corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi. \* Qui pridie quàm

*Christi corpus  
oblato est a  
scripta, ratio  
nabilis, & ac  
ceptabilis.*



Lucæ 22.

1. Cor. 11.

pateretur, in sanctis manibus suis accepit panē, respexit ad cœlū, ad te sancte Pater omnipotens eterne Deus, gratias agens: benedixit, fregit, fractūque Apostolis suis & discipulis suis tradidit dicens: Accipite, & edite ex hoc omnes. Hoc enim est corpus meum, quod pro multis confringetur. Similiter etiā calicem post quā cœnatum est, pr̄ die quām pateretur accepit, respicit ad cœlum, ad te sancte Pater omnipotens eterne Deus, gratias agens: benedixit, Apostolis & discipulis suis tradidit dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes, hic est enim sanguis meus.

*In memoriam*

*passionis ab inferis resurrexisti et in cœlum ascensionis Christi offeritur hostia immaculata, rationabilis & incruenta corporis & sanguinis eius.*

*Per manus angelorum deferatur in cœlū sacrificiū nostrū ut quondā iusti Abel, patriarche Abrahæ & sacerdotis Melchisedech.*

*Tom. 4. lib. 4. de Sacramen. Cap. 5.*

Deinde quantum sit sacramentum cognosce, vide quid dicat: Quotiescumque hoc feceritis, toties commemorationem mei facietis, donec iterum adueniam. Et Sacerdos dicit: Ergo memores gloriosissimæ eius passionis, & ab inferis resurrectionis, & in cœlum ascensionis, offerimus tibi hanc immaculatam hostiam, rationabilem hostiam, incruentam hostiam, hunc panem sanctū, & calicem vitæ æternæ: & petimus & precamur ut hanc oblationem suscipias in sublimi altari tuo per manus Angelorū tuorum, sicut suscipere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificiū patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos Melchisedech.

*Tom. 4. lib. 4. de Sacramen. Cap. 6.*

Peto Domine clementiam tuam, ut descendat super hunc panem & calicem istum plenitudo diuinitatis tuæ. Descendat etiam Domine illa sancti Spiritus tui inuisibilis forma, & incomprehensibilis maiestas, sicut quondam in patrū hostias descendebat, qui & oblationes nostras corpus & sanguinem tuū efficiat, & me indignum Sacerdotem tuum doceat tantum tractare mysteriū, ita ut placide ac benigne sacrificium suscipias de manibus meis ad salutem omnium tam viuorū quā defunctorum. *Tom. 4. præcatione prima preparante ad Missam.*

Tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedech.

chisedech.] Christus Sacerdos est propter carnem *Christus sacer*  
 quam assumpsit, aut propter victimam quam pro *dos est ppter*  
 bis offerrebat à nobis susceptam, id est, carnem & san *carnē quā asē*  
 guinem: de qua victima ipse in Euangelio ait: \*Ni- *sumsit, aut p*  
 si manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis *pter victimā*  
 eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed *quā pro nobis*  
 in ista carne & sanguine nihil cruētum, nihil corru- *obtulit à no-*  
 ptibile mens humana cōcipiat: ne, sicut dicit Apo- *bis susceptam*  
 stolos, qui corpus Domini indigne māducat, iudi- *\* Ioan. 6.*  
 cium sibi manducet. *Tom. 5. in cap. 5. Epist ad Hebræos.*

*III. Offerre corpus & sanguinem Christi,  
 non esse idem quod Christum nobis  
 ad manducandum dari.*

**M**edia nocte surgebam ad confitendum tibi su-  
 per iudicia iustitiæ tuæ.] Hæc diligenter in-  
 tende, prudēter intellige, solcite require. Non per-  
 functorie ista dicuntur, sed diuina tibi mysteria de-  
 clarantur. Præueni & tu insidias tentatoris, instaure  
 prius cœlestis conuiuium. Indictum est ieiunium, ca-  
 ue ne negligas. Et si te fames quotidianum cogit ad  
 prandium, vt imemperantia declinet ieiunium, ta-  
 men cœlesti magis te seruato conuiuio. Non epulæ  
 paratæ extorqueant vt cœlestibus sis vacuus sacra-  
 mentis. Differ aliquantulum, non longe finis est di-  
 ei: imo plerique sunt eiusmodi dies, vt statim meri-  
 dianis horis adueniendum sit in Ecclesiam, canendi  
 hymni, celebranda oblatio. Tunc vtique paratus as-  
 siste, vt accipias tibi munimentum, vt corpus edas  
 Domini Iesu, in quo remissio peccatorum est, post u-  
 latio diuine recōciliationis & protectionis æternæ. *Iesu.*  
*Tom. 4. Sermon. 3. in psal. 118.*

*III. Sacrificiū Missæ à Melchisedech significatū.*

**H**esternus sermo noster ac tractatus vsque ad  
 sancti Altaris sacramēta deductus est. Et cog- *Figura sacrifi-*  
 nouimus sacramentorum istorum figuram Abrahæ *cij nostri est*

*sacrificiū quod  
obtulit Melchisedech.  
Heb. 7.*

*Non est plus  
figura quam  
veritas.*

*Sacerdotiū A.  
aronis perijt,  
Melchisedech  
vero perpetu-  
um est.*

temporibus præcessisse, quando obtulit sacrificium sanctus Melchisedech, neque initium neque finē habens dierum. Audi homo quid dicat Paulus Apostolus ad Hebræos. Vbi sunt, qui Filium Dei dicunt esse de tempore? De Melchisedech dictū est, quia neque initium, neque finem dierū habet. Si Melchisedech non habet initium dierū, num Christus habere potuit? Sed non est plus figura quam veritas. Vides ergo, quia ipse primus & nouissimus. Primus, quia auctor est omnium. Nouissimus, non quod finem inueniat, sed quod vniuersa concludat. Diximus ergo, quod in altari constituitur calix & panis. In calicē, inquit, mittitur vinum. Et quid aliud? Aqua. Sed tu mihi dicis: Quomodo ergo Melchisedech panem & vinum obtulit? Quid sibi vult admixtio aque? *Tom. 4. lib. 5. de Sacrament. Cap. 1.*

Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.] Huius ordinem sacrificij (corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi) per mysticā similitudinem Melchisedech iustissimus Rex instituit, quando Domino panis & vini fructus obtulit. Cōstat enim pecudum victimas perijisse, quæ fuerūt ordinis Aaron, non Melchisedech: sed hoc manere potius institutum, quod toto orbe in sacramentorū erogatione celebratur. *Tom. 5. in cap. 5. Epist. ad Hebr.*

#### V. Sacrificiū Missæ à Christo Domino institutū.

Quanta Domine Iesu Christe cordis contritio-  
ne, & lacrymarum fonte, quanta reuerentia &  
tremore, quāta corporis castitate, & animi puritate  
itud diuinum & celeste sacrificium est celebrandū,  
vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in  
veritate bibitur, vbi summa imis iunguntur, vbi adest  
præsentia sanctorū Angelorum, vbi tu es Sacerdos  
& sacrificium mirabiliter & ineffabiliter cōstitutus.  
Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu Deus omni-  
potens feceris offerentē dignum? Scio, & verescio,  
& ipsum pietati tuæ confiteor, quia non sum dignus  
acce-

accedere ad mysterium tantum propter nimia peccata mea, & infinitas negligētias meas. Sed scio veraciter & credo ex toto corde, & ore confiteor, quia potes me dignum facere, \* qui solus potes mundum \* Job 6. facere de immundo conceptum semine, de peccatoribus facere iustos & sanctos. Per hanc omnipotentiam tuam te rogo, vt concedas mihi peccatori hoc cœleste sacrificium celebrare cum timore & tremore, cum cordis puritate, & lacrymarum fonte, cum letitia spiritali, & cœlesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissimæ præsentia tuæ, & excubias sanctorum Angelorum tuorū in circuitu meo. Ego enim, Domine, memor venerandę passionis tuæ accedo ad altare tuum, licet peccator, vt offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti, & offerri præcepisti in commemorationem tui pro salute nostra. Tom. 4. *Christus in s̄ta tuit & offerri præcepit sacrificiū corporis & sanguinis sui.*

*precatōne prima preparante ad Missam.*  
Per singulos annos eisdem ipsis hostijs, quas offerunt indefinenter, nūquam potest accedentes perfectos facere &c. } Pontifex noster ille est, qui hostiā mundantem nos obtulit. Ipsam offerimus & nunc, quæ tunc oblata quidem consumi non potest. Hoc autem quod nos facimus, in commemorationē fit eius quod factum est. \* Hoc enim facite, inquit, in mei commemorationem. Non aliud sacrificium, sicut pontifex, sed ipsum semper offerimus, magis autem recordationē sacrificij operamur. Tom. 5. in cap. 10. *Epist ad Hebræos.*

*V I. Sacrificium Missæ vere propitiatorium esse, eiusque oblatione peccatorum veniam impetrai.*

**V**Mbra in lege, imago in Evangelio, veritas in cœlestibus. Ante agnus offerebatur, offerre- *Christus se*  
batur vitulus, nunc Christus offertur, sed offertur *ipse offert in*  
quasi homo, quasi recipiens passionem, & offert se *altari quasi*  
ipse quasi Sacerdos, vt peccata nostra dimittat. Hic *Sacerdos, vt*

*peccata nostra dimittat.* in imagine, ibi in veritate, ubi apud Patrem pro nobis quasi aduocatus interuenit. *Tom. 1. lib. 1. Officior. Cap. 48.*

*Remissio peccatorum significatur, cum offerretur sacrificium.* Ergo tu audis quod quotiescūque offertur sacrificium, mors Domini, resurrectio Domini, eleuatio Domini significetur, & remissio peccatorum: & pascuam istum vitæ non quotidianum assumis? Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus est, quia sub peccato sumus. Medicina est cœlestis & venerabile sacramentum. *Tom. 4. lib. 5. de Sacram. Cap. 4.*

*Christus in vltima cena instituit sacrificium in commemorationem sui pro salute nostra.*

Ego Domine memor venerandę passionis tuę accedo ad altare tuum, licet peccator, vt offeram tibi sacrificium quod tu instituisti, & offerri præcepisti in cōmemorationem tui pro salute nostra. Suscipe ergo iitum quæso summe Deus, dulcissime Iesu Christe pro Ecclesia tuā sanctā, & pro cūcto populo tuo, quem acquisuisti sanguine tuo pretioso. Et quoniā me peccatorem inter te & eundem populum mediū esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officium dispensationis creditæ non recuses, nec per me indignum famulum tuum eorū salutis pereat pretium, pro quibus victima factus salutaris dignatus es esse redemptio. Profero ergo Domine (si dignaris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum, captiuorum gemitū, miseriam orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debiliū, desperationes languentium, defectus senum, suspiria iuuenum, vota virginum, lamenta viduarum. Tu enim misereris omnium Domine, & nihil odisti omnium quæ fecisti. Memorare quæ sit substantia nostra, quia tu pater noster es, ne irascaris satis, neque multitudinem viscerum tuorū super nos contineas. *Et post pauca:* Rogo te Domine per ipsum sacrosanctum mysterium corporis & sanguinis tui, quo quotidie in Ecclesia tua pacimur & potamur, abluimur & sanctificamur, atque vnus tuæ summæque diuinitatis participes effici-mur, quatenus des mihi virtutes tuas sanctas, quibus

bus repletus bona conscientia ad altare tuum accedam, ita vt hæc cœlestia sacramenta efficiantur mihi salus & vita. *Tom. 4. precatione prima preparante ad Missam.*

VII. *Pro mortuis Missæ sacrificiū rite offerri.*

**E**T huic (Valentiniano) adhuc intercessionem *Pro Valentiniano mortuo orat, & sacrificium offert Ambrosius.* ascisco, cui remunerationē præsumo? Date manibus sancta mysteria. Pio requiem eius poscamus affectu. Date sacramenta cœlestia mysteria. Animā piam nostris oblationibus prosequamur. Extollit e populū mecum manus in sancta, vt eo saltem munere vicem eius meritis repēdamus. Nec ego floribus tumulum eius aspergam, sed spiritum eius Christi odore perfundam. Spargāt alij plenis lilia calathis, nobis lilium est Christus. Hoc reliquias eius sacrobo, hoc eius gratiam commēdabo. Numquam ego piorum fratrum separabo numerum, merita discernam. Scio quōd Dominum commemoratio ista conciliet, copula ista deletet. *Tom. 3. in oratione funebri de obitu Valentiniani Imp.*

Rogamus etiam te sancte Pater pro spiritibus fidelium defunctorum, vt sit illis salus æterna, ac perpetua sanitas, gaudium & refrigerium sempiternum hoc magnum pietatis sacramentum. Domine Deus meus, sit illis hodie magnum & plenum gaudium de te pane viuō, & vero, qui de cœlo descendisti, & das vitam mundo de carne sancta & benedicta, agni videlicet immaculati, qui tollis peccatum mundi. Et potari de fonte pietatis tuę, qui per lanceam militis de latere emanauit crucifixi Domini nostri, vt consolati exsultent in laude & gloria tua sancta. Peto Domine clementiam tuam, vt descendat super hunc panem & calicem istum plenitudo diuinitatis tuę. Descendat etiam Domine illa sancti Spiritus tui inuisibilis forma, & incomprehensibilis maiestas, sicut quondam in patrum hostias descendebat, qui & oblationes nostras corpus & sanguinem tuum efficiat,

*Offertur Chri & me indignum sacerdotem tuum doceat tantum  
 Ets corpus ad tractare mysterium, ira vt placide ac benigne sacri-  
 salute omniu ficiam suscipias de manibus meis ad salutem omni-  
 tam viuorum um tam viuorum quam defanctorum. Tom. 4. prece-  
 quam mortu- tionem prima preparante ad Missam.  
 orum.*

V III. Angelos aſtare Sacerdoti, dum ſanctiſ-  
 ſimum Miſſa ſacrificium Deo offert.

*Angeli aſſi-  
 ſtunt Sacerdo-  
 ti ſacrificati.*

*Nō eſt dubiū  
 Sacerdoti An-  
 gelū aſſistere,  
 dum Chriſtus  
 aſſiſtit, Chri-  
 ſtus immola-  
 tur.*

Q Vanta Domine Ieſu Chriſte cordis contritio-  
 ne, & lacrymarum fonte, quanta reuerentia &  
 tremore, quanta corporis caſtitate, & animi purita-  
 te iſtud diuinum & celeſte ſacrificium eſt celebra-  
 dum, vbi caro tua in veritate ſumitur, vbi ſanguis  
 tuus in veritate bibitur, vbi ſumma imis iunguntur,  
 vbi adeſt preſentia ſanctorum Angelorum, vbi tu es  
 Sacerdos & ſacrificium mirabiliter & ineffabiliter  
 cōſtitutus. Tom. 4. preceatione prima preparate ad Miſſā.

Apparuit autem illi Angelus à dextris altaris in-  
 cenſi.] Atque vtinam nobis quoque adolentibus al-  
 taria, ſacrificium deferentibus aſſiſtat Angelus, imo  
 præbeat ſe videndum. Non enim dubites aſſiſtere An-  
 gelum, quādo Chriſtus aſſiſtit, Chriſtus immolatur.  
 Etenim paſcha noſtrū immolatus eſt Chriſtus. Nec  
 verearis, ne torbetur cor tuum Angeli viſione. Tom.  
 5. lib. 1. Comment in cap. 1. Lucæ.

## CAPVT OCTAVVM

De Cæremonijs & alijs ad Miſſam  
 pertinentibus.

I. Vino in calice offerendo miſcendā eſſe aquam.

H Eſternus ſermo noſter ac tractatus vſque ad  
 ſancti altaris ſacramenta deductus eſt. Et  
 cognouimus ſacramentorum iſtorum figu-  
 ram Abrahæ temporibus præceſſiſſe, quando obtru-  
 lit ſacrificium ſanctus Melchiſedech, neque in iurum  
 neque

neque finem habens dierum. Audi homo, quid dicat Paulus Apostolus ad Hebræos. Vbi sunt, qui dicunt, Filium Dei esse de tempore? De Melchisedech dictum est, quia neque initium, neque finem dierum habet. Si Melchisedech non habet initium, num Christus habere pouit? Sed non est figura plus quam veritas. Vides ergo, quia ipse primus & nouissimus. Primus, quia auctor est omnium. Nouissimus, non quod finem inueniat, sed quod vniuersa concludat. Diximus ergo, quod in altari constitutatur calix & panis. In calice, inquit, mittitur vinum. Et quid aliud? Aqua. *Vinum aqua mixtum offertur.* Sed tu mihi dicis: Quomodo ergo Melchisedech panem & vinum obtulit? Quid sibi vult admixtio aquæ? Rationem accipe. Primo omnium, figura, quæ ante præcessit tempore Moysi, quid habet? *Quare aqua vino miscetur.* Quia cum sitiret populus Iudeorum, & murmuraret, quod aquam inuenire non posset, iussit Deus Moysi ut tangeret petram de virga. Tetigit petram, & petra vndam maximam fudit, sicut Apostolus ait: \*Bibebant autem \*1. Cor. 10. de consequente petra, petra autem erat Christus. Non immobilis petra, quæ populum sequebatur. Et tu bibe, ut te Christus sequatur. Vide mysterium. Moyses, hoc est propheta. Virga, hoc est verbum Dei. Sacerdos verbo Dei tangit petram, & fluit aqua, & bibit populus Dei. Tangit ergo Sacerdos calicem, redundat aqua in calice, salit in vitam æternam, & bibit populus Dei, qui Dei gratiam consecutus est. Didicisti ergo hoc. Accipe & aliud. In tempore dominicæ passionis cum sabbatum magnam instaret, quia vivebat Dominus noster Iesus Christus, vel latrones missi sunt qui percuterent eum: venientes inuenierunt defunctum Dominum Iesum Christum: tunc vnus de militibus lancea tetigit latus eius, & de latere eius aqua fluxit & sanguis. *Ex Christi latere aqua & sanguis fluxit, istius recordamur dum aqua vino miscetur* Quare aqua? quare sanguis? Aqua ut emundaret, sanguis ut redimeret. Quare de latere? Quia vnde culpa, inde gratia. Culpa per feminam, gratia per Dominum Iesum Christum. *Tom. 4. lib. 5. de Sacrament. Cap. 1.*

Ergo



Ergo didicisti, quòd ex pane corpus fiat Christi, & quòd vinū & aqua in calicem mittitur, sed fit sanguis consecratione verbi cœlestis. *Tom. 4. lib. 4. de Sacrament. Cap. 4.*

Antequam consecratur, panis est, vbi autem verba Christi acceperint, corpus est Christi. Denique audi dicentem: Accipite & edite ex eo omnes, hoc est enim corpus meum. Et ante verba Christi, calix est vini & aque plenus, vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur, qui plebem redemit. *Tom. 4. lib. 4. de Sacrament. Cap. 5.*

*II. Vasa sacra in vsu fuisse Ambrosij tempore ad diuina mysteria peragenda.*

**H**oc maximum incentiuū misericordie, vt compatiatur alienis calamitatibus, necessitates aliorum quantum possumus iuueamus, & plus interdum quàm possumus. Melius est enim pro misericordia causas prestare, vel inuidiam perpeti, quàm prætereundere inclementiam: Vt nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confrēgerimus vasa mystica, vt captiuos redimeremus: quod Arrianis displicere poterat, nec t. factū displicere, quàm vt esset, quod in nobis reprehēderent. Quis autē est tam durus, immitis, ferreus, cui displiceat quòd homo redimitur à morte, fœmina ab impuritatibus barbarorum, quæ grauiores morte sunt: adolescentulæ, vel pueri, vel infantes ab idolorum contagijs, quibus mortis metu inquinabantur? Quam causam nos etsi non sine ratione aliqua gessimus, tamen ita in populo persecuti sumus, vt cōfiteremur, multo quē fuisse cōmodius astrueremus, vt animas Domino quàm aurum seruaremus. Qui enim sine auro misit Apostolos, & Ecclesias sine auro congregauit. Aurum Ecclesia habet, non vt seruet, sed vt erogat, & subueniat in necessitatibus. Quid opus custodire, quod nihil adiuvat? An ignoramus quānum auri atque argenti de templo Domini Assyrij sustulerint? Nōne melius constat

*Ambrosius vasa mystica confregit, vt captiuos redimeret.*

*Aurea vasa Ecclesia habet.*

constat Sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quam sacrilegus contaminata asporret hostis: Nōne diciturus est Dominus: Cur passus es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurum, vt ministrasses alimoniam? Cur tot captiui deducti in commercium sunt, nec redempti? Cur tot ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, vt vasa viuentium seruares, quā metallorum? His non posset respōsum referri. Quid enim diceres? Timui, ne templo Dei ornatus decisset? Responderet: Aurū sacramenta non quærunt: neque auro placent, quę auro non emuntur. Ornatus sacramentorum redemptio captiuorū est. Et vere illa sunt vasa pretiosa, quę redimūt animas à morte. Ille verus thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis eius operatus est. Tunc vas dominici sanguinis agnosco, cum in vtroque videro redemptionē, vt calix ab hoste redimat, quos sanguis à peccato redemit. Quā pulcrum, vt cum agmina captiuorum ab Ecclesia redimūtur, dicatur: Hos Christus redemit: Ecce aurum quod probari potest, ecce aurum vtile, ecce aurum Christi quod à morte liberat, ecce aurum quo redimitur pudicitia, seruatur castitas. Hos ergo malui vobis liberos tradere, quā aurū referuare. Hic numerus captiuorum, hic ordo præstantior est, quā species poculorum. Huic muneri proficere debuit aurum redemptoris, vt redimeret periclitantes. Agnosco infusum auro sanguinem Christi nō solum irritulasse, verum etiam diuinę operationis impressisse virtutē redemptionis munere. Tale aurum sanctus martyr Laurētius Domino referuauit, à quo cum quæreretur thesauri Ecclesię, promisit demonstraturum se. Sequēti die pauperes duxit. Interrogatus vbi essent thesauri quos promiserat, ostēdit pauperes, dicens: Hi sunt thesauri Ecclesię: Et vere thesauri, in quibus Christus est, in quibus Christi fides est. Denique Apostolus ait: \* Habemus thesaurum in vasis fictilibus. Quos meliores thesauros habet Christus, quā

*Melius est vas  
sa viuentium  
seruare quā  
metallorum.*

\* 2. Cor. 4.

cos,

\* *Matth. 25.*

eos, in quibus se esse dixit? Sic enim scriptum est: \*E. furiui, & dedistis mihi māducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me. Et infra: Quod enim vni horum fecistis, mihi fecistis. Quos meliores Iesus habet thesauros, quàm eos in quibus amat videri? Hos thesauros demonstrauit Laurentius, & vicit, quòd eos nec persecutor potuit auferre. \*Itaque Ioachim, qui aurum in obsidione serua-

\* *4. Reg. 25.*

bat, nec dispensabat alimoniam comparandæ: & aurum vidit diripi, & se in captiuitatem perducì. Laurentius, qui aurum Ecclesiæ maluit erogare pauperibus, quàm persecutori reseruare, & singulari interpretationis viuacitate sacrã martyrij accepit coronam. Numquid dictum est sancto Laurentio: Non debuisti erogare thesauros Ecclesiæ, vasa sacramen-

*Aurea Ecclesie vasa in suum priuatum vsum conuertere crimè est.*

torum vendere? Opus est, vt quis fide sincera, & perspicaci prouidentia munus hoc impleat. Sane si in sua aliquis deriuat emolumenta, crimen est: si vero pauperibus erogat, captiuum redimit, misericordia est. Nemo enim potest dicere, Cur pauper viuit? Nemo potest queri, quia captiuui redempti sunt. Nemo potest accusare, quia templum Dei ædificatum est. Nemo potest indignari, quia humanis fidelium reliquijs spatia laxata sunt. Nemo potest dolere, quia in sepulchris Christianorum requies defunctorum est. In his tribus generibus vasa Ecclesiæ etiã initiata confringere, conflare, vendere licet. Opus est, vt de Ecclesia mystici poculi forma non exeat, ne ad vsus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ideo intra Ecclesiam primum quesita sunt vasa, quæ initiata non essent: deinde comminuta, postremo conflata, per minutas erogationes dispensata egentibus, captiuorum quoque pretijs profecerunt. Quòd si defunt noua, & quæ nequaquam initiata videantur: in huiusmodi vsus, quos supra diximus, arbitror omnia pie posse conuerti. *Tom. 1. lib. 2. Offic. Cap. 28.*

*In quibus casibus liceat vasa Ecclesie etiam initiata confringere.*

III. *Quadam verba Canonis sacrificij Missæ  
apud Ambrosium reperiri.*

**V**T scias hoc esse sacramentū, huius figura ante præcessit. Deinde quantum sit sacramētum cognosce, vide quid dicat: Quotiescumque hoc feceritis, toties commemorationem mei facietis, donec iterum adueniam. Et Sacerdos dicit: Ergo memores gloriosissimæ eius passionis, & ab inferis resurrectionis, & in celos gloriosæ ascensionis, offerimus tibi hanc immaculatam hostiam, rationabilem hostiam, incruentam hostiam, hunc panem sanctum, & calicem vitæ æternæ: & petimus & precamur, vt hanc oblationem suscipias in sublimi altari tuo per manus Angelorum tuorum, sicut suscipere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abraham; & quod tibi obtulit summus sacerdos Melchisedech. *Tom. 4. lib. 4. de Sacramento. Cap. 6.*

**CAPVT NONVM**  
De Sacramento Pœnitentiæ.

1. *Baptizatos in Christo non posse in peccata relabi, falsum & hæreticorum dogma esse.*

**V**Os (Nouatianos) quis ferat, qui putatis vobis opus non esse mundari per pœnitentiā: quia mundatos vos dicitis esse per gratiam: quasi iam peccare vobis impossibile sit. *Tom. 1. lib. 1. de Pœnitent. Cap. 8.*

*Nouatiani impossibile indubitanter cabant baptizatos in peccata relabi.*

II. *Fidelibus, quoties post Baptisimum in peccata relabuntur, Pœnitentiæ sacramentū superesse, quo veniam peccatorum consequentes Deo reconcilientur.*

**N**onne tibi consumi videtur, quando in baptismatis sacramento interit totus homo exterior?

\* Rom. 6.

or? \* Vetus homo noster exterior crucifixus est cruci, Apostolus clamat. Illic, sicut Patrum exempla te docet, Aegyptius demergitur: Hebræus resurgit sancto renouatus Spiritu, qui etiam per mare rubrum inoffenso transiit vestigio, \* vbi baptizati sunt Patres sub nube, & in mari. In diluuiio quoque Noe tempore mortua est omnis caro, iustus tamen cum sua progenie seruatus est. An non consumitur homo, cum absorbetur mortale istud à vita? Denique exterior corrumpitur, sed interior renouatur. Nec solum in baptismo, sed etiam in pœnitentia fit carnis interitus ad profectum spiritus, sicut apostolica docemur auctoritate, dicente sancto Paulo: Iudicauit presens eum, qui sic operatus est, tradere huiusmodi sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. *Tom. 1. lib. 3. Officior. Cap. 14.*

\* 2. Cor. 4.

Cum hæc certa fide sicut est animo conceperis, quia necesse est præuaticricem animam tartareis pœnis, & gehennæ ignibus tradi, nec aliud remediū constitutum esse post baptismum, quàm pœnitentiæ solatium, quantumuis afflictionem, quantumuis laborem, & indecorem subire, esto contenta: dummodo ab æternalibus pœnis libereris.

*Nō solū in baptismo, sed etiam in pœnitentia fit carnis interitus.*

*Et post pauca:*

*Post baptismū nullum restat aliud remediū quàm pœnitentia.*

Sed tu, quæ iam ingressa es agonem pœnitentiæ, insiste misera fortiter, inhare tamquam naufragus tabulæ, sperans per ipsam te de profundo criminum liberari. *Tom. 1. lib. ad virg. laps. Cap. 8.*

*Pœnitentia seculda post naufragiū tabulæ.*

Vnde liquet eos inter Christi discipulos non esse habendos, qui dura pro mitibus, superba pro humilibus sequenda opinantur: & cum ipsi querant Domini misericordiam, alijs eam denegant, vt sint doctores Nouatianorū, qui mundos se appellat. Quid his superbius, cū Scriptura dicat: \* quia nemo mundus à peccatis, nec vnus diei infans? Et Dauid clamat: \* A delicto meo munda me? Quid autem durius, quàm vt indicant pœnitentiam, quam non relaxent,

*Nouatiani se mundos appellant.*

\* Iob 15.

\* Psal. 50.

non relaxent, pœnitentiam denegant, vt naufragi perirent? sed tam pœnitentiam minuit nauis. *Tom. 1. lib. ad virg. laps. Cap. 8.*

xent, cùm vtique veniam negando incentiuum auferant pœnitentiæ. Nemo enim potest bene agere pœnitentiam, nisi qui sperauerit indulgentiam. Sed negant oportere his reddi communionem, qui prauaricatione lapsi sint. Si vnum tantum crimen exciperent sacrilegij, cui veniam negarêt, dure quidem, sed tamen diuinis tantum redargui viderentur sententijs, assercionibus tamen suis conuenirent. Dominus enim crimē nullum excepit, qui peccata donauit omnia. *Tom. 1. lib. 1. de Pœnitent. Cap. 1.*

*Nullū est tam graue crimen, quod nō pœnitentiā excipiat.*

Sed aiunt se exceptis grauioribus criminibus relaxare veniam leuioribus. Non hoc quidem auctor vestri erroris Nouatianus ait, qui nemini pœnitentiam dandam putauit, ea scilicet cōtemplatione, vt quod ipse non posset soluere, non ligaret, ne ligando sperari à se faceret solutionem. In eo igitur patrem vestrum propria damnatis sententiā, qui distinctionem peccatorum facitis, quæ soluenda à vobis putetis, & quæ sine remedio esse arbitremini. Sed Deus distinctionem nō facit, qui misericordiam suam promisit omnibus, & relaxandi licentiam Sacerdotibus suis sine vlla exceptione concessit. *Tom. 1. lib. de Pœnit. Cap. 2.*

Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti non licet? In baptismo vtique remissio omniū peccatorum est. Quid interest, vtrum per pœnitentiā, an per lauacrum hoc ius sibi datum Sacerdotes vindicent. Vnum in vtroque ministeriū est. Sed dices, quia in lauacro operatur mysteriorum gratia. Quid in pœnitentiā? Nōne Dei nomē operatur? Quid ergo: vbi vultis vindicatis vobis Dei gratiā, vbi vultis repudiatis? Sed hoc insolentis arrogantię, nō sancti timoris est, vt fastidio vobis sint, qui volunt agere pœnitentiam. Perpeti videlicet stentium lacrymas non potestis. Non ferūt oculi vestri vilia vestimentorum, illuuiem fordidatorum, superbo oculo & tumido corde delicati mei arroganti voce dicētes singuli: Noli me tangere, quia mundus sum. Dixit quidem

*Sacerdotes p baptismum et pœnitentiam æque peccata remittunt.*

*Mores pœnitentium.*

Q dem

\* Ioan. 20.

dem Dominus ad Mariam Magdalenam: \* Noli me tangere, sed non dixit, quia mundus sum, qui mundus erat: tu audes Nouatiane te mundum dicere, qui etsi operibus mundus esses, hoc solo verbo fieres immundus. Esaias dicit: \* O miser ego, & compunctus corde: quia cum sim homo, & immunda labia habeam, in medio quoque populi immunda labia habentis inhabitarem: & tu dicis, mundus sum, cum mundas non sit, ut scriptum est, \* nec vnus diei infans?

\* Esa. 6.

\* Iob 15.

\* Psal. 50.

Dauid dicit: \* Et à delicto meo munda me: quem vtique misericordem saepe Domini iustificauit gratia: tu mundus, cum tam iustus sis, ut non miserearis, ut festucam in oculo fratris tui videas, trabem aurem, quæ in oculo tuo est, non consideres? Tom. 1. lib. 1. de Penitent. Cap. 7.

*Iudas si penitentiam apud Christum egisset, venia non potuisset excludi.*

\* Matth. 27.

Arbitror, quod etiam Iudas potuisset tanta Dei miseratione non excludi à venia, si penitentiam non apud Iudæos, sed apud Christum egisset. \* Peccaui, inquit, quod tradiderim sanguinem iustum. Responderunt: Quid ad nos? tu videris. Quæ vox alia vestra est, cum etiam minoris peccati reus vobis factum proprium confitetur? Quid responderis aliud, nisi hoc: Quid ad nos? tu videris? Hunc sermonem laqueus sequitur: eo feracior est pena, quo culpa est minor. Tom. 1. lib. 2. de Penitent. Cap. 5.

*Mortui in Ecclesia per penitentiam reuiscunt.*

Lazarum Iudæi interficere volebant. Nonne merito eorum successores vos fore cognoscitis, quorum dicitur hæredes estis? Nam & vos indignamini, & contra Ecclesiam congregatis concilium: quia videtis mortuos in Ecclesia reuiuiscere, & peccatorum indulta venia resuscitari. Itaque quod in vobis est, per inuidiam vultis interficere resuscitaros. Sed Iesus non reuocat beneficia, imo cumulo suæ liberalitatis amplificat. Reuiscit sollicite resuscitatum, & celebratæ resurrectionis gratia lætus ad cenam venit, quam ei sua præparauit Ecclesia, in qua ille qui fuerat mortuus, viuus inter discumbentes cum Christo inuenitur. Tunc mirantur omnes qui vident puro vtique

vtique obtutu mentis, qui inuidere non norunt. Tales enim Ecclesia filios habet. Miratur, vt dixi, quomodo ille, qui iacebat in tumulo heri & nudius tertius, vnus sit de discubentibus cum Domino Iesu. Ipsa Maria mittit vnguentu in pedes Domini Iesu. Ideo forte in pedes, quia vnus de infimis creptus est mortui. Omnes enim corpus Christi sumus, sed alij forte superiora membra sunt. Os erat Christi Apostolus, qui dicebat: \*Experimentu queritis eius, qui in me loquitur, Christus? Os eius Prophetæ, per quos loquebatur futura. Vtinam ego pes eius esse merear, & mittat in me Maria vnguentum pretiosum, & vngat, & peccata extergat. *Tom. 1. lib. 2. de Panit. Cap. 7.*

De equite lectum est: \*Et eques ascendit retrorsum, expectans salutem Domini. Etenim quia nemo sine lapsu est, etiam si quis ceciderit, & terrenis alijsque vitijs fuerit implexus, si tamen non abijciat spem resurgendi, fretus miseratione diuina perueniet ad salutem. *Tom. 4. de Nabuth Iex raelita, Cap. 15.*

Pater, inquit, peccaui in coram & coram te. Hec est prima confessio apud auctorem naturæ, præsulæ misericordiæ, arbitrum culpæ. Sed etsi Deus nouit omnia, vocem tamen tuæ confessionis expectat. \*Ore enim confessio fit ad salutem: quia alleuat pondus erroris quisquis ipse se onerat: & accusationis excludit inuidiam, qui accusatorem præuenit confitendo: \*Iustus enim in primordio sermonis accusator est sui. Frustra autem velis occultare, quem nihil falsas, & sine periculo prodas, quod scias esse iam cognitum. Cōfiteri magis, vt interueniat pro te Christus, quem aduocatum habemus apud Patrem. Roget te Ecclesia, & illacrymet populus. Nec vereare ne non imperes. Aduocatus spōdet veniam, patronus promittit gratiam, reconciliationem tibi paternæ pietatis pollicetur assertor. Crede, quia veritas est: acquiesce, quia virtus est. Haber causlam, vt pro te interueniat, ne pro te gratis mortuus sit. Haber & causlam ignoscēdi Pater, quia quod vult Filius, vult

\* 2. Cor. 13.

\* Gen. 49.

Nemo sine lapsu est, etiam si quis ceciderit, & terrenis alijsque vitijs fuerit implexus, si tamen non abijciat spem resurgendi, fretus miseratione diuina perueniet ad salutem.

Deus etsi omnia nouit, vocem tamen me confessionis nostræ expectat.

\* Rom. 10.

\* Prouerb. 18.

Christu aduocatum habemus apud Patrem.



& Pater. Peccavi in cœlum, & coram te.] Non vti- que elementum exprimitur, sed peccato animę cœ- lectia significatur dona Spiritus imminuta: vel quia ab illius gremio matris Hierusalem, quę in cœlo est, non debuit deuiare. Iam non sum dignus vocari fi- lius tuus.] Deiectus enim se exaltare non debet, vt merito suę possit humilitatis attolli. Fac me sicut vnum mercenariorum tuum.] Nouit esse distãtiam inter filios, amicos, mercenarios, & seruos. Filius per lauacrũ, amicus per virtutem, mercenarius per laborem, seruus per timorem. Sed etiam ex seruis & mercenarijs fiunt amici, iuxta quod scriptum est: \* Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis, iam nõ dicam vos seruos. Hęc apud se dixit. Sed non satis est dicere, nisi ad patrem venias. Vbi illum requiras? vbi inuenias? Exsurge primo, qui se- dens ante dormiebas. Et ideo dicit Apostolus: Sur- ge, qui dormis, & exsurge à mortuis. Iniquitas in ta- lento plumbeo sedet. Moyfi dicitur: Tu autem hic sta. Stãtes elegit Christus. Exsurge ergo, curre ad Ec- clesiam: hic est Pater, hic est Filius, hic est Spiritus sanctus. Occurrit tibi, qui audit te intra mētis secre- ta tractantem. Et cùm adhuc longe sis, videt & ac- currit. Vider in pectore tuo: accurrit ne quis impedi- at: cõplectitur quoque: in occurso præsentia est, in complexu clementia. Et quasi quodã patrij amo- ris affectu supra collum cadit, vt iacentem erigat, & oneratum peccatis atque in terrena deflexum refle- ctat ad cœlum, in quo suum quęrat auctorem. Cadit in collum tuũ Christus, vt ceruicem iugo exuat ser- uitutis, & collo tuo iugum suauis suspendat. Nonne tibi videtur cecidisse in collũ Ioannis, quando erat Ioannes in sinu Iesu ceruice recumbens reflexa? Et ideo verbum apud Deum vidit, quia erectus est ad superna. Cadit in collum, cùm dicit: \* Venite ad me, qui laboratis, & ego vos reficiam: tollite iugũ me- um super vos. Cadit ergo in collũ hoc modo, si con- uertaris, & iubet proferri stolam, annulum, calcea-  
men-

*Ex mercena-  
rijs quomodo  
fiat amici Dei*  
\* Ioan. 15.

*In sola Eccles-  
sia Pater est  
qui filiũ pro-  
digum in gra-  
tiam recipit.*

\* Matth. 11.

menta. Stola amictus est sapientiæ, quo nuda corporis Apostoli regunt, eo quòd se vnusquisque conuoluat. Et ideo stolas accipiunt, vt corporis infirmitatem sapientiæ spiritualis virtute cõuestiant. De sapientia enim dictum est: Lauabit in vino stolam suam. Ergo stola spiritale indumentum & vestimentũ est nuptiale. Annulus quid est aliud nisi sincere fidei signaculum, & expressio veritatis? Calceamentum autem Euãgelij prædicatio est, & ideo accepit sapientiam primam. Est enim & alia, quæ mysteriũ nescit, quæ accepit dictorum suorum factorumque signaculum, & quoddam monumentum bonæ intentionis & cursus, necubi offendat ad lapidem pedem suum, & supplantatus à diabolo dominicæ prædicationis officiũ derelinquat. Hęc est prædicatio Euãgelij ad cœlestẽ cursum dirigens præparatos, vt non in carne ambulemus, sed in spiritu. Occiditur & vitulus saginatus, vt carnem Domini spiritali opimã virtute per gratiam sacramenti mysteriorum consortio restitutus epuletur. Nemo enim qui timuerit Deum (quod est initium sapientiæ) nisi signaculum spiritale vel custodierit, vel receperit, nisi Dominũ prædicauerit, sacramentis debet interesse cœlestibus. Qui autem annulum habet, & Patrem habet, & Filium, & Spiritum sanctum: quia signauit nos Deus, cuius imago Christus: & dedit Spiritum pignus in cordibus nostris, vt sciamus hoc annuli istius, qui in manu datur, esse signaculum, quo cordis interiora, factorumque nostrorum ministeria signantur. Ergo signati sumus, sicut & legimus: \* Credentes, inquit, signati estis Spiritu sancto. Bene autem carnẽ vituli, quia sacerdotalis est victima, quæ pro peccatis fiebat, epulantem patrem inducit filius, vt ostenderet, quoniã paternus cibus est salus nostra: & patris gaudium, nostrorum redemptio peccatorum est. Et hic quidem si ad Patrem referas, quia hostia pro peccatis Filius est, delectatur Pater reditu peccatoris, supra delectatur Filius inuenta oue: vt scias quia

*Que sit prædicatio Euãgelij.*

\* Ephes. 1.

*Patris gaudium est redemptio nostrorum peccatorum.*

vna est Patris & Filij delectatio, vna operatio in Ecclesie fundamento. *Tom. 5. lib. 7. Comment. in cap. 15. Lucae.*

Et acetum offerebant Iudæi.] Ergo acetum bibitur, hoc est, vitium corruptæ per Adam immortalitatis aboletur in calamo, vt de corpore absolueretur humano. Nos quoque vitia nostra per incuriam mētis corporisque cōcreta transfundamus in Christum, transfundamus per baptismū, vt crucifigamur cum Christo: transfundamus per pœnitentiam, vt ab illo nobis vini sanguinisque cœlestis incorrupta sinceritas refundatur. *Tom. 5. lib. 10. Commentar. in 23. cap. Lucae.*

*Peccata nostra in Christum transfundimus per baptismū & pœnitentiam.*

III. *Explicātur loca aliquot Scripturæ, quibus Nouatiani fidelibus post susceptum baptismum in peccatum relapsis veniam negabant.*

\* 1. Reg. 2.  
*Heli sacerdos veteris legis nō negat peccatores à Deo veniam impedire posse.*

\* Psal. 14.

\* Psal. 23.  
*Non quilibet de vulgo, sed vir singularis meriti pro peccatoribus orare potest.*

Sed dicent Nouatiani, Scriptum est: \* Si peccauerit homo in hominem, orabunt pro eo ad Dominum: si autem in Dominum peccauerit homo, quis orabit pro eo? Primum, vt supra iam dixi, tūc te ista paterer obijcere, si solis præuaricatoribus non relaxares pœnitentiā. Tamen quid scrupuli ista afferret quæstio? Non enim scriptum est: Nullus orabit pro eo, sed, quis orabit? hoc est, quis ille sit, qui in tali causa orare possit, quæritur, non excluditur. Denique habes in psalmo decimoquarto: \* Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Non enim nullus, sed probatus habitabit. Nec hoc dicit, quod nemo requiescat, sed requiescat electus: vt scias hoc esse verum, quod nō multo post in psalmo vigesimo tertio ait: \* Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? id est, non quicūque de vulgo, nec plebeie vilitatis aliquis, sed vite egregie, singularisque meriti. Et vt scias quia cum dicitur, quis, non intelligitur nullus, sed aliquis significatur, Cum dixisset:

Quis

Quis ascendet in montem Domini? subiecit: Innocens manibus & mundo corde, qui nō accepit in vnum animam suam. Et alibi: \*Quis sapiēs, & intelliget hæc? Numquid dicit, quia nullus intelliget? Et in Euangelio: \*Quis fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suā, ut det illis in tempore tritici mensuram? Et ut comprehendas, quia de eo dicit, qui vtrique est, non de eo qui non est, subiūxit: Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit sic facientem. Et illud opinor ita dictum: \*Deus quis similis tibi? non utique nullus: quia imago Patris Filius est. Similiter igitur accipiendum: Quis orabit pro eo? hoc est, singularis vitæ aliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Dominum, quia quo maior culpa, eo maiora sunt quaerenda suffragia. Nō enim quicumque de vulgo pro Iudæorū populo, sed Moyses rogauit, quando vituli caput fidei immemores adorauerunt. Nūquid errauit Moyses? At certe, quia non errauit, quod rogauit, & meruit, & impetrauit. Quid enim talis affectus non impetraret, quando obiecit se pro populo, dicens: \*Et nunc si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autē, dele me de libro vitæ? Vides, quia non tamquam delitiosus intercessor, & fastidij plenus sibi consulat, ne offensionem contrahat: quod Nouatianus metuere se dicit: sed magis omnium memor, sui immemor offendere nō timebat ipse, ut plebem ab offensionis periculo exueret, & liberaret. Merito ergo scriptum est: Quis orabit pro eo? hoc est, talis qualis Moyses, qui se offert pro peccantibus: talis, qualis Hieremias, cui cum dictum esset à Domino Deo nostro: \*Noli orare pro populo isto: tamen orauit, & veniam promeruit. Denique intercessio ne prophetica, & obsecratione tanti varis inflexus Dominus dicit ad Hierusalem: quoniam ea quoque pœnitentiam pro delictis egerat, dicens: \*Domine omnipotens Deus Israel, anima in angustijs, & spiritus anxius clamat ad te: Audi Domine, & misere-

\*Of. 14.

\*Luc. 12.

\*Psal. 82.

Moyses pro Iudæorū populo orauit et exorauit Deum. Exod. 32.

\*Hierem. 7.

Hieremias pro Iudæorum populo orauit et veniam impetrauit.

\*Baruch 3.

re. Et iubet luctus vestimenta deponi, & abijci gemitus pœnitentiæ. Sic enim scriptum est in fine libri: \* Exue te Hierusalem stola luctus & vexationis tuæ, & indue te decorem eius, quæ à Deo tibi data est gloria in æternum *Tom. 1. lib. 1. de Penitent. Cap. 8.*

Vnde nec illa quæstio vestra quicquam poterit afferre ponderis, quam sumitis de Epistola Ioannis dicentis: \* Qui scit fratrem suum peccare peccatū nō ad mortem, petat, & dabit illi vitam Deus: quia nō peccat ad mortem. Est peccatū ad mortem, non de illo dico vtoret. Non enim ad Moysen & Hieremiā loquebatur, sed ad populum, qui suorum peccatorū alium precatorem deberet exhibere, cui satis est, si pro leuioribus delictis Deum precetur, grauiorum veniam iustorum orationibus reseruandam putet.

*B. Ioannes nō negat peccatoribus veniā.*

Nam quomodo Ioannes diceret, non orandum pro delicto grauiore, qui legisset Moysen rogasse & impetrasse, vbi erar preuaricatio voluntaria, qui sciret etiam Hieremiā rogasse? Quomodo Ioannes diceret non orandū pro peccato, quod esset ad mortem, qui ipse in Apocalypsi scripsit mādaturum Angelo Ecclesiæ Pergami: \* Habes illic tenentes doctrinā Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel, manducare immolata & fornicari: ira & tu habes tenētes doctrinam Nicolaitarum, similiter age pœnitentiam, alioquin venio tibi? Vides quōd Deus qui pœnitentiā exigit, veniam pollicetur? Denique & ibi dicit: Qui habet aures, audiat, quid Spiritus dicat Ecclesijs: Vincētī dabo manducare māna. Nōne ipse Ioannes cognouerat Stephanum pro persecutoribus suis, qui Christi nomen audire nō poterant, deprecatur, cū de ipsis à quibus lapidabatur, diceret: \* Domine, ne statuas illis hoc peccatum: cuius precationis effectum in Apostolo videmus? Paullus enim, qui lapidantium Stephanum vestimēta seruabat, non multo postea per gratiam Christi factus Apostolus est, qui fuerat ante persecutor. *Tom. 1. lib. 1. de Penitent. Cap. 9.*

*Stephanus orat pro persecutoribus.*  
\* Act. 7.

Cùm igitur tam euidenti & ipsius Apostoli & scri-  
 ptorum eius exemplo redarguantur, tamen adhuc  
 obniti volunt, & auctoritatem aiunt apostolicè sibi  
 suffragari sententiæ, allegantes scriptum ad Hebræ-  
 os: \* Impossibile est enim hos, qui semel illuminati \* *Hebr. 6.*  
 sunt, & gustauerunt donum cœlestè, & participes fa-  
 cti sunt Spiritus sancti, & bonum gustauerunt Dei  
 verbum, virtutesque futuri seculi, lapsos iterum re-  
 nouari in pœnitentiam, rursus crucifigentes Filium  
 Dei, & ostentatione triumphantes. Numquid Paul-  
 us aduersus factum suum prædicare potuit? \* *Dona* \* *2. Cor. 5.*  
 uit Corinthio peccatum per pœnitentiam: Quomo- *Paulus donauit Corinthio*  
 do hic potuit sententiam suam ipse reprehendere? *peccatum per*  
 Ergo quia non potuit quod ædificauerat destruere, *pœnitentiam.*  
 non contrarium dixisse eum, sed diuersum aduer-  
 tus. Quod enim cõtrarium est, seipsum impugnat:  
 quod diuersum est, distinctam solet habere ratione.  
 Ita autem contrariũ non est, vt alterum suffragetur  
 alteri. Etenim quia de remittenda prædicauit pœni- *In Epistola ad*  
 tentia, debuit & de ijs, qui iterandum putant bap- *Hebræos ne-*  
 tismum, non silere: etiam post baptismum, si qui pec- *gat Apostolus*  
 carent, donari eis posse peccatum, ne spe veniæ de- *lapsus in pecca-*  
 stitutos iterandi baptismatis opinio vana peruerte- *ta iterandum*  
 rer. Deinde iterandum non esse baptismum rationabi- *esse baptisma,*  
 li disputatione suadendum fuit. De baptismate au- *reniam tamẽ*  
 tem dictum verba ipsa declarant, quibus significa- *q̄ sden per pœ-*  
 uit impossibile esse lapsos renouari in pœnitentiã. *nitentiam nõ*  
 Per lauacrũ enim renouamur, per quod renascimur, *negat.*  
 sicut ipse Paullus dicit: \* Consepulti enim sumus cũ \* *Rom. 6.*  
 illo per baptismum in morte, vt quemadmodũ sur-  
 rexit Christus ex mortuis per gloriam Patris, ita &  
 nos in nouitate vitæ ambulemus. Et alibi: \* Reno- \* *Ephes. 4.*  
 uamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum ho-  
 minem qui secundum Deum creatus est. Et alibi: \*  
 Renouabitur sicut aquilæ iuuetus tua. Quod etiam \* *Psal. 102.*  
 aquila, cùm fuerit mortua, ex suis reliquijs renasca-  
 tur: sicut per baptismatis sacramentum cùm fueri-  
 mus peccato mortui, renascimur Deo, ac reforma-

- \* *Ephes. 6.* mur. Vnum ergo baptismū docet, sicut alibi: \* *Vna fides, vnum, inquit, baptisma.* Illud quoque euidēs, quòd in eo qui baptizatur, crucifigitur Filius Dei: quia non potuit caro nostra abolere peccatum, nisi crucifixa esset in Christo Iesu. Denique scriptū est:
- \* *Rom. 6.* \* *Quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus Et infra: Si enim complantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, scientes quia vetus homo noster simul confixus est cruci. Et ad Colossenses ait:*
- \* *Coloss. 2.* \* *Consepulti ei in baptismo, in quo & cōsurrexistis. Quod ideo scriptum est, vt credamus quia ipse crucifigitur in nobis, vt per illum peccata nostra mudentur, vt ipse chirographum nostrum affigat cruci, qui solus potest donare delicta. Ipse in nobis principatus & potestates triūphet: quoniam de ipso scriptum est: \* Principatus & potestates ostentauit triumphās eos in semetipso. Ergo quod ait in hac Epistola quæ scribitur ad Hebræos, \* Impossibile esse lapsos renouari in pœnitētiā, ac rursus crucifigentes Filium Dei, & ostentatione triūphantes: cōspectat, vt de baptismo dictum credamus, in quo crucifigimus Filium Dei in nobis, vt per illū nobis mundus crucifigatur: quia quadam triumphamus specie, dum similitudinē mortis eius assumimus, quòd principatus & potestates in sua cruce ostentauit ac triumphauit, vt in mortis eius similitudine nos quo-*

*Semel Christi crucifixus est, vnum itaque et non plura sunt baptismata.*  
*vniuersa legis baptismata destructa sūt, et vnum restat in Ecclesia.*  
 \* *Ibidem.*

que de principatibus, quorum iugum deponimus, triumphemus. Semel autem crucifixus est Christus, semel peccato mortuus est, & ideo vnum non plura baptismata. Quid, quòd & supra doctrinā baptismorum prēmisi? Et quia multa erant baptismata in lege, merita reprehendit illos, qui perfecta dimittāt, & principia verbi requirant. Docet nos scire oportere, destructa esse vniuersa legis baptismata, vnum baptismata esse in Ecclesia. \* Hortatur autem nos, vt relinquentes initium verbi ad perfectum tēdamus. Et hoc faciemus, inquit, si quidem permiserit Deus.

Non

Non potest enim sine favore Dei aliquis esse perfectus. Possem quidem etiam illud dicere ei, qui hoc de pœnitentiâ dictum putat: quia \* quæ impossibilia sunt homini, possibilia sunt apud Deum: & potens est Deus, quando vult, donare nobis peccata, etiam que putamus non posse concedi. Et ideo quod nobis impossibile impetratu videtur, Deo donare possibile est. Nã & impossibile videbatur, vt peccatû ablueret aqua. Deniq; Naaman Syrus lepram suâ mundari per aquâ posse non credidit. Sed quod impossibile erat, fecit Deus possibile esse, qui tantam donauit nobis gratiam. Similiter impossibile videbatur per penitentiam peccata dimitti. Concessit hoc Christus Apostolis suis, quod ab Apostolis ad Sacerdotû officia transfusum est. Factum est igitur possibile quod impossibile videbatur. Sed tamẽ de baptisimo dictum, ne quis iteraret, vera ratione persuadet.

Tom. 1. lib. 2. de Pœnitent. Cap. 2.

Perlatum est tamen ad nos, etiam illud vos obijcere solere, quod dicatis scriptû esse: \* Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autẽ blasphemia nõ remittetur hominibus: Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Quo exẽplo omnis assertio vestra destruitur & absoluitur. Scriptum est enim: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus. Cur igitur non remittitis? cur ligatis vincula, que non soluitis? cur nodos nektis, quos non relaxatis? Remittite ceteris, agite de ijs, quos peccantes in Spiritum sanctum euangelica auctoritate in perpetuum astringi putatis. Et tamen quos astringat consideremus, repetentes superiora lectionis ipsius, vt euidentiùs comprehendamus. Dicebant Iudæi: \* Hic non eicit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Respondit Iesus: Omne regnum diuisum contra se destruetur, & omnis ciuitas vel domus diuisa contra

\* Matth. 19.

Potens est Deus donare nobis peccata, etiam que putamus non posse concedi.

Cõcessit Christus Apostolis facultatẽ remittendi peccata, & ea ad nos translatã est.

\* Matth. 12.

Peccata in Spiritu sancto quibus non possunt remitti.

\* Lucæ 11.



contra se, non stabit. Si enim sathanas sathanam eijcit; aduersum se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius? Quod si ego in Beelzebub eicio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? De ijs vti que expressum videmus, qui Dominum Iesum in Beelzebub eijcere dæmonia loquebantur, quibus sic respondit Dominus, quod sathanæ hæreditas in ijs esset, qui sathanæ compararent Saluatorem omnium, & in regno diaboli constituerent Dei gratiam. Et vt cognosceremus, quia dixit de hac blasphemia, adiunxit: Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Hos ergo, qui hæc loquuntur, negat ad veniam pertinere. Denique Petrus Simoni, qui magicæ artis cōsuetudine deprauatus putasset, quod gratiam Christi per impositionem manuum, atque infusionem Spiritus sancti cōpararet pecunia, ait: \* Non est tibi pars neque fors in hac fide: quia cor tuum non est rectum apud Deum. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & precare Dominū, si forte remittatur tibi recordatio cordis tui. In obligatione enim iniquitatis, & amaritudine fellicis video te esse. Vides quod hunc magica vanitate blasphemātem in Spiritum sanctum, apostolica auctoritate condemner, & eo magis, quia puram conscientiam fidei non habebat: & tamen non interclusit ei spem veniæ, quem inuitauit ad pœnitentiam. Responsum est igitur à Domino blasphemix Pharisæorum, & ideo his potestatis suæ gratiā negat, quæ in remissionem peccatorum est, qui cœlestem eius potestatem diabolico fultam suffragio vindicarent. Eos quoque asserit diabolico vti spiritu, qui separarent Ecclesiam Dei: vt omnium temporum hæreticos & schismaticos comprehenderet, quibus indulgentiam negat: quod omne peccatū circa singulos est, hoc in vniuersos: Soli enim sunt, qui volunt soluere Christi gratiam, qui Ecclesiæ mēbra discernunt, propter quā passus est Dominus Iesus, Spiritusq; sanctus datus est nobis. Denique vt sciatis quia de di-

*Simon Magus gratiam Spiritus sancti pecunia mercari voluit.  
\* Act. 8.*

*Petrus Simoni Mago non interclusit spem veniæ.*

*Hæreticis indulgentiā negat Christus: quia extra Ecclesiam sunt.*

Cap. 13.  
Confessionis  
meum,  
pergit.  
xit: Jo  
remittit  
remittit  
manne  
luit:  
crus  
gre  
cel  
bor  
cler  
cōm  
Om  
salu  
dicit  
Beel  
Vid  
ve  
nit  
Pe  
se  
tere  
Sim  
rec.  
nar  
ve  
ra  
Ap  
pro  
nec  
cio  
si p  
tauit  
dom

spersionibus dicit, sic habemus scriptum: \* Qui nō est \* *Matt. 12. 08*  
 mecum, contra me est: & qui nōn colligit mecum, di- *Luca 11,*  
 spergit. Et vt sciremus de his dictum, statim subiun-  
 xit: Ideo dico vobis, omne peccatū & blasphemia  
 remittetur hominibus, Spiritus autē blasphemia nō  
 remittetur hominibus. Cum dicit: Ideo dico vobis:  
 nōne euidenter hoc præ ceteris à nobis intelligi vo-  
 luit? Meritoque adiunxit: Arbor bona bonos fru- *Hæretici quō*  
 ctus facit, mala autē arbor malos fructus facit. Con- *ad Ecclesiæ v-*  
 gregatio eam mala bonum facere fructum non po- *nitatē redeūe*  
 test. Arbor itaque congregatio est, fructus boni ar- *venīā sceleris*  
 boris, filij Ecclesiæ sunt. Et ideo reuertimini ad Ec- *à Deo impe-*  
 clesiam, si qui vos separastis impie. Omnibus enim *trare possums*  
 conuersis pollicetur veniam, quia scriptum est: \* *Ioel. 2.*  
 Omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, *Inde ispeccatiō*  
 saluus erit. Denique etiam Iudæorum populus, qui *in Spiritū san-*  
 dicebat de Iesu: dēmonium habet: qui dicebat: \* in *ctū Deus reo*  
 Beelzebub eiecit dēmonia: qui crucifixit Dominum *misit.*  
 Iēsum, Petri prædicatione vocatur ad baptismum, *\* Ioan. 8.*  
 vt sceleris tanti merita deponat. *Tom. 1. lib. 2. de Pœ-*  
*nitent. Cap. 4.*

Referunt tamen quæstionem de verbo apostoli  
 Petri: quia dixit: si forte, & putant non confirmasse  
 Petrum, vt agenti pœnitentiam peccatum remitteret.  
 Sed considerent de quo loquatur, hoc est, de  
 Simone, qui ex fide non crederet, sed dolum cogita-  
 ret. Denique & Dominus dicenti ei, cuius non ple-  
 nam sinceritatem videret, Sequar te, ait: Vulpes fo-  
 ueas habēt. Quem ergo Dominus ante baptismum  
 prohibuit sequi, quoniam fraudulentū videbat, mi-  
 raris si post baptismum præuaricantem non absoluit  
 Apostolus, quem in obligatione iniquitatis manere  
 pronunciat? Sed hoc illis responsum sit. Ego autem  
 nec Petrum dubitasse dico, nec verbi vnus præjudi-  
 cio tantam causam strangulandam arbitrator. Nam  
 si putant dubitasse Petrum, numquid & Deus dubi-  
 tauit, qui ait ad Hieremiam prophetā: \* Sta in atrio  
 domus Domini, & responsum dabis omni Iudæ, his  
 qui

*Apostolū Pœ-*  
*trū non dubi-*  
*tasse veniā do-*  
*nari posse etiā*  
*maximis pec-*  
*catoribus, dīō*  
*ad Simonem*  
*ait, Si forte*  
*remittatur tū*  
*bi recordatio*  
*cordis tui.*  
*Particula (Si)*  
*nō est semper*  
*in Scriptura*  
*sacra dubitā-*  
*tis.*

*\* Hierem. 26.*

qui veniunt adorare in domo Domini, omnia verba quæ constitui tibi respōdere illis: noli auferre verbum, forsitan audient, & auertantur? Dicant ergo, Dominum ignorasse, quid esset futurum. Sed non ignorantia ex verbo exprimitur: sed in Scripturis diuinis frequens huiusmodi consuetudo aduertitur, eo quod simplex sit elocutio. Siquidē & ad Ezechiel dicit Dominus: \* Fili hominis, mittam ego te ad domum Israel, ad eos, qui me exacerbauerunt, ipsi & patres eorum vsque in hodiernum, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus, si forte audient & terrebuntur. Nesciebat ergo eos posse aut non posse conuerti? Non ergo semper dubitantis ista est elocutio. Denique ipsi sapientes seculi, qui omnem gloriam statuunt in expressione verborum, quod Latine, fortē, dicimus, Græce τὰχα, non vbiq̄ue pro dubitatione posuerunt. Aiunt itaque dixisse primum suorum poetam: \* ἢ τὰχα χηραῖσμαι, quod est, cito vidua ero. Et alibi: τὰχα γὰρ οἱ κατακτανῖσθαισιν πάντες ἱσθρῶν μὴδῖντες. Non enim dubitaret omnibus simul inturgentibus, vnum facile ab vniuersis posse prosterni. Sed nos nostris magis, quàm alienis vtamur. Denique habes in Euangelio, quia ipse Filius de Patre ait, cūm misisset seruos ad vineam suam, & occisi essent, dixisse Patrem: \* Mittam Filium meum dilectissimum, forsitan ipsum verebūtur. Et alibi ex sua persona Filius ait: \* Neque me scitis, neque Patrem meum. Si enim me sciretis, & Patrem meū forsitan sci-

\* Ezech. 3.

\* Iliad. 3.

\* Matth. 21.

\* Ioan. 8.

Petr<sup>9</sup> nō dubitauit de Christi munere, à quo soluēdorū peccatorū acceperat potestatem. Baptismi iterare cupiunt hæretici.

nitentiam

nitentiam docuerunt, sponderunt veniã, culpam relaxarunt: Sicut & David docuit, dicens: \* Beati \* *Psal. 31.* quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum. Vtrumque enim beatum dixit, & cuius iniquitas remittitur per lauacrum, & cuius peccatum tegitur operibus bonis. Qui enim agit pœnitentiam, non solũ diluere lacrymis debet peccatum suum: sed etiam emendationibus factis operire & te-

gere delicta superiora, vt non ei imputetur peccatum. Ergo tegamus lapsus nostros posterioribus factis, sicut audiuit lacrymantẽ Ephraim, quemadmodum scriptum est dicente Deo: \* Audiens audiuit Ephraim lacrymantem. Et ipsa verba Ephraim lamenrantis expressit, dicens: Castigasti me & castigatus sum, sicut vitulus non sum edoctus. Vitulus enim ludit, & p̄sepe deserit, & ideo Ephraim sicut vitulus non est edoctus, longe positus à p̄sepe, quia p̄sepe Domini deseruit, & Hieroboam securus vitulos adorauit, quod prophetia futurum per Aaron indicauerat sic lapsurum populum Iudæorum. Ideo quæ agens pœnitentiam, dicit: Conuertere me, & conuerter, quia tu Dominus meus: quia in nouissimo captiuitatis meæ pœnitentiam egi, & postquam cognoui, ingemui super dies confusionis, & subiectus sum tibi, quia accepi opprobriũ & demonstraui te. *Tom. 1. lib. 2. de Pœnitent. Cap. 5.*

III. *Contritione, qua verus & vilis est de peccatis dolor, ad salutarem pœnitentiam opus esse, eaq; ad percipiendam gratiam nos prap̄parare.*

Sed audiant qui agunt pœnitentiam, quomodo agere debeãt, quo studio, quo affectu, qua mentis intentione, qua intimoꝝ concussione viscerum, qua cordis conuersione. Vide, inquit, Domine, quia tribulor, venter meus turbatus est à fletu meo, conuersum

*Peccata teguntur & baptisate & bonis operibus.*

*Qui pœnitentiam agit non solum debet diluere lacrymis peccatum, sed etiam emendationibus factis tegerere delicta superiora.*

*\* Hier. 31.*

*Magno affectu & intimoꝝ viscerum concussioe agenda est pœnitentia.*

\* *Thren. 2.**Hieremias  
quomodo agē  
da sit pœnitē-  
tia docet.**Pœnitētia Ni-  
muitarum.*\* *Ion. 3.**Christus iubet  
fere mulieres  
Hierosolymi-  
tanas.*\* *Luce 23.*\* *2. Reg. 24.**Dauid lacry-  
mis sibi & po-  
pulo suo veniā  
à Deo impet-  
trauit.*\* *Exech. 2.**Exechiel ius-  
sus est flere  
Hierusalem.*\* *Eccles. 7.*

uersum est cor meū in me. Cognouisti intentionem animi, fidem mentis cognosce & habitum corporis.

\* Sederunt, inquit, in terra, tacuerunt seniores filiarum Sion, & imposuerunt terram super caput suum, praecinxerunt se cilicio, deduxerunt in terram principes, virgines Hierusalem defecerunt in lacrymis, oculi mei caligauerunt. Turbatus est venter meus, effusa est in terra gloria mea. \* Sic fleuit & Niniue populus, & denunciarum excidium ciuitatis euasit. Tanta est enim pœnitentiæ medicina, vt mutare videatur suam Deus sententiam. In te est igitur vt euadas, vult se rogari Dominus, vult de se sperari, vult sibi supplicari. Homo es, & vis rogari vt ignoscas, & putas Deum tibi non rogati ignoscere. Ipse Dominus Hierusalem fleuit, vt quia ipsa flere volebat, Domini lacrymis ad veniā pertineret. Ipse nos flere vult, vt euadere possimus, sicut habes scriptum in Euangelio: \* Filiarum Hierusalem nolite me flere, sed vos ipsas flete. \* Fleuit Dauid & meruit vt mortem populi pereuntis diuina remoueret misericordia, quando tribus sibi propositis optionibus, eam tamen in qua maiorem Domini miserationem experiretur, elegit. Quid erubescis tu peccata tua flere, cum Deus prophetas iusserit flere pro populis? \* Denique & Ezechiel iussus est flere Hierusalē, & accepit librum, in cuius capite scripta erant, lamentatio, & melos & vx, duo tristitia, & vnū delectabile, quoniam ille saluus erit in futurum, qui in hoc seculo plus fleuerit. \* Cor enim sapientium in domo luctus, & cor stultorum in domo epularum. Et ipse Dominus ait: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. *Tom. 1. lib. 2. de Pœnitentia, Cap. 6.*

An quisquam ferat vt erubescas Deum rogare, qui nō erubescis rogare hominem, & pudeat te Deo supplicare quem non lates, cum te non pudeat peccata tua homini quæ lateas confiteri? An testes precationis & conscios refugis, cum si homini satisfaciendū sit, multos necesse est ambias, obsecres, vt dignen-

gnentur interuenire, ad genua te ipse proflernas, osculeris vestigia, filios offeras culpæ adhuc ignaros, paternæ etiam veniæ precatore. Hoc ergo in Ecclesia facere fastidis, vt Deo supplices, vt patrocinium tibi ad Deum obsecrandum sanctæ plebis requiras, vbi nihil est quod pudori esse debeat, nisi nõ fateri, cum omnes simus peccatores, vbi ille laudabilior qui humilior, ille iustior, qui sibi abiectior. Fleat pro te mater Ecclesia, & culpã tuam lacrymis lauet, videat te Christus mœrentem, vt dicat: Beati tristes, quia gaudebitis. Amat vt pro vno multi rogent. Denique in Euangelio motus viduæ lacrymis, quia plurimi pro ea flebant, filium eius resuscitauit. Ideo citius exaudiuit Iesus Petrum vt Dorcas resurgeret, quia pauperes mortem mulieris ingemiscabant. Ideo ipsi Petro statim dimisit, quia amarissime fleuit. Et tu si amarissime fleas, Christus ad te respiciet, culpa discedet. Vfus doloris ablegat luxuriã criminis, erroris delicias. Ita dũ dolemus admissa, admittenda excludimus, & fit quædam de condemnatione culpæ, disciplina innocentie. Nil ergo te reuocet à pœnitentia, hæc tibi communis cum sanctis est. Vt inamque imitãda talis, qualis sanctorum deploratio. Dauid manducabat sicut panem cinerem, & potum suum lacrymis temperabat. Ideo nũc amplius gaudet qui amplius fleuit. Per exitus aquarum descenderunt, inquit, oculi mei. *Lib. 2. de Pœnitentia, Cap. 10.*

Baptizatus homo si postea defertor violatorque sacramenti fuerit peccat, & Deum repellit à se. Si autem agat pœnitentiam ex toto corde, vbi Deus videt, saluabitur, sicut vidit cor Dauid, quando increpatus à Propheta grauiter post comminationes terribiles Dei exclamauit dicēs: Peccaui, & mox vt audiuit, abstulit peccatum suum. Quantum valent tres syllabæ. Tres enim syllabæ sunt: Peccaui, sed in istis tribus syllabis flamma sacrificij cordis eius ad cœlum ascendit. Ergo qui egerit veraciter pœnitentiam, &

*Peccatores ipsi Deo supplicare, & sanctæ plebis patrocinium requirere debent.*

*Iesus facilius exaudiuit Petrum vt Dorcas resurgeret propter gemitus pauperum. Dum dolemus admissa, admittenda excludimus.*

*Dauid dum inquit Peccaui, flamma sacrificij cordis eius ad cœlum ascendit.*

solutus fuerit à ligamento quo erat constrictus, & à Christi corpore separatus, & bene post pœnitentiã vixerit, & post reconciliationem cum defunctus fuerit, ad Dominum vadit, ad requiem vadit, à regno Dei nõ priuabitur, & à populo diaboli separabitur. *Tom. 1. in exhortatione ad agendam pœnitentiã.*

Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne desisteris à me.] In orationibus igitur & obsecrationibus cum dolore & lacrymis exigenda pœnitentiã est, vt illam gloriam Dei videre mereamur. Neque te moueat quòd luctus, do'or, maceratio corporis, grauissimæ passiones sunt. Et si grauissimæ videntur, tamen \*indignę sunt huiusmodi passiones ad superuenturã gloriam, sicut testis est tibi Apostolus Paulus. Non pigeat ergo nos hic leuora ferre, vt ibi plena laudis & gloriæ possimus adipisci, pro temporalius laboribus perpetua pœnitentiã reportantes per Dominum Iesum, *Tom. 4. in enarrat psal 37.*

*In orationibus cum dolore et lacrymis exigenda pœnitentiã est.*  
\* Rom 8.  
Pro temporalius laboribus perpetua pœnitentiã reportamus per Dominum Iesum.

Quia humiliatur Hierusalẽ, merito postea ei dicitur: Defecit iniquitas tua filia Sion. Et omni qui pœnitentiã egerit, lacrymis proprijs peccata deflexerit, bene dicitur: Defecit iniquitas tua. Alibi quoque sub hac littera dicit Hieremias: \*Boniterant vulnerati gladio, quàm vulnerati fame. Abierunt compuncti à natiuitate agrorum. Compungimur igitur, quando nostrorum agimus pœnitentiã delictorum, compungimur etiam recordatione delictorum. Vnde ait propheta Dauid: \*Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.

\* Thren. 4.

\* Psal. 4.

Compunctio ad quid vultis sit peccatoribus.

Pœnitentiã excludit verecundiam flagitiij confitendi.

Qui autem compungitur, vtique delectationem excludit erroris: & qui agit pœnitentiã, excludit pudorem, sequestrat verecundiam flagitiij confitendi, vt recuperandã spem salutis inueniat. Merito quæ & ipse Dauid, vbi agnouit errorem: Peccaui, inquit, Domino. Tantis rex, tantus propheta non erubuit peccatum proprium confiteri, & ideo dictum est ei: Et Dominus abstulit peccatum tuum. *Tom. 4. Sermon. 9. in psalmum 118. statim in principio.*

Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.] *Confessio deo*  
 Lacrymis confitere delicta, dicat de te quoque iusti- *licitorum lacry*  
 tia illa cœlestis: Lacrymis suis rigauit pedes meos, & *mosa esse de-*  
 capillis suis terfit. Et fortasse ideo non lauit pedes *bes.*  
 suos Christus, vt eos lacrymis nos lauemus. Et bonæ  
 lacrymæ, quæ non solum nostrum possunt lauare deli-  
 ctum, sed etiam verbi cœlestis rigare vestigium, vt  
 gressus in nobis eius exuberent. Bonæ lacrymæ, in  
 quibus non solum redemptio peccatorum, sed etiam  
 refectio est iustorum. *Tom. 3. lib. 6. Comment. in cap 7.*  
*Luce.*

V. *Confessionem sacramentalem ad salutem*  
*consequendam necessariam esse.*

**A**N quisquam ferat vt erubescas Deum rogare, *Sacerdotibus*  
 qui non erubescis rogare hominem, & pudeat *secreta consci-*  
 te Deo supplicare quem non lates, cum te non pu- *entia nostra*  
 deat peccata tua homini quem lateas cōfiteri? *Tom. patefacimus.*  
*1. lib. 2. de Pœnitent. Cap. 10.*

Quid est bene viuere post pœnitentiã? doce nos.  
 Dico vobis, abstinere ab ebriofitate, à concupiscen-  
 tia, à furto, à malo eloquio, ab ipso immoderato risu,  
 à verbo otioso, vnde reddituri sunt homines ratio-  
 nem in die iudicij. Ecce quàm leuia dixi, vt tacerem  
 grauia & pestifera. Et aliud dico. Nō solum post pœ-  
 nitentiã ab istis intus homo obseruare se debet, sed  
 & ante pœnitentiã dum sanus est, qui nescit si pos-  
 sit ipsam pœnitentiã accipere, & confiteri Deo & *Deo et Sacer-*  
 Sacerdoti peccata sua. Ecce quod dixi post pœnitenti- *doti peccata*  
 tiam, dico ante pœnitentiã melius. *Tom. 1. in exhort. confitēda sum.*  
*sat. ad agendam pœnitentiã.*

Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore *Verecunda cō-*  
 tuo corripas.] Plurimum suffragatur reo verecunda *fessio plurimis*  
 confessio: & pœnam quam euitare non possumus, *suffragatur*  
 pudore subleuamus *Tom. 4. in psal. 37.* *reō.*

Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus  
 tuis, vt non confundar.] Cor tuum cogitationum  
 tuarum est scaturigo. In illo fonte vel turbida aqua



*Cor mūdatur  
cōfessione pec  
catorum.*

\* *Luca 18.*

impuritatē euomitur, vel sincerę pietatis vnda pro-  
rumpit. Didicisti cor esse mundandum, discę quęni-  
admodum mundes. Mundat hunc fontem iustificatio  
legitima, hoc est, confessio peccatorum. \* Deni-  
que Publicanus ille qui peccata propria fatebatur,  
iustificatus magis de templo quàm Pharisæus exi-  
uit, quia ieiunia sua & munera Pharisæus atque in-  
nocentiam præferebat. Munda ergo aquam tuam,  
illam aquam de qua dictum est: Aqua alta consilium  
in corde viri. Bonam tibi aquam natura dedit, nisi  
eam corno tuo polluas, ipsa te diluit, si pura, si sim-  
plex, si etiam naturalis sit, si nihil habeat sordidum  
atque terrenum. Quid mali est, si ea aqua quę mun-  
dare debeat polluat? Sed nõ est aqua tua quę te pol-  
luit. Ita aqua aliena est. Denique dictum est tibi: Ab  
aliena aqua abstine te. Aliena aqua mentitur & fal-  
lit, & cōtrarium naturę profluit. Ideo ait: \* Filij ali-  
eni mentiti sunt mihi. Nam si alieni nõ fuissent, vti-  
que non sefellisset. Nemo enim gloriatur castum  
se habere cor, quemadmodum Solomon dixit: Sed  
\* qui gloriatur, in Domino gloriatur, qui sanctis suis  
cor mundum creare dignatus est, & immaculatũ fa-  
cere iustificationibus suis. Quę sint iustificationes  
audisti dicentem: \* Dic iniquitates tuas, vt iustifice-  
ris. Ergo qui iniquitates suas dicit, iustificatur: Qui  
autem iustificatur, non confunditur, quia pudorem  
peccatorum matura confessione præuenit. *Tom. 4.*  
*Serm. 10. in psal. 118.*

\* *Psal. 17.*

\* *2. Cor. 10.*

\* *Esa. 43.*

*Qui confitetur  
iniquitates, iu-  
stificatur.*

Meritoque sanctus Dauid de hac historia mysti-  
cum psalmum quinquagesimũ scripsit, propter Bet-  
sabee nuptias, dicens: \* In plurimum laua me ab in-  
iustitia mea, & à delicto meo munda me. Si iniquita-  
tem suam Dei amicus cognoscit, & meritis suis ob-  
stare delictum, si denique Deo se peccasse cõfiteretur,  
cur tu de confessione criminis erubescas, cum crimi-  
nis commentum, non confessio sit pudori? *Tom. 5. lib.*  
*3. Comment. in cap. 3. Lucae.*

\* *Psal. 50.*

*Propter vere-  
cundia non es-  
se confessionē  
prætermittens  
dam.*

Pater, inquit, peccaui in cælum & coram te. ] Hęc  
est

est prima confessio apud auctore naturæ, præfulem misericordix, arbitrum culpæ. Sed etsi Deus nouit omnia, vocè tamen tuæ confessionis expectat. Ore autem confessio fit ad salutem: quia alluat pondus erroris qui quis ipse se onerat: & accusationis excludit inuidiam, qui accusatorem præuenit confitendo: \* Iustus enim in primordio sermonis accusator est sui. Frustra autem velis occultare quem nihil fallas, & sine periculo prodas quod scias esse iâ cognitum. Confiteri magis, vt interueniat pro te Christus, \* quem aduocatum habemus apud Patrem. Ro. \* 1. Ioan. 2. Cur facienda  
 get pro te Ecclesia, & illa crymet populus. Nec vereare ne non impetres. Aduocatus spondet veniam, patronus promittit gratiam, reconciliationem tibi paterne pietatis pollicetur assertor. Crede quia veritas est, acquiesce quia virtus est. Habet causam vt pro te interueniat, ne pro te gratis mortuus sit. Habet & causam ignoscendi Pater, quia quod vult Filius, vult & Pater. Tom. 5. lib. 7. Comment. in cap. 15. Luca.

V I. Sacerdoti potestatem absoluedi à Christo Domino esse tributam.

Sed aiunt (Nouatiani) se Domino deferre reuerentiam, cui soli remittendorum criminum potestatem referuent: imo nulli maiorem iniuriam faciunt, quàm qui eius volunt mandata rescindere, commissum munus refundere. Nam cum ipse in Evangelio sanctum, quorù remisistis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis detenta erunt, Quis est ergo qui magis honorat, vtrum qui mandatis obtemperat, an qui resistit? Ecclesia in vtroque seruat obedientiam, vt peccatum & alliget & relaxet. Hæresis in altero immitis, in altero inobediens, vult ligare quod non resoluat, non vult soluere quod ligauit, in quo se sua damnat sententia. Dominus enim par ius & soluendi esse voluit & ligandi, qui vtrumque pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius

*Novatiani a-  
 iunt se soli deo  
 potestatem re-  
 mittendorum  
 peccatorù re-  
 seruare.  
 \* Ioan. 20.  
 Ecclesia peccatum  
 et alligat  
 & relaxat.*

non habet, nec ligandi habet. Sicut enim secundum dominicam sententiam, qui ligandi itis habet, & soluendi habet: ita istorum assertio seipsam strangulat, vt quia soluendi sibi ius negant, negare debeant & ligandi. Quomodo igitur potest alterum licere, alterum non licere? Si quibusdam datum vtrumque est licere, aut vtrumque non licere, certum est Ecclesiæ vtrumque licere, hæresi vtrumque non licere. Ius enim hoc solis permissum Sacerdotibus est. Recte igitur Ecclesia vendicat, quæ veros Sacerdotes habet, hæresis vendicare nõ potest, quæ sacerdotes Dei non habet. Non vendicando autē ipsa de se pronunciat, quod cum Sacerdotes non habeat, ius sibi vendicare non debeat sacerdotale. Ira in impudēti contumacia, pudētem cernimus confessionem. Spectat etiam illud, quoniam qui Spiritum sanctum accipit, & soluendi peccati potestatem & ligandi accipit. Sic enim scriptum est: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur, & quorum retinueritis detenta erunt: ergo qui soluere non potest peccatum, non habet Spiritum sanctum. Munus Spiritus sancti est officium sacerdotis, ius autem Spiritus sancti, in soluendis ligandisque criminibus est. Quomodo igitur munus eius vindicat, de cuius diffidunt iure & potestate? Tom. 1. lib. 1. de Penitent. Cap. 2.

*Ius remittendi peccata solis Sacerdotibus permissum.*

*Munus Spiritus sancti est officium Sacerdotis.*

*Dominus vult à seruis suis ea fieri in nomine suo, quæ faciebat ipse positus in terris.*

\* Ioan. 14.

Act. 9.

*Apostoli miracula faciebant.*

\* Matth. 14.

\* Matth. 5.

*Apostoli lux mundi.*

\* 4. Reg. 2.

Vult Dominus plurimum posse discipulos suos, vult à seruis suis ea fieri in nomine suo, quæ faciebat ipse positus in terris. Denique ait: \* Et maiora his facietis. Dedit vt mortuos suscitarent. Et cū ipse Saulo reddere posset vsus videndi, eum tamen ad Ananiam discipulum suum misit, vt eius benedictione Saulo refunderentur oculi quos amiserat. \* Petrum quoque secum in mari iussit ambulare, & quia titubauit, reprehendit ilico, eo quod dona gratiarum fidei pauxillitate minuisset. \* Dedit etiam discipulis vt lux mundi essent per gratiam, quia erat ipse lux mundi. Et quia descensurus esset è cælo, & in cælum ascensurus, \* Heliam ad cælum leuauit, inde eum ter-

ris

ris placito redditurus tempore. \* Baptizaturus quo-  
 que in spiritu sancto & igni, per Ioannē baptisma-  
 tis sacramenta pramissit. Omnia denique donauit  
 discipulis suis, de quibus ait: \* In nomine meo da-  
 monia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes  
 tollent, & si mortiferum quid biberint, non eos no-  
 cebit, supra ægros manus imponent, & benehabe-  
 bunt. Omnia ergo dedit, sed nulla in his hominis  
 potestas est, vbi diuini muneris gratia viget. Cur er-  
 go manus imponitis, & benedictionis opus creditis,  
 si quis forte reualuerit ægrotus? Cur presumitis ali-  
 quos à colluione diaboli per vos mundari posse?  
 Cur baptizatis, si per hominem peccata dimitti non  
 licet? In baptismo vtrique remissio peccatorū omni-  
 um est. Quid interest vtrum per pœnitentiã, an per  
 lauacrum hoc ius sibi datum Sacerdotes vindicent?  
 Vnum in vtroque ministerium est. Tom. 1. lib. ... de Pœ-  
 nitent. Cap. 7.

Iudas ad remedium peruenire non potuit, cùm  
 diceret: \* Peccauit quod tradiderim sanguinem iu-  
 stum: qui alienum ignem voluebat in pectore suo,  
 qui eum inflammauit ad laqueum. Indignus enim  
 remedio fuit, quia non intimo mentis conuersus in-  
 gemuit, & sedulo gessit pœnitentiã. Tantæ enim  
 pietatis est Dominus Iesus, vt & ipsi donaret veniã, si  
 Christi expectasset misericordiam. Hanc ergo cul-  
 pam Sacerdotes non auferunt, neque peccatum eius,  
 qui in dolo se offert, & adhuc in studio delinquendi  
 est. Non enim possunt epulari in eo quod plenum  
 fraudis & serpētis interius cicatricis est. Cibus enim  
 Sacerdotis est in peccatorum remissione. Vnde ait  
 princeps Sacerdotum: Meus cibus est, vt faciam vo-  
 luntatem Patris mei qui in celo est. Quæ est volun-  
 tas Dei, nisi ea, cùm conuersus ingemueris, tunc sal-  
 uus eris. Tom. 3. lib. Epist. 1. Epist. 3.

Aperuit eis sensum, vt intelligerēt ea quæ scripta  
 sunt. Spiritum sanctum vel illis vndecim, quasi per-  
 fectionibus insufflauit, & reliquis postea tribuendum  
 esse

*Facultate vos  
 mittendi pec-  
 cata per bapti-  
 smum & pœ-  
 nitentiã iure  
 sibi Sacerdotes  
 vindicare posse  
 sunt.*

\* Matth. 27.

*Iudas cur non  
 inuenit gra-  
 tiam.*

*Sacerdotes pee-  
 cata q̄s qui in  
 studio deliquē-  
 di permanēt,  
 auferre neque-  
 unt.*

\* Ioan. 4.

esse promittit: vel iisdem ibi insufflavit, hic spondet. Nec videtur esse contrarium, cum diuisiones gratiarum sint. \* Alij enim datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu, alteri gratia curationum, alij genera linguarum. Ergo aliam insufflavit ibi operationem, hic aliam pollicetur. Ibi enim remittendorum gratia tributa est peccatorum, quod esse videtur angustius: & ideo insufflatur à Christo, vt credas Spiritum Christi, & credas de Deo Spiritum. Deus enim solus peccata dimittit. Lucas autem linguarum gratiam descripsit effusam. Denique ibi habes: \* Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remissa erunt. At vero in Actibus Apostolorum sic habes: \* Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, quomodo Spiritus dabat loqui his. *Tom. 5. lib. 10. Comment. in cap. 24. Lucae.*

\* 1. Cor. 12.

Remittere peccata mun<sup>9</sup> est Spiritus sancti

\* Ioan. 20.

\* Act. 2.

V II. Absolutionem Sacerdotis actum iudicialem esse.

In Ecclesia teneri debet forma iustitiæ.

Secundū verbum Dei dispensanda est misericordia debitoribus.

**M**iserere, inquit, mei secundum verbum tuum.] In ipsa Ecclesia, vbi maxime misereri decet, teneri quàm maxime debet forma iustitiæ, ne quis à communionis consortio abstentus, breui lacrymula atque ad tempus parata, vel etiam vberioribus fletibus communionem quam plurimis debet postulare temporibus, facilitate sacerdotis extorqueat. Nõne cum vni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagiũ prouocari? Facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquenti. Hoc ideo dictum est, vt sciamus secundum verbum Dei, secundum rationem dispensandam esse misericordiã debitoribus. Medicus ipse si serpentis interius inueniat vulneris cicatricem, cum debeat refecare vlceris vitium ne latius serpat, tamen à secãdi vrendi que proposito lacrymis inflexus egroti, medicamentis regat quod ferro aperendum fuit, nõne ista inutilis misericordia

fericordia est, si propter breuem incisionis vel ex-  
 fisionis dolorem corpus omne tabescat, vita vsus in-  
 tereat? Recte ergo & Sacerdos vulnus ne latius ser-  
 pat à toto corpore Ecclesiæ, quasi bonus medicus  
 debet abscondere, & prodere virus criminis quod la-  
 tet, non fouere, ne dum vnum excludendum non pu-  
 tar, plures faciat dignos quos excludat ab Ecclesia.  
 Tom. 4. Serm. 8 in psal. 118.

VIII. *Ad veram pœnitentiam non solum spe-  
 ctare nouam vitam, sed & pro peccatis  
 præteritis satisfactionem.*

Pœnitudo necessaria est, sicut vulneratis sunt  
 necessaria medicamina. Sed quanta pietas &  
 qualis necessaria pœnitentia, quæ aut æquet crimi-  
 na, aut certe excedat? Vide ergo si simplex hoc pec-  
 catum adulterij est, an duplex sit per illam necesse que  
 facta dicitur in occulto, & secundum conscientiæ  
 molem exhibenda est pœnitentiæ magnitudo. Pœ-  
 nitentia ergo non verbis agenda est, sed & actu. *Pœnitentia nõ  
 verbis agenda  
 est, sed actu.* Hęc  
 autem sic agitur: Si tibi ante oculos ponas de quan-  
 ta gloria rueris, & de quo libro vitæ nomen tuum  
 deletum sit, & si te iam credas prope ipsas positâ te-  
 nebras exteriores, vbi erit fletus oculorum & stridor  
 dentium sine fine. Cùm hæc certa fide sicut est ani-  
 mo conceperis, quia necesse est præuaricatricę ani-  
 mam tartareis pœnis & gehennæ ignibus tradi, nec  
 aliud remedium constitutum esse post baptismum  
 quàm pœnitentiæ solatium, quantamuis afflictio-  
 nem, quantumuis laborem & indecorem subire, esto  
 contenta, dummodo ab æternalibus pœnis libere-  
 ris. Ergo hæc tu tecum cogitans, & mente retractans,  
 proprii facti tu ipsa iudex esto crudelior. In primis  
 omnis cura vitæ huius interimenda tibi est, & quasi  
 mortuam te existimans sicut es, quomodo possis re-  
 uiuiscere cogita. Deinde lugubris tibi accipiēda est  
 vestis, & mens ac membra singula digna castigatio-  
 ne puniēda. Ampudentur crines, qui per vanam glo-  
 riam

riam occasionem luxuriæ præstitērūt. Desuuant oculi lacrymas, qui masculum simpliciter non aspexerunt. Pallefcant facies, quæ quondam viriuit impudice. Denique totum corpus in cutia maceretur, cinere aspersum & opertum cilicio perhorrescat, quia male sibi de pulcritudine placuit. \* Cor vero sit liquefcēs sicut cera, ieiunijs inquietans seipsum, & cogitationibus ventilās quare sit ab inimico subuersum. Sensus etiam crucietur, quia in mēbra corporis cum haberet dominationem, malo cessit imperio. Talis vita, talis actio pœnitentię si fuerit perseverans, audebit sperare, etsi non gloriam, certe pœnæ vacuationem. Dicit enim Deus: \* Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Conuertimini ex toto corde vestro, in ieiunio, & fletu & in planctu, dirumpite corda vestra, & non vestimentum, quoniam pius & misericors sum. \* Sic conuersus magnus ille Dauid iustificatus est. \* Sic Niniue peccatrix illa ciuitas incumbentem sibi euasit interitum. Peccator ergo si sibi ipsi non pepercerit, à Deo illi parcitur. Et si futuras pœnas gehēnæ perpetuas in hoc paruo vitæ spatio compensauerit, seipsum ab æterno iudicio liberat. Grandi plagæ alta & proluxa opus est medicina.

*Grande scelus  
grandē habet  
necessariā sa-  
tisfactionem.*

Grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem. Nam nō est dubium leuius esse crimen, vbi peccatum suum vltro homo confitetur & pœnit. At vbi celans mala sua inuuit detegitur & nolens prouenisse negare nō poteris. Et ideo fortius est dolendum, quia peccatum est fortius. Si mente cerneant homines peccatores quale iudicium imminet mundo, sensus humanus non dispergeretur vanitate seculari, si non infidelitate grauaretur. Quantum uis & quale muis cruciatum longior vita duceret optarent, dummodo in illas pœnas æterni ignis non incurrerent. Sed tu quæ iam ingressa es agonem pœnitentiæ, insiste misera fortiter, inhære tamquam naufragus tabulæ, sperans per ipsam te de profundo cri-

*Pœnitētia fec-  
cūda post nau-  
fragiū tabula.*

minum

minum liberari. In hære pœnitentiæ vsque ad extremam vitæ, nec tibi præsumas ab humano die posse veniã dari, quia de ipse te, qui hoc tibi polliceri voluerit. *Quæ enim propitè in Dominum peccasti, ab illo solo te conuenit in die iudicij expectare remedium. Tom. 1. lib. ad virginem lapsam, Cap. 8.*

De te autem fili serpentis, minister diaboli, violator templi Dei, qui vno scelere duo crimina perpetrasti, adulterium vsque & sacrilegium. Sacrilegium plane, vbi vas Christo oblatum, Domino dedicatum, dementi temeritate polluisti. \* Balthasar \* *Dan. 5.*

ille Rex Perfarum, qui in vasis Domini, quæ de templo Hierosolymis fuerant à patre eius ablata, biberet cum suis amicis & concubinis vsurpauit, ipsa nocte Angeli manu percussus, crudeli morte punitus est. Quid de te arbitraris perditè pariter & perditor, qui vas rationabile consecratum Christo, sanctificatum Spiritui sancto impie temerasti, polluisti sacrilege, & tui propositi immemor, & iudicij diuini contemtor? \* Melius enim fuerat omnino te non esse

natum, quàm sic natum, vt te sibi gehenna proprium filium vindicaret. Et licet ipsa conscientia sceleris te agat per diuersa præcipitem: (\* Fugit enim impius nemine persequente se) licet te diræ imagines peccati dormientem quoque perterreant, non solum vigilantem: tamen ne quid à pastore oui etiam

morbidæ vel morituræ medicaminis denegatum sit, do consilium: Petas vltro carcerem pœnitentiæ, ob-

stringas catenis viscera, animam tuã gemitibus ieiunij vsque difterucies, sanctorum petas auxilium, iaceas sub pedibus electorum, \* vt non per cor impet-

nitens thesaurizes tibi iram in die iusti iudicij Dei, qui reddet singulis secundum opera sua. Tom. 1. in ob-

urgatione corruptoris virginis sacra.

Sed qui culpam exaggerauerit, exaggeret etiam pœnitentiam. Maiora enim crimina maioribus abluuntur fletibus, ita nec Nouatianus probatur, qui veniã interclusit omnibus, nec vos imitatores eiusdem

dem

dem

Quomodo cor-ruptores sacra-  
tium virginum  
pœnitentiam  
agere debeat.  
\* Rom. 2.

Maiora crimina maioribus  
abluuntur fletibus.



dem & condemnatores, qui ibi minuitis studia pœnitentiæ, vbi augeri oportet, quia grauiora peccata maioribus sustentanda fulcris docuit Christi misericordia. *Tom. 1. lib. 1. de Pœnitent. Cap. 2.*

*Satisfactio ab  
solutione Am-  
brosij tempo-  
re præcessit.*

Volo veniam reus speret, petat eam lacrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus, vt ignoscatur, obsecret: & cum secundo & tertio fuerit dilata eius communitio, credat remissius se supplicasse, fletus augeat miserabilior, postea reuertatur, teneat pedes brachijs, osculetur oculis, lauet fletibus, nec dimittat, vt de ipso dicat Dominus Iesus: \* Remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Cognoui quosdam in pœnitentia sulcasse vultum lacrymis, exarasse continuis fletibus genas, strauisse corpus suum calcandum omnibus, ieiuno ore semper & pallido in ortis speciem spiranti in corpore prætulisse. *Tom. 1. lib. 1. de Pœnitent. Cap. 16.*

*Pœnitentes nõ  
solũ lacrymis  
diluere debent  
peccatũ suum,  
sed etiã emen-  
dationibus sa-  
ctis tegere de-  
licta superior-  
um.*

Qui agit pœnitentiam, non solum diluere lacrymis debet peccatum suum, sed etiam emendationibus factis operire & tegere delicta superiora, vt non ei imputetur peccatũ. Ergo tegamus lapsus nostros posterioribus factis, mundemus fletibus, vt audiat nos Dominus Deus noster ingemiscientes, sicut audiuit lacrymantem Effrem, quemadmodũ scriptum est dicente Deo: \* Audiens audiui Effrem lacrymantem. *Tom. 1. lib. 2. de Pœnitent. Cap. 5.*

*\* Hier. 31.*

Osten de medico vulnus tuum, vt sanari possis, & si non monstraueris nouit, sed à te expedit audire vocem tuam. Ostende lacrymis cicatrices tuas. Sic peccatum mulier illa in Euangelio factoremque sui erroris absterfit, sic culpam diluit, dum Iesu pedes lauit. *Tom. 1. lib. 2. de Pœnitent. Cap. 8.*

*Maria magda-  
lena lacrymis  
factorem suo-  
rum scelerum  
absterfit.*

Satis abundeque dixisse me credo superiore dominica, quemadmodum comiti vel nitidi natali Domini suscipere debeamus, & superuenientem festiuitatem eius ambitione retinere. Retinere inquam, vt si dies solennitatis transeat, apud nos sanctificationis eius beatitudo permaneat. Hæc enim gratia natalis

talis est Domini Saluatoris, vt in futurũ ad prædesti-  
natos transeat, in præteritum remaneat ad deuotos.  
Oportet ergo nos esse sanctitate puros, mundos pu-  
dicitia, nitidos honestate, vt quo die festum adueni-  
re propinquius cernimus, hoc accuratius inceda-  
mus. Si enim mulierculæ solent aliquas suscepturæ

maculas vestium suarum aqua diluere, cur nõ magis  
nos accepturi natalem Domini maculas animarum  
nostrarum fletibus abluamus? Et illæ quidem si ad-  
eo infectæ & obscuræ sordibus fuerint, vt maculas  
sola aqua non purget, adducit mollitiem olei, saponis  
etiam acrimoniã. Nos quoque si tam graue pec-  
carum fuerit, vt minime solis fletibus abluatur, ad-  
damus misericordiæ oleum, acrimoniãque ieiunij.

Nullum enim tam graue delictum est, quod non  
purgetur abstinentia, eleemosynis exstinguatur. Ait  
enim sanctus propheta: \*Sicut aqua exstinguit ignem,  
ita eleemosyna exstinguit peccatum. Magna ergo  
est eleemosyna, quæ ardentium criminum globos bene-  
uolentiæ suæ fonte refrigerat, & quodam irriguo  
largitatis obruit incendia delictorum, vt quamuis  
offensus Deus, quamuis criminibus prouocatus co-  
gatur liberare eleemosynis, quem disposuerat puni-  
re peccatis. Cogitur enim à nobis quodammodo,  
dum compellitur pro actibus nostris mutare senten-  
tiam, & in vno eodemque homine nunc seueritate  
iudicis permoueri, nunc patris pietate blandiri. Pa-  
ter enim nobis Deus est, cum bene agimus: iudex  
seuerus, cum peccamus. Compellitur ergo operi-  
bus nostris Dominus, vt nobis sua misericordia lar-  
giatur, atque adeo ipse in Euangelio sancto dicit:

\*A diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum cogi-  
tur. Regnum cœlorum non nisi Christus est Domi-  
nus, qui regnat in cœlis. Tom. 3. Sermone 15. de natali  
Domini.

Quæ nobis salus esse potest, nisi ieiunio elueri-  
mus peccata nostra: cum scriptura dicat: \*Ieiuniũ &  
eleemosyna à peccato liberat? Tô. 3. li. Epist. 10. Epist. 82.

*Macule ani-  
marũ nostrarũ  
fletibus  
abluenda.*

*Ieiunia addenda  
lacrymis.*

*\* Eccl. 3.*

*Eleemosyna  
ex seuerissimo  
iudice Deũ fan-  
ciunt nobis pa-  
trem benignis-  
simum.*

*\* Matth. II.*

\* *Psal. 68.*  
*Ieiunia tegunt*  
*peccata.*

\* *Psal. 31.*

Gula nudos facit, ieiunia operiunt & exutos. *Vnde Dominus ait: \* Operui in ieiunio animam meam. Bonum operimentum quod animam tegit, ne à tentatore deprehendatur, ne à tentatore nuderetur. Bonum velamen quod tegit culpam, tegit abstinentia, tegit gratia. \* Beati enim quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Tegit gratia dum remittit, & omnem aboler errorem. Tegit abstinentia, dum abluit vitium, & mæsto abscondit affectu, atque extenuat penitendo. Et enim ieiunium & eleemosyna à peccato liberant. Tom. 4. lib. de Helio & ieiunio, Cap. 4.*

\* *LUCAS.*

*Christus tam*  
*quam medicus*  
*vulnera ani-*  
*ma curat.*

*Eleemosynis*  
*peccata redi-*  
*muuntur.*

Quoniam tam misericordè habemus Dominum, qui etiam graui ignoscat errori, conuertamur nos à vitijs, non recedamus à lege: præceptum Domini quasi serui sedulis studijs exsequamur. Quid nobis cum impuritatibus & impudicijs? Quid cum operibus diaboli? Audistis hodie in lectione decursa quid legio dixerit: \* Quid mihi & tibi est Iesu fili Dauid? Et tu dicito, si forte vides pugnare aduersum te diaboli tentameta: Quid mihi & tibi est Belia? Ego Christi seruus sum, illius redemptus sanguine, illi me totum mancipaui. Quid mihi & tibi est? Non noui opera tua. Nihil tuum quaero, nihil tuum possideo, nihil tuum desidero. Quanto magis nos oportet separare à diabolo, si se ille discernit à Christo? Et si sumus ei aliquando obnoxij, iam non simus, confugiamus ad medicum, qui vulnera superiora curauit. Et si quid superest acerbitatis, medela non deerit. Et si quid iniurix fecimus, memor nõ erit qui semel donauit. Et si grauia deliquimus, magnum medicum inuenimus, magnam medicinam gratiæ eius accepimus. Medicina enim tollit peccata magna. Habemus etiam plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus. Pecuniam habes, redime peccatum tuum. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es. Peccatis tuis venundatus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. Vilis pecunia, sed preiosa est misericordiam

miseri cordia. \* Eleemosyna, inquit, à peccato libe-  
rar. Et alibi dicit: \* Redemptio viri diuitiæ eius. Et in  
Euangelio Dominus dicit: \* Facite vobis amicos de  
mammona iniquitatis. Tom. 4 lib. de Helia & ieiunio,  
Cap. 20.

Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripas.] Qui pœnitentiam agit, paratus esse debet ad opprobria perferenda, iniuriasque subeundas, nec commoueri si quis ei peccati sui crimen obijciat. Cùm enim ipse accusare se debeat, quem admodum alium non sustinet arguentem? Quòd si ab homine argui timere non debet, quanto magis à Domino Deo suo, cui omnes etiã in ijs quæ sunt occulta peccamus? cùm præsertim condemnatio præsentium, absolutio sit futurorum. Qui autem non condemnatur in seculo, cum hominibus non flagellabuntur. Vg mihi si de me dicatur: \* Habet mei cedem suam. Si bonum factum hac condemnatur sententia: quanto magis crimen grauatur? Nam si misericordia facili iactata sermone fructu fraudatur æterno: quanto magis iniquitatis pœna acerbi scœnoris accessione differtur? Ergo qui pœnitentiam agit, offerre se debet ad pœnam, vt hic puniatur à Domino, non ad supplicia æterna seruetur, nec expectare tempus, sed occurrere diuinæ indignationi. Vide facta Dauid eius precibus conuenire. \* Offenderat Dominum, quia numerari iusserat populum. Cõfessione præuenit Dei nuncium, peccasse se valde & nimis stulte fecisse commemorans: non quasi admoneret oblitum, sed quasi virgeret morantem, ne diutius commotionem differret offerre. Peccaui, inquit, valde, quoniam hoc verbum feci. Et nunc Domine dele iniquitatem serui tui. Quomodo deleantur peccata, audi dicentem: \* Solutum est peccatum eius, quia recepit de manu Domini duplicia peccata sua. Non ergo penitus sibi peccatum remitti postulat, sed moderata solutione deleri, hoc est, vt in futurum eius memoria deleatur. Denique quasi interpellãtis voce

Qui pœnitentiam agit, paratus esse debet ad quasuis iniurias perferendas.

\* Matth. 6.

Pœnitentes offerre se debent ad pœnam vt ad pœnam vt in hac vita puniantur.

\* 1. Paral. 21.

\* Esa. 40.

Dauid nõ pensat sibi peccata remitti postulat, sed moderata soluti-

conten-

*non deleri, ne  
suis perpetuum  
obsit.*  
\* 1. Paral. 21.

contentus Dominus ne vindicta commissi protela-  
retur erroris, misit ad ad eum Nathan prophetam: &  
ille venit ad regem, & dixit ei: \* Quid fieri velis eli-  
ge: triennij famem super terram, aut tribus mēsis  
fugere te à facie inimicorum tuorum & illos perse-  
quentes: aut triduo fieri mortem in terra. Et nunc  
scito & vide quid respondeam illi qui misit me. Vide  
docentem Deum qua mo seratione eius indigna: io  
leniatur, si non penitus verbera recusemus, sed qua-  
litate leuandi non euitandi supplicij postulemus.  
Tria proposuit, vt quod moderatius putaret, elige-  
ret. Vide etiam quemadmodum ad pœnitiã pro-  
uocat, vt nos offeramus iniuriã, eligere pœnã man-  
dans, vt in ipsa pœna electionis quãdam pœrogati-  
ua seruetur, & reo suo blandiatur hoc verbo. Et dixit  
Dauid ad Nathan: Angustiã mihi sunt in tribus: sed  
magis incidam in manus Domini, quoniam magna  
est misericordiã illius, quã in hominum manus.  
Numquid donari sibi veniã poposcit erroris? Quod  
si fecisset impudẽtiã notaretur, qui moderatiõni di-  
uinã fuisset ingratus. Sed plurimum suffragatur reo  
verecunda confessio: & pœnam, quam defensione  
euitare non possumus, pudore subleuamus. Tom. 4. in  
enarratione psal. 37.

*Piis fletibus  
soluitur culpa  
peccatorum.*

Respice nos quoque Domine Iesu, vt & nos pro-  
pria recognoscamus errata, soluamus pijs fletibus  
culpam, mereamur indulgẽtiã peccatorum. Ideo  
consulto sermonẽ protraximus, vt nobis quoq; gal-  
lus cantaret, & loquentibus subueniret, quo si quod  
delictũ obrepisset in verbo, culpam Christe dona-  
res. Da quãto lacrymas Petri, nolo lætitiã pecca-  
toris. Fleuerunt Hebrei, & per mare sunt dehiscen-  
tibus vndis liberati. Lætatus est Pharaõ quod Hebræ-  
os tenebat inclusos: & mari mersus cum populo suo  
occidit. Exsultauit & Iudas in mercede proditiõnis  
suã, sed ipsius se mercedis laqueo strangulauit. Fle-  
uit errorem suum Petrus, & meruit vt aliorum abo-  
leret errores. Tom 4. lib. 5. Hexæmeron, Cap. 25.

Quamquã, optime Lector, Ambrosius noster, vt abũde probatũ nosti, singulari studio pœnitentes hortetur, vt precibus, lacrymis, elemosynis, ieiunijs, alijsq; spiritualibus exercitijs Deum sibi conciliant, & scelerum maculas, quibus se coinquinauerunt, abstergant, Caluinũ tamen non pudet se Ambrosij auctoritate armare ad oppugnandam sacramentalem satisfactionem, quæ in ijs actionibus, quas modo nominauimus, posita est. Asserit enim illum Sermone 46. lib. 10. Comment. in cap. 22. Luc. omnes Catholicos, quos ipse Satisfactionarios petulantè satis appellat, iugulare, cum ait se in Scriptura sacra Petri lacrymas legere, satisfactione non legere. Verum Caluine Ambrosius non nos, sed te iugulat. Lacrymas enim, quæ pars magna sunt satisfactionis, lauare scribit bide delictum, lauare culpam: Lacrymas item nõ postulare veniam se dmereri. Quo ad sententiam Satisfactionariorum (ioquamur ita nunc cum Caluino) confirmandã nihil dici potuit clarius, nihil aptius. Nusquam quidem legit, neque legere potuit Petri satisfactionem, quia Petrus nusquam peccatum suum defendit, nusquam excusat. Satisfactionis enim uocabulum, quod & familiare ac usitatum est optimis quibusque Latinæ linguæ scriptoribus pro defensione usurpauit. Sequitur enim statim: Recte plane Petrus fleuit & tacuit, quia quod desteri solet, non solet excusari: & quod defendi non potest, abluipotest. Sed duo illa testimonia, de quibus nobis cum Caluino rixa est, integre & bona fide hic recitabo, & vt intelligas ea contra nos nihil facere, & quod inde sequitur, Caluinum vt uerbum Dei, ita quoque ueterum patrum scripta malitiose & scelerate corrupere. Inuenio enim, inquit 46. quod fleuerit, non inuenio quod dixerit. Lacrymas eius lego, satisfactionem eius non lego. Recte plane Petrus fleuit & tacuit, quia quod desteri solet, non solet excusari: & quod defendi non potest, abluipotest. Lauat enim lacryma delictum, quod uoce pudor est confiteri. Lacrymæ ergo uerecundia consulunt pariter & saluti, nec erubescunt in petendo, & impetrant in rogando. Lacrymæ inquam tacitæ quodammodo preces sunt: ueniam non postulant, & merentur: causam non dicunt, & misericordiam consequuntur: nisi quod utiliores lacrymarum preces sunt

sunt quàm sermonum, quia sermo in precando forte fallit, lacryma omnino non fallit. Sermo enim interdum non totum profert negotium, lacryma semper totum prodit affectum. Et ideo Petrus iam non viuit sermone quo fefellerat, quo peccauerat, quo fidem amiserat, ne per id ei non credatur ad confitendum quò vsus fuerat ad negandum, ac per hoc manu causam suam flere quàm dicere, & quod voce negauerat, lacrymis confiteri. Item lib: 10 Commentariorum in cap. 21. Luca: Non inuenio quod dixerit, inuenio quòd steterit. Lacrymas lego, satisfactionem non lego. Sed quòd defendi non potest, abluipotest. Lauant lacryma delictu quod voce pudor est confiteri. Et venia stetus consulunt, & rei cuncta lacryma sono horrore culpam loquuntur. Lacryma crimè sine offensione re-recundia confitentur: Lacryma veniam non postulant, sed merentur. Inueni cur tacuit Petrus, ne tã cito venia petitio plus offenderet. Ante flendum est, sic precandum. Bone lacrymas, quæ lauant culpam. Denique quos Iesus respicit, plorant delictum. Negauit primo Petrus & non fleuit: quia non respexerat Dominus. Negauit secundo non fleuit: quia adhuc non respexerat Dominus. Negauit & tertio, & respexit Iesus, & ille amarissime fleuit. Respice Domine Iesu, vt sciamus nos scelerum peccatum lauare delictum. Hæc Ambrosius. Velim nunc iudices optime Lector, vtros Ambrosius hic iugulet, Catholicosne, an Calumniosos. Non est necesse hic dicere quam scelerum penam nos nostra satisfactione redimamus. Non enim apud nos non prouociores modo, sed pueri etiam, ac vix dum balbutientes penam æternam, quam peccando incurrimus, non nisi vnus Mediatoris D. N. Iesu Christi virtute ac merito nobis remitti.

## IX. Pœnitentiam differendam non esse.

Pœnitentia agē  
da sollicitè &  
maturre.

\* Luca 13.

Actiam mature: ne forte Euangelicus ille paterfamilias, qui arbore frum ficum plantauit in vinea sua, veniat, & querens fructum in ea, si non inuenierit, dicat cultori vineæ: \* Succide eam, vt quid etiam terram occupat? Et nisi cultor vineæ interueniat dicēs: Domine remitte illam & hoc anno vsque dum fodi-

am

am circa illam, & mittam cophinum stercoreis, excidatur ficulnea. Stercoremus ergo & nos agrum hunc quem possidemus, & imitemur laboriosos agricolas, quos non pudet simo pingui satiari terrâ, & immundo cinere agrum aspergere, vt fructus vberiores colligant. Et quemadmodum stercoremus docet Apostolus dicens: \* Et æstimo stercorea, vt Christum lucrificiam, qui per infamiam & bonam famam meruit Christo placere. \* Legerat enim quòd Abraham dum se sterces & cinerem fatetur, summa humilitate inuenit Dei gratiam. \* Legerat quòd Iob in stercore sedens, omnia quæ amiserat recuperauit. \* Legerat prophetantem Dauid, quòd Deus de terra sulcitat inopem, & de stercore erigit pauperem. Et nos ergo non erubescamus fateri Domino peccata nostra. Pudor est, vt vnusquisque crimina sua prodat. Sed ille pudor agrum suum arat, spinas tollit perpetuas, sentes amputat, fructus adolet quos inter mortuos esse credebatur. *Tom. 1. lib. 2. de Pœnitent. Cap. 11.*

Eos, qui pœnitentiam differunt, satis ipse Dominus admonuit dicens: \* Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Nescimus quara fur veniat, nescimus an proxima nocte à nobis non esse disseposcatur anima. Adam post culpam statim de paradiso Deus eiecit, non distulit, sed statim separauit à delictis vt ageret pœnitentiam, statim tunicam vestiuit pelliceam non sericam. Quid enim quod differas? An vt plura peccata committas? Ergo quia Deus bonus est, ideo tu malus, & diuitias bonitatis eius & patientiæ contemnis? Sed bonitas Domini magis ad pœnitentiam te debet adducere. Ideo ad omnes sanctus Dauid dixit: \* Venite adoremus, & procidamus ante eum, & ploremus ante Dominum nostrum. *Tom. 1. lib. 2. de Pœnitent. Cap. 11.*

Baptizatus homo si postea defertor violatorque sacramenti fuerit peccat, & Deum repellit à se. Si autem agat pœnitentiam ex toto corde, vbi Deus videt, saluabitur, sicut vidit cor Dauid, quando incre-

\* Philip. 3.

\* Gen. 18.

\* Iob 42.

\* Psal. 112.

\* Matth. 3.

*Pœnitentiam non esse disseposcendam, propterea quòd incertum sit quæ hora Dominus venturus sit.*

\* Psal. 94.

*Peccator si agat pœnitentiã ex toto corde saluabitur.*



*Qui post pœnitentiam actâ bene vixerit, sine vilo dubio ad requiē vadit vbi hac vice defungitur.*

*Homo nescit an morti vicinus pœnitentiā accipere possit. Itaq; ad illud tēpus nō est pœnitentiā differenda.*

patus à Propheta grauiter post comminationes terribiles Dei exclamauit dicens: Peccaui; & mox vt audiuit, abstulit peccatum suum. **Quantum** valent tres syllabæ. Tres enim syllabæ sunt: Peccaui, sed in istis tribus syllabis flamma sacrificij cordis eius ad cœlum ascendit. Ergo qui egerit veraciter pœnitentiam, & solutus fuerit à ligamento quo erat constrictus, & à Christi corpore separatus, & bene post pœnitentiam vixerit, & post reconciliationem cum defunctus fuerit ad Dominum vadit, & ad requiem vadit, à regno Dei non priuabitur, & à populo diaboli separabitur. Qui autem positus in vltima necessitate ægritudinis suæ acceperit pœnitentiam, & mox reconciliatus fuerit & vadit, id est, exit de corpore, fateor vobis nō illi negamus quod petit, sed non præsumo dicere, quia bene hinc exit. Non præsumo, non polliceor, non dico, non vos fallo, non vos decipio, non vobis promitto. Fidelis bene viuēs securus hinc exit. Agens pœnitentiam dum sanus est & reconciliatus, si postea bene vixerit, securus est. Sed dicitis: **Quid** est, si bene vixerit, vel in hoc nos instrue Sacerdos bone vt hoc sciamus? Illud nescire te dicitis, an ille qui infirmus & impotens est peccare, si pœnitentiam acciperet, innoxius sit, facinora sua relaxantur in die iudicij: Hinc nullam securitatem nobis das. **Quid** est bene viuere post pœnitentiam, doce nos? Dico vobis, abstinere ab ebriositate, à concupiscentia, à furto, à malo eloquio, ab ipso immoderato risu, à verbo otioso, vnde reddituri sunt homines rationem in die iudicij. Ecce quàm leuia dixi, vt tacerem grauiā & pestifera. Et aliud dico. Non solum post pœnitentiam ab istis intus homo obseruare se debet, sed & ante pœnitentiam dum sanus est, quia nescit si possit ipsam pœnitentiam accipere & confiteri Deo & Sacerdoti peccata sua: Ecce quod dixi post pœnitentiam, dico ante pœnitentiam melius. Agens vero pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatus si exierit, an securus hinc exeat, ego non sum securus.

curus. Pœnitentiam dare possum, securitatem dare non possum. Quod dico attendite. Ego illud planius expono, ne aliquis me male intelligat. Numquid dico damnabitur? non dico, sed nec liberabitur dico. An aliud mihi dicis sancte Episcopo? Quid tibi dicâ, nescio. Dixi, non præsumo, non promitto, prorsus nescio de Dei voluntate. Vis te frater à dubio liberari, vis quod incertum est euadere: Age pœnitentiam dum sanus es. Si enim agis veram pœnitentiam dum sanus es, & inuenerit te nouissimus dies, securus es. Ergo curre & reconcilieris. Si sic agis, securus es. Quare securus? Vis dicâ tibi: Quia egisti pœnitentiam eo tempore quo & peccare potuisti. Ecce dixi, quare securus es. Si autem tunc agere vis ipsam pœnitentiam quando peccare iam non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Sed vnde scis, inquit, si forte Deus mihi misereatur, & dimittat mihi peccata mea? Bene dicis frater, bene dicis, vnde scio, & ideo tibi do pœnitentiâ, quia nescio. At ille inquit: Ergo dimitte causam meam Deo. Quid tu me verbis affligis, & non iudici me Deo dimittis? Illius iudicio te cômmitto, eius iudicio me commendo. Nam si scirem nihil tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Duæ res sunt, aut ignoscetur tibi, aut non tibi ignoscetur. Quid horû tibi futurum sit nescio, sed do consilium: Dimitte incertû, & tene certum. Et dum viuus age pœnitentiam veram, vt cum veneris in iudicium Dei, nõ à Deo confundaris, sed ab eo in regnum inducaris, hoc præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorû. Tom. 1. in exhortatione ad agendam pœnitentiâ.

*Agenda pœnitentia dum sanus es, vt securus hinc discamus.*

## CAPVT DECIMVM

### De Sacramento Ordinis.

I. Per sacram ordinationem, quod Sacramento-  
rum proprium est, gratiam conferrî, eiusq; exter-  
num signum esse, impositionem manuum.

*Cōfertur per  
manū imposi-  
tionem gra-  
tiae Dei ijs qui  
sacriū intian-  
tur.*

*Sacerdos qua-  
liscumq; tandē  
sit gratiā ha-  
bet, nō propri-  
am, sed ordi-  
nis, per effica-  
ciam Spiritus  
sancti.*

*Qui sacris ora-  
tionibus initiā-  
tur per imposi-  
tionē manū*

**Q**uis dat Frater episcopalem gratiam? Deus, an homo? Respondes sine dubio: Deus. sed tamen per hominem dat Deus, homo imponit manus, Deus largitur gratiam. Sacerdos imponit supplicem dexteram, & Deus benedicit potenti dextera. Episcopus initiat ordinem, & Deus tribuit dignitatem. *Tom. 4. lib. de dignitate sacerdotali, Cap. 5.*

[Diuisiones autem gratiarum sunt.] Non hoc humanis meritis vult ascribi, sed gratiæ Dei, ad honorificentiam nominis eius. Sicut enim qui dicit Dominum Iesum, in Spiritu sancto dicit qualifuis sit, ita & in loco ordinis officij ecclesiastici positus, gratiam habet, qualifuis sit: non vtique propriam, sed ordinis per efficaciam Spiritus sancti. Vnde & inter initia dicit: Neque qui plāta, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. *Tom. 5. in Epist. 1 ad Corinth. Cap. 12.*

Noli negligere gratiam quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij.] Intertum hunc vult esse & deditum exercitio lectionis, vt omni cura diligentiaque hoc enitatur, vt exhortetur & doceat. Exhortatio est, cum miti verbo aliquos prouocamus ad bonum opus. Docere vero, quando ea quæ latent, intimamus mentibus audiētium. Si enim rector populi ab his dissimulat, negligit gratiam datam sibi. Ad hoc enim creatur dux populo, vt huius salutis sollicitudinem gerat, admonendo, docēdo, vt fructum habeat ordinatio: quem ad hoc vtique Deus constituit, vt proficiat salutis plebis suæ. Qui ergo in hac auctoritate positus indiligēs fuerit, Dei contemptor habebitur, minimus in regno cælorum vocatus. Neque enim poterit facere, qui nec docere dignatur. Gratiam tamen dari, ordinatoris significat per prophetiam, & manuum impositionem. Prophetia est qua eligitur quasi doctor futurus idoneus: manus vero impositiones verba sunt mystica quibus confirmatur ad opus electus, accipiens auctoritatem teste conscientia sua, vt au-  
deat

deat vice Domini sacrificium Deo offerre. *Tom. 5. in accipiunt anno*  
*cap 4. Epist. 1. ad Timoth.* *Et unitatem sa-*

*cificium offer-*  
*rendi Deo.*

11. In Ecclesia Catholica hierarchiam esse,  
 quæ constat ex Episcopis, presbyteris  
 alijsque ministris.

**A**liud est quod ab Episcopo requirit Deus, &  
 aliud quod à Presbytero, & aliud quod à Diacono,  
 & aliud quod à Clerico, & aliud quod à laico vel  
 à singulis quibusque hominibus. *Tom. 4. lib. de dignitate*  
*sacerdotali, Cap. 3.*

Videmus passim in Ecclesia quos non merita sed *Largitiones*  
 pecuniæ ad Episcopatus ordinem prouexerunt: nu- *multos ad epi-*  
 gacem populum & indoctum, qui talem sibi ascie- *scopatus pro-*  
 runt Sacerdotem: quos sibi percunctari fideliter ve- *uehunt.*

lis, quis eos profecerit Sacerdotes, respondent mox  
 & dicunt: Ab Archiepiscopo sum nuper Episcopus  
 ordinatus, centumque ei solidos dedi vt episcopa-  
 lem gratiam consequi meruissem: quos si minime  
 dedissem, hodie Episcopus non essem. Vnde melius  
 est mihi aurum de sacello inuehere, quàm tantum  
 sacerdotium perdere. Aurum dedi, & Episcopatum  
 comparavi: quos tamen solidos, si viuo, recepturum  
 me illico non diffido. Ordino Presbyteros, consecro  
 Diaconos, & accipio aurum. Nam & de alijs nihilominus  
 ordinibus pecuniæ quæstum profligare con-  
 fido. *Tom. 4. lib. de dignitate sacerdot. Cap. 5.*

*Ambiunt mul-*  
*ti episcopalem*  
*dignitatem vt*  
*ex ordinatiõe*  
*Sacerdotiũ*  
*Diaconorũ o-*  
*pes corradaũt.*

Ei ipse dedit, quosdam quidem Apostolos, quos-  
 dam autè Prophetas, alios verò Euangelistas, quos-  
 dam vero pastores & magistros ad colummationem  
 sanctorum in opus ministerij. ] Apostoli, Episcopi *Episcopi in lo-*  
 sunt. Prophetæ vero explanatores sunt scripturarum, *cum Apostola-*  
 quamuis inter ipsa primordia fuerint Prophetæ, sic- *rum succedũt.*  
 ut Agabus, & quattuor virgines prophetantes, sicut  
 continetur in Actis Apostolorum, sed propter rudi-  
 menta fidei commendanda: nunc autem interpre-  
 tes Prophetæ dicuntur. Euangelistæ, Diaconi sunt,  
 sicut fuit Philippus. nam quamuis non sint Sacerdo-

*Euangelistæ ho-*  
*die Diaconi*  
*sunt.*

*Quos Paullus  
Pastores appel-  
lat Lectores  
dicere licebit.  
Magistri exor-  
cistæ sunt.*

*Ordo presby-  
terij.*

*In Episcopo om-  
nes ordines  
sunt.*

*In nascēte Ec-  
clesia propter  
necessitatē of-  
ficia ministro-  
rū Ecclesia in  
distincta fue-  
runt.*

*Omnibus con-  
cessū est initio  
baptizare &  
euangelizare,  
deinde vero  
vbi fidelitū nu-  
merus creuit*

tes, euangelizare tamen possunt sine cathedra, quem-  
admodum & Stephanus & Philippus memoratus.

Pastores possunt esse lectores, qui lectionibus sagi-  
nent populum audientem: quia non in pane tantum  
viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore  
Dei. Magistri vero exorcistæ sunt, quia in Ecclesia  
ipsi compeſcunt & verberant iniquios: siue ij qui  
lectionibus imbuendi, infantes solebant imbuere,  
sicut mos Iudeorum est, quorū traditio ad nos trans-  
itum fecit, quæ per negligentiam obsoleuit. Inter  
istos post Episcopum plus esse intelligitur, qui propter  
reſeratum occultum Scripturarum sensum propheta-  
re dicitur, præsertim quia futuræ spei verba de-  
promit, qui ordo nunc esse potest presbyterij. Nam  
in Episcopo omnes ordines sunt, quia primus Sacer-  
dos est, hoc est, princeps est Sacerdotium & Prophe-  
ta, & Euangelista, & cetera adimplēda officia Eccle-  
siæ in ministerio fidelium. Tamen postquam omni-  
bus locis ecclesiæ sunt constitutæ, & officia ordina-  
ta: aliter composita res est, quàm cœperat. Primum  
enim omnes docebant, & omnes baptizabant, qui-  
buscumque diebus vel temporibus fuisset occasio.  
Nec enim Philippus tempus quæsiuit aut diem quo  
Eunuchum baptizaret, neque ieiunium interposuit.  
Neque Paullus & Syleas tempus distulerunt quo  
Optionem carceris baptizarent cum omnibus eius.  
Neque Petrus diaconos habuit aut diem quæsiuit,  
quando Cornelium cum omni domo eius baptiza-  
uit, nec ipse, sed iussit fratribus qui cum illo ierāt ad  
Cornelium ab Ioppe. Adhuc enim præter septem  
Diaconos, nullus fuerat ordinatus. Vt ergo cresce-  
ret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia  
concessum est, & euangelizare, & baptizare, & Scri-  
pturas in Ecclesia explanare. At vbi autē omnia lo-  
ca circumplexa est Ecclesia, conuenticula constituta  
sunt, & rectores & cetera officia in ecclesijs sunt  
ordinata, vt nullus de clero auderet qui ordinatus  
non esset, præsumere officium quod sciret sibi non  
credatum

credendum vel concessum, & cœpit alio ordine & pro-  
 uidentia gubernari Ecclesia: quia si omnes eadem *alia puidētia*  
 possent, irrationabile esset, & vulgaris res & vilissi- *Ecclesia guber*  
 ma videretur. Hinc ergo est vnde nunc neque Dia- *nata est.*  
 cono in populo prædicant, neque clerici vel laici bap-  
 tizant, neque quocumque die credentes tinguntur  
 nisi ægri. *Tom. 5. in cap. 4. Epist. ad Ephes.*

III. *Episcopos Sacerdotibus superiores esse.*

**N**unc disputemus quid sit quod dicitur bap-  
 tisma. Venisti ad fontem, descendisti in eum, at-  
 tendisti summum Sacerdotem, Leuitas & presbyte-  
 ros in fonte vidisti. *Tom. 4. lib. 2. de Sacram. Cap. 6.*

Ascendisti de fonte: quid secutum est? Audisti le-  
 ctionem. Succinctus est summus Sacerdos. Licet &  
 presbyteri fecerint, tamen exordium ministerij à  
 summo est Sacerdote. Succinctus inquam summus  
 Sacerdos pedes tibi lauit. *Tom. 4. lib. 3. de Sacram. Cap. 1.*

Non enim misit me Christus baptizare sed euangeli-  
 zare. Quoniam maius est euangelizare quam  
 baptizare, ideo non se missum baptizare dicit, sed  
 euangelizare, quia in Episcopo omnium ordinatio-  
 num dignitas est: caput est enim ceterorum mēbro-  
 rum. *Tom. 5. in cap. 1. Epist. 1. ad Corinth.*

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quos-  
 dam autē prophetas. Inter Ecclesiæ ministros post  
 Episcopum plus esse intelligitur, qui propter occul-  
 tum Scripturarum sensum reseratum, prophetare di-  
 citur, præsertim quia futuræ spei verba depromit,  
 qui ordo nunc esse potest presbyterij. Nam in Epi-  
 scopo omnes ordines sunt, quia primus Sacerdos est,  
 hoc est, Sacerdotū princeps. *Tom. 5. in cap. 4. ad Ephes. princeps, et in*

Diaconos pari modo pudicos, nō bilingues, non eo  
 vino multo deditos, non turpibus lucris vacantes,  
 habentes mysterium fidei in conscientia pura: & hi  
 autem probentur primum, & sic ministrent sine cri-  
 mine. Post Episcopum diaconatus ordinationem  
 subiecit. Quare? nisi quia Episcopi & Presbyteri vna

*In Episcopo  
 omnium ordi-  
 nationum dig-  
 nitas est.*

*Episcopus est  
 Sacerdotum  
 princeps, et in  
 eo sunt omnes  
 ordines.*

ordinatio est. Vterque enim Sacerdos est, sed Episcopus primus est, vt omnis Episcopus Presbyter sit, non tamen omnis Presbyter Episcopus. Hic enim est, sed no ois Episcopus est qui inrer Presbyteros primus est. Denique Timotheum Presbyterum ordinatum significat: sed quia ante se alterum non habebat, Episcopus erat. Vnde & quemadmodum Episcopum ordinet, ostendit. Neque enim fas erat aut licebat, vt inferior ordinaret maiorē. Nemo enim tribuit quod non accepit. *Tom. 5. in cap. 3. Epist. 1. ad Timoth.*

III. Ordine ecclesiastico nihil esse augustius, & ideo ad eum non quosuis, sed tantum doctrinae morumq; integritate commendatissimos, admittendos.

**A**vdite me beatissimi Patres, & si dignum ducitis sanctissimi Fratres. Audite me stirps leuitica, germen sacerdotale, propago sanctificata, duces & rectores gregis Christi. Audite me rogantem vos pariter & timentem, & commodis & commotionibus solito consulentem, & honorem episcopatus demonstrare volentem, vt cum honoris vobis prerogatiua monstremus, merita etiam congrua requiramus. Nec falli possumus in opere, qui cognoscimus veritatem. Dignum est enim, vt dignitas sacerdotalis prius noscatur à nobis, & sic deinde seruetur à nobis, vt Psalmographi sententia queat repelli à nobis: \*Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Honor igitur fratres & sublimitas episcopalis, nullis poterit comparationibus adequari. Si regum fulgori compares, & principum diademati, lōge erit inferius, quàm si plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Quippe cum videas regum colla, & principum summitti genibus Sacerdotum, & exosculatis eorum dexteris, orationibus eorum credant se communiti. Quid iam de plebeia dixerim multitudi-

\*Psal. 48.

Honor episcopalis nullis potest comparationibus adequari.

Regum colla submituntur genibus Sacerdotum.

ne, cui

ne, cui non solum præferri à Domino meruit, sed vt  
eam quoque iure tueatur patrio, præceptis impera-  
rum est euangelicis? Sic certe à Domino ad beatum  
Petrum dicitur. \* Petre amas me? Et ille: Tu scis Do-  
mine quia amo te. Et cum tertio fuisset interroga-  
tus, & trina respõsione fuisset subsecutus, repetitum  
est à Domino tertio, Pascere oues meas. Quas oues, &  
quem gregem non solum tunc beatus suscepit Petrus,  
sed & nobiscum eas suscepit, & cum illo eas nos susce-  
pimus omnes. Vnde regendæ Sacerdotibus contra-  
duntur, merito rectoribus suis subdiciuntur, quia  
euangelico coruscante mandato, videmus nihilo-  
minus esse præfixum: \* Non est discipulus super ma-  
gistrum, nec seruus super dominum suum, sed sufficit  
discipulo, vt sit sicut magister eius, & seruo sicut do-  
minus eius *Tom. 4. lib. de dignitate sacerdotali, Cap. 2.*

\* *Ioan. 21.*\* *Lucæ 6.*

Hęc vero cuncta, Fratres, ideo nos præmisisse de-  
betis cognoscere, vt ostenderemus nihil esse in hoc  
seculo excellētius Sacerdotibus, nihil sublimius Epi-  
scopis reperiri, vt cum dignitatem episcopatus Epi-  
scoporum oculis demonstramus, & digne noscamus  
quid simus, & quod sumus professione, & actione po-  
tius sacerdotis inuenitur.  
us quàm nomine demonstramus, vt nomen congru-  
at actioni, actio respondeat nomini. Ne sit nomen  
inane, & crimen immane. Ne sit honor sublimis & vi-  
ta deformis. Ne sit deifica professio & illicita actio.  
Ne sit religiosus amictus, & irreligiosus prouectus.  
Ne sit gradus excessus, & deformis excessus. Ne ha-  
beat in Ecclesia cathedra sublimior, & conscientia  
Sacerdotis reperiarum humilior. Ne locutionem  
simulemus columbinam, & mentem habeamus can-  
inam. Ne professionem monstremus ouinam, &  
ferocitatem habeamus lupinam. Ne digne nobis re-  
spondeatur per Prophetam à Domino: \* Populus hic  
labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me.  
Ergo Fratres sicut senatorem chlamys ornat, sicut  
agricultura rusticum, sicut barbarum arma, sicut nau-  
tam nauigationis peritia, & singulos quosque opifi-  
ces

\* *Esai. 29.*

*Nihil in hoc  
seculo excellē-  
tius sacerdoti-  
bus inuenitur.  
Vidē dū Eccle-  
sæ ministris,  
vt vita respō-*



*Honestæ & pia vita Episcopii in primum exornat.*

*Ruina quæ de alto est, grauiori casu colliditur.*

*Honor gradus grauiori debet circumsulari sollicitudine.*  
\* Sapien. 6.

*Simoniaci Sacerdotiū polulant & diffamant.*

\* Act. 8.

\* 4. Reg. 5.

ces operis sui qualitas ipsos demonstrat auctores, sic Episcopum non aliud nisi episcopalis opera designat: vt ex bono opere magis quam professione noscatur, plus meritis esse Episcopus, quam quod nomine vocetur. Quia sicut nihil esse diximus Episcopo excellentius, sic nihil est miserabilius, si de sancta vita Episcopus periclitetur, si Sacerdos in crimine teneatur. Et vt leuius est de plano corruere, sic grauius est qui de sublimi ceciderit dignitate: quia ruina quæ de alto est, grauiori casu colliditur. Honor quidem episcopalis coram hominibus præclarus est, sed si ruinam sustineat, dolor magnus est. Nam quantum præ ceteris gradus episcopalis altior est, tanto si per negligentiam delabatur ruina grauior est. Magna sublimitas magnam debet habere cautelam. Honor grandis grauiori debet sollicitudine circumsulari. Cui plus creditur, ab eo plus exigitur, sicut scriptum est, Quia optimis permixta sunt pessima. Et alibi: \* Potentes potentiora tormenta patiuntur. Tom. 4. lib. de dignitate sacerdotali, Cap. 3.

Licet iam nos coartet libelli huius prolixitas, & tempus nos vrgeat, vt ad finem huius operis veniamus: sollicitudo tamē fraterni nos retardat amoris, illorum præcipue Sacerdotum qui mētis tepore hebetati, sacerdotalem diffamant honorem, & qui nouam prodigaliter regulam ac tempestatem peperisse desententur, & Giezi sectantes & Simonis sententiam, sancti episcopus gratiam pecunijs coemerunt, nequaquam timentes, cum honorem sacerdotalem pecunijs emerēt, à beato Petro Apostolo se cum Simone fuisse damnatos, sicut ait: \* Pecunia tua tecum sit in perditione, quia donum sancti Spiritus te credidisti pecunijs comparare. \* Et lepram cum Giezi à sancto suscepisse se credat Heliseo, qui gradum sacerdotalem estimat pecunijs comparare. Quibus cum ista dixerimus, sufficere debuit suam comparando lepram possidere. Nam sicut validioribus morbis capite vitiat, reliquum necesse est corpus inundatione superi-

ois

oris morbi letaliter irrigari, ita & hi qui caput vi- *Mali sacerdon*  
dentur esse Ecclesie, morbo pestifero fraternum vi- *tes Ecclesie*  
tiant corpus, vt nihil ex totius corporis compage *plurimum obo*  
infauciarum possit euadere, quod negligentium Sa- *sunt.*

cerdotum vitiositatis mortale infecerit virus, ita vt  
videas in Ecclesia passim quos non merita sed pecu-  
niæ ad Episcopatus ordinem prouexerunt: nugacẽ  
populum & indoctum, qui talem sibi ascuerunt Sa-  
cerdotem. Quos si percunctari fideliter velis, quis  
eos præferat Sacerdotes, respõdent mox & dicunt:

Ab Archiepiscopo sum nuper Episcopus ordinatus,  
centumque ei solidos dedi, vt episcopalem gratiam *Sacerdotium*  
cõsequi meruissem, quos si minime dedissem, hodie *Ambrosij tem*  
Episcopus non essem. Vnde melius est mihi aurum *pore venale*  
de sacello inuehere, quàm tantum sacerdotium per-  
fuit.

dere. Aurum dedi & Episcopatum comparavi. Quos  
tamen solidos, si viuo, recepturum me illico non dif-  
fido. Ordino Presbyteros, cõsecro Diaconos, & ac-  
cipio aurũ. Nam & de alijs nihilominus ordinibus  
pecunię questum profligare confido. Ecce & aurum  
quod dedi, in meo sacello recepi, & Episcopatũ gra-  
tis accepi. Nempe hoc est quod doleo, quia Archi-  
episcopus carnaliter Episcopum fecit. Nam propter  
pecunias spiritaliter leprosum ordinauit. Pecunia,  
inquit, tua tecum sit in perditionem, quia donum  
Spiritus sancti gratiæ pretio comparasti, & cõmer-  
cium miserabile in animam exitium peregisti. Et  
nescij homines & indocti, in ordinationibus eorum *In ordinatio*  
clamant & dicunt: Dignus es, & iustus es, & conscien- *nibus Sacerdo*  
tia misera, Indignus es, & iniustus es, dicit. *tum populus*  
Tom. 4. *clamat, Dio*  
lib. de dignitate sacerdot. Cap. 5.

Tertor coram Deo & Christo Iesu & electis An-  
gelis, vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens *gnus est, imp*  
in partem aliam declinans. Manus cito nemini im-  
posueris, neque cõmunicaueris peccatis alienis. tem-  
peripsum castum custodi.] Sub testatione ea quę ad  
ordinationem Ecclesie mandat custodiri, præcipit  
nihil fieri sine præiudicio, ne facile aliquis accipiat  
eccle-

*Neminem ad ecclesiasticam dignitatem, nisi prius de vita eius & ordinis sacros moribus fuerit disputatū, vt dignus approbatus minister aut sacerdos constituatur, vt non postea si reprehensibilis videatur, permittat forte principem populi non ad liquidum præiudicasse quid mereretur, quem improbabiler ordinauit: nec illū cuius peccata ad suspicionem veniunt, ordinandum, ne commaculetur ordinatio vitijs & delictis eius. Si ergo omnino latentia sunt delicta, immunis erit rector, quia conscientia eius libera est. Suspicio enim trepidū facit. Peccat enim si non probat & sic ordinat.*

*ordinandus nō Melior enim ceteris debet probari qui ordinandus solū sine crimine esse, sed est. Non enim sufficit si sine crimine sit, quia merita eius debent præire bonorum operum, vt dignus habeatur ad ordinationem. Tom. 5. in cap. 5. Epist. 1. ad liquis prelus Timotheum.*

*cere debet.*

*V. Ecclesiasticas & Ecclesiasticorum causas, ad Ecclesiastica Episcoporum tribunalia esse referenda.*

**C**lementissimo Imperatori & beatissimo Augusto Valentiniano Ambrosius Episcopus. Dalmatius me tribunus & notarius mandato, vt allegauit, clementiæ conuenit tux, postulans vt & ipse iudices eligerem sicut elegisset Auxentius. Nec tamen expressit eorum nomina qui fuerant postulati, sed id addidit quod in consistorio esset futura certatio arbitro pietatis iudicio tuę. Cui rei respondeo, vt arbitrator, competenter. Nec quisquam contumacem iudicare me debet cum hoc asseram quod augustę memoriae pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit, in causa fidei vel ecclesiastici alicuius ordinis eum iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis. Hęc enim verba rescripti sunt: hoc est Sacerdotes de Sacerdotibus uoluit iudicare. Quinetiam si alias quoque argueretur Episcopus, & motum esset examinanda causa, etiam hanc uoluit ad episcopale iudicium pertinere.

Quis

*Valentinianus Maior legibus sanxit, vt sacerdotibus uoluerunt dicarent.*

Quis igitur contumaciter respondit clementiæ tuæ? Ille qui te patri similem esse desiderat, an qui vult esse dissimilem? Nisi forte vilis quibusdam tanti Imperatoris existimatur sententia, cuius & fides confessionis conitancia comprobata est, & sententia melioratæ reipublicæ profectibus prædicatur. Quando audiuisti clementissime Imperator in causa fidei laicos de Episcopo iudicasse? Ita ergo quadam adulatione curuamur, vt sacerdotalis iuris simus immemores, & quod Deus donauit mihi, hoc ipse alijs putem esse credendum? Si docendus est Episcopus à laico quid sequatur, laicus ergo disputet, & Episcopus audiat, Episcopus discat à laico. At certe si vel scripturarum seriem diuinarum, vel vetera tempora retractemus, quis est qui abnuat in causa, in causa inquam fidei Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis iudicare: Eris Deo fauente etiam senectutis maturitate prouectior, & tunc de hoc censebis qualis ille Episcopus sit qui laicus ius sacerdotale subiternit. Pater tuus Deo fauente vir maturioris æui dicebat, Non est meum iudicare inter Episcopos. Tua nunc dicit clementia, Ego deo iudicare: Et ille baptizatus in Christo inhabilem se ponderi tãti putabat esse iudicij: clementia tua, cui adhuc emerenda baptismatis sacramenta seruantur, arrogat de fide iudicium: cum fidei ipsius sacramenta non nouerit?

*Et post pauca:*

Si tractandum est, tractare in Ecclesia didici, quod maiores fecerunt mei. Si conferendum de fide, Sacerdorum debet esse ista collatio, sicut factum est sub Constantino augustæ memoriæ principe, qui nullas leges ante præmisit, sed liberum dedit iudicium Sacerdotibus. Factum est etiam sub Constantio augustæ memoriæ Imperatore paternæ dignitatis hærede. Sed quod bene cœpit, aliter consummatum est. Nam Episcopi sinceram primo scripserat fidem, sed dum volunt quidam de fide intra palatium iudicare,

*In causa fidei  
numqua laicis  
de Episcopis iudicare licuit.*

*In causa fidei  
Episcopi ac  
Imperatoribus  
semper iudicauerunt.*

*Episcopi quidam Imperatorum parasiti ius sacerdotale laicis substernunt.*

*Sacerdotio est de fide disputare quemadmodum sub Constantino et Constantio factum.*

*Qua sit periculosum in palatio iudicare,*

pū palatij de  
fide iudicare.

In ea quæ dis  
uina sunt nul  
lum habet Im  
perator ius.

\* Matth. 22.

Ad Imperato  
rē palatia, ad  
Sacerdotē Ec

clesia pertinet

care, id egerunt, vt circumscriptionibus illa Episco  
porum iudicia mutarentur. Tom. 3. lib. Epist. 5. Epist. 32.

Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea quæ  
diuina sunt, imperiale aliquid ius habere. Noli te  
extollere, sed si vi diutius imperare, esto Deo subdi  
tus. scriptum est: \* Quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæ  
sari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdo  
tem Ecclesię. Publicorum tibi mœnium ius commif  
sum est, non sacrorū. Tom. 3. lib. Epist. 5. Epist. 33. ad Mar  
cellinam sororem suam.

cellinam sororem suam.

cellinam sororem suam.

V I. Quæ sint impedimenta sacrorum ordinum.

**D**E castimonia autem quid loquar, quando vna  
tantum nec reperiatur permititur copula? Et in  
iplo ergo coniugio lex est, non iterare coniugiū, nec  
secundæ coniugis sortiri cōiunctionem. Quod ple  
risque mirum videtur, cur etiam ante baptismū ite  
rato coniugio ad electionem muneris & ordinatio  
nis prerogatiuam impedimenta generentur, cum  
etiam delicta obesse non soleant, si lauari remissa  
fuerint sacramento. Sed intelligere debemus, quia  
in baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri nō po  
test. In coniugio non culpa sed lex est. Quod culpæ  
est igitur in baptismo relaxatur: quod legis est in  
coniugio nō soluitur. Quomodo autem potest hor  
tator esse viduitatis, qui ipse coniugia frequentaue  
rit? Tom. 1. lib. 1. Offic. Cap. 50.

Qui coniugiū  
iterarunt etiā  
ante susceptū  
baptismū, ad  
ordines sacros  
admitti non  
possunt.

\* 1. Tim. 3.  
Apostolus diga  
num nō puta  
uit ad dignita  
tem ecclesiasti  
cam euehendū

utrū qui ante  
baptismū ite  
rarint matri

Virtutum magister Apostolus est, qui cum pati  
entia redarguendos doceat contradicentes, \* qui  
vnius vxoris virum præcipiat esse: non quo exsortem  
excludat cōiugij, nam hoc supra legem præcepti est:  
sed vt cōiugali castimonia seruet ablutionis sue gra  
tiam. Neque iterū vt filios in sacerdotio creare Apo  
stolica inuiteretur auctoritate. Habentem enim dixit  
filios, non facientem, neque coniugiū iterare. Quod  
ideo non prætermisi, quia plerique ita argumentan  
tur, vnius vxoris virum dic post baptismum habitæ,  
eo quod baptismo vitium sit ablutum, quo affereba  
tur im

tur impedimentum. Et vitia quidem atque peccata diluuntur omnia, vt si quis contaminauerit suū corpus cum plurimis, quas nulla coniugij lege sociauerit, remittantur ei omnia: sed cōiugia non resoluuntur si quis iterauerit. Culpa enim lauacro non lex soluitur. Nulla enim culpa coniugij, sed lex est. Quod legis est igitur, nō remittitur quasi culpa, sed tenetur quasi lex. Ideo Apostolus quasi legem posuit dicens: Si quis sine crimine est vnus vxoris vir, teneatur ad legem sacerdotij suscipiendi. Qui autem iterauerit coniugium, culpam quidem non habet coinquinati, sed prerogatiua exiuitur Sacerdotis. Diximus quid legis est, dicamus etiam quid rationis. Sed prius cognoscamus, non solum hoc Apostolum de Episcopo & presbytero statuiffe, sed etiam Patres in concilio Niceni tractatus addidisse, neque clericum quemquam debere esse qui secunda coniugia sortitus sit. Quomodo enim potest consolari viduam, honorare, cohortari ad custodiendam viduitatem, seruando marito fidem, quam ipse priori cōiugio non reseruauerit? Aut quid interesset inter populum & Sacerdotem si iisdem astringerentur legibus? Debet preponderare vita Sacerdotis, sicut preponderat gratia. Nam qui alios præceptis suis ligat, debet ipse legitima præcepta in se custodire. *Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 82.*

*Patres Niceni  
ne clericus qui-  
dem esse posse  
statuerunt, qui  
secunda coniu-  
gia sit sortitus*

Et post paululum ait: \* Vnius vxoris virum. Si ad superficiem tantum litterę respiciamus, prohibet digamum Episcopum ordinari. Si vero ad altiorē sensum conscendimus, inhihet Episcopum duas usurpare Ecclesias. *Tom. 4. lib. de dignitate sacerdot. Cap. 4.*

*\* 1. Tim. 3.*

**CAPVT VNDECIMVM**  
De Sacramento Matrimonij.

*1. Matrimonium seu nuptias damnandas non esse.*

T Doce-

*Triples est  
virtus castita-  
tis, conjugalis,  
viduitatis &  
virginitatis.*

*Ita predicari  
debent virgini-  
tates et vidui-  
tates, ut coniu-  
gio suis hono-  
res referantur.*

*Christus docu-  
it non esse da-  
mnandas nu-  
ptias.*

*\* I. Cor. 7.*

*Onera matri-  
monij.*

*Propter one-  
ra & difficul-  
tates coniugij  
non esse viro  
ab vxore dis-  
cedendum.*

**D**Ocemur triplicem esse castitatis virtutem: Vnam cōiugalem, aliam viduitatis, tertiam virginitatis. Nō enim aliam sic predicamus, vt excludamus alias. Suis quibusque professionibus ista conducitur. In hoc Ecclesiæ opulens disciplina, quōd quos præferat habet, quos reijciat, non habet, atque vtinam habere numquā possit. Ita igitur virginitatem predicamus, vt viduas non reijciamus. Ita viduas honoramus, vt suus honor cōiugio referueretur. Non hoc nostra præcepta, sed diuina testimonia docent. Reminiscamur itaque quemadmodum Maria, quemadmodum Anna, quemadmodum Sufanna laudentur. *Tom. 1. lib. de viduis.*

Est ergo etiam cœlesti voce probata virginitas, dominicisque expetenda præceptis. Quo loco magister diuina vocis imitemur. Nam cū in superioribus coniugium memorauerit nō esse soluendum nisi ex causa fornicationis, in posterioribus integritatis gratiā donūque cōtexuit: vt doceret non damnandas esse nuptias, sed probandas, nuptijs tamen ipsis integritatis studia præferenda. Quis enim tā auersus à vero qui nuptias damnet? Sed quis tam alienus à ratione, qui coniugij onera non sentiat? \* Etenim mulier innupta & virgo, cogitat quæ sunt Domini, vt sit sancta corpore & spiritu. Nā quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Et præter has molestias quamuis nubendo non peccet, contritionem tamē habebit carnis huiusmodi. Grauis enim partus labor est, grauis creandorum & erudiendorum liberorum molestia. Quibus ante præscripsit, ne quis huiusmodi auerteretur iniurijs. Multæ enim in partus doloribus cōstitutæ, coniugio se renunciare dicunt. Multi etiam matrimonij onera non ferentes, alieno ab vxore auertuntur affectu. Et ideo Apostolus ante præmisit: Iunctus es vxori? noli querere solutionem. Et bene ait: Iunctus es. Quodā enim vir & vxor nexu inter se amatorio copulantur, & quibusdam inuicem sibi habentis amoris astricti

▲ stricti sunt. Bona igitur vincula nuptiarum, sed tamen vincula: & si vincula, tamen vincula caritatis. Bonum coniugium, sed tamen à iugo tractum, & iugo mundi, vt viro potius cupiat placere, quàm Deo. Bona etiam vulnera caritatis, & osculis præferenda. \* Vtiliora enim vulnera amici, quàm volùtaria oscula inimici. Denique Petrus vulneratur, Iudas osculatur. Illum oscula cõdemnant, hunc vulnera emendant. Illius osculis prodicionis vulnera funduntur, istius lacrymis culpa lauatur. Itaque vt ostenderet sermo propheticus bona vulnera caritatis, Ecclesia dicit in Canticis canticorum: Quia vulnerata caritate ego sum. Nemo ergo vel qui coniugium elegit, reprehendat integritatem: vel qui integritatem sequitur, condemnet coniugium. Namque huius sententiæ aduersarios interpretes damnauit iam dudum Ecclesia, eos scilicet qui audeant soluere copulam cõiugalem. Audite enim quid dicat sacrosancta Ecclesia: \* Veni frater meus, exeamus in agum, requiescamus in castellis, diluculo surgamus in vinea, videamus si floruit vitis. Multos ager fructus habet, sed ille melior est qui & fructibus redundat, & floribus. Est ergo Ecclesiæ ager diuersis fecundus copijs. Hic cernas germina virginittatis flore vernantia, illic tamquam in campis silue viduitatem grauitate polentem, alibi tamquam vberi fruge coniugij Ecclesiæ segetem replentem mundi horrea, ac veluti maritæ vineæ foetibus torcularia Iesu Domini redudantia, in quibus fidelis cõiugij fructus exuberat. Tom. 1. lib. 3. de virginibus.

Tunc Iesus ductus in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. ] Multi laquei quacumque progredimur: Laquei in corpore, laquei in lege, laquei in pinnis templorum, in crepidinibus parietum tenduntur à diabolo. Laquei in philosophis, laquei in cupiditatibus. Oculus enim meretricis, laqueus est peccatoris. Laqueus in pecunia, laqueus in religione, laqueus in studio castitatis. Exiguus enim momentis

Bona sunt vincula nuptiarum

\* Prover. 20.

Nemo qui coniugium elegit, reprehendat integritatem: et qui virginittatem sequitur, non condemnet coniugium.

Ecclesia fecunda diuersis fructibus.

Homini christiano multæ collocantur insidie.



*Ecclesia anas-  
shemate eos fe-  
rit qui nuptias  
damnare au-  
dent.*

mens inclinatur humana, & huc atque illuc pro ver-  
sitate suadentis frequenter impellitur. Vider aliquem  
diabolus integram & illibatæ castimonie viri, suadet  
vt nuptias damnet, quo eiciatur ab Ecclesia, &  
studio castitatis à casto corpore separetur. *Tom. 5. lib.*

4. *Comment. in cap. 4. Luca.*

Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit  
multos. ] Quod neque ille qui studijs intentus infe-  
rioribus possessiones sibi terrenas coemit, regnum  
cœli possit adipisci, cum Dominus dicat: Vende  
omnia tua, & sequere me. Nec ille qui emat boues:  
cum He isæus occiderit, & populo diuiserit quos ha-  
bebat. Et ille qui duxerit vxorem, cogitet quæ mun-  
di sunt, nõ quæ Dei. Non quo coniugium reprehendatur,  
sed quia ad maiorem honorem vocetur integritas:  
quoniam mulier innupta & vidua cogitat quæ  
sunt Domini, vt sit sancta corpore & spiritu. *Tom. 5.  
lib. 7. Comment. in cap. 14. Luca.*

*Coniugium non  
est reprehens-  
endum.*

### II. *Secundas nuptias non esse damnandas.*

*Secundas nu-  
ptias non esse  
prohibendas.  
Sæpe repetitas  
nuptias nõ ad  
modum probat  
Ambrosius.  
\* 1. Cor. 6.*

**S**ECUNDAS nuptias non prohibemus, sed non sua-  
demus. Alia est enim infirmitatis contemplatio,  
alia gratia castitatis. Plus dico, non prohibemus se-  
cundas nuptias, sed non probamus sæpe repetitas.  
Neque enim quicquid licet, & decet. \* Omnia mihi  
licent, dicit Apostolus, sed non omnia sunt vtilia. Et  
vinum bibere licet, sed plurimum non decet. Licet  
ergo nubere, sed pulerius est abstinere. Sunt enim  
vincula nuptiarum. *Tom. 1. lib. de viduis.*

*Secunda nu-  
ptiæ permittæ  
sunt propter  
incontinentiã*

Beatior erit si sic permanferit secundum meum con-  
siliu[m]. ] Cum dicit nubat, lege loquitur naturali,  
quamquam à Deo primæ nuptiæ sint, secundæ vero  
permittæ sunt. Denique primæ nuptiæ sub benedi-  
ctione Dei celebrantur sublimiter: secundæ autem  
& in præfenti carent gloria. Concessæ sunt autem pro-  
pter incontinentiam, & quia solent viduarum iuui-  
ores incurere: ac per hoc concedit secundas. Sed  
quia melius est vt se contineat, vt dignior sit in futu-  
ro,

ro, consilium dat spiritali ratione præcipuum, vt se contineat. *Tom. 5. in cap. 7. ad Corinth.*

III. *Matrimonium vere & proprie sacramentum esse, solaq; morte dissolui.*

**M**Ater & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt. ] Moralis magister, qui de se ceteris præbet exemplum, atque ipse præceptor, ipse etiam tuorum exsecutor est præceptorum. Præscripturus enim ceteris: Quoniam qui non reliquerit patrem aut matrem suam, non est Filio Dei dignus, sententiæ huic primus ipse se subiecit. Non quo materna refuset pietatis obsequia, (Ipsius enim præceptum est: \* Qui non honorauerit patrem aut matrem morte moriatur) sed quia paternis se mysterijs amplius quàm maternis affectibus debere cognoscat. Neque tamen iniuriose refutantur parètes, sed religiosiores copulæ mentium docentur esse, quàm corporum. Ergo nõ debuerunt foris stare, qui Christum videre quærebant. \* Prope est enim verbum in ore tuo, & in corde tuo. Intus igitur verbum, intus & lumen. Vnde & ille ait: \* Accedite ad eum, & illuminamini. Si enim foris stantes nec ipsi agnoscuntur parentes, & propter nostrum fortasse non agnoscuntur exemplum: quemadmodum nos agnoscimur si foris stemus? Nec putet aliquis offendiculum esse pietatis, vbi mandatum legis impletur. Si enim relinquet homo patrem aut matrem, & adhærebit vxori suæ, \* & erunt duo in carne vna, recte sacramentum hoc in Christo seruatur & Ecclesia. *Tom. 5. lib. 6. Comment. in cap. 8. Lucæ.*

Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. ] Mysterij sacramentum grande in vnitatem viri ac feminae esse significat. Nec hoc prodit, sed aliam causam quæ non discordet à memoria mysterio flagitat, quàm scit ad profectum humani generis pertinere, hoc est, Ecclesiæ & Saluatoris, vt sicut relictis parentibus homo vxori suæ ad-

hæret, ita & relicto omni errore, Ecclesiæ adhæreat & subijciatur capiti suo, quod est Christus. *Tom. 5. in cap. 5. Epist. ad Ephes.*

Denique ideo tentatur Sara pudicitia, vt exigitur omnium. Nam & Abimelech in vxorem sibi eam sumserat. \*Et dixit ei in nocte Deus: Ecce tu morieris propter mulierem. Aduertimus adulterium diuino iudicio morte puniri. Ideoque addidit: Hæc autem commoratur cum viro. Habent quidem omnes viri mulierisque concubitus nulla legitimi matrimonij forte celebrati suam culpam. Discite etiam, qui ad gratiam baptismatis tenditis, velut quidam fidei candidati continentia disciplinam sobriam. Nulli licet

\* Gen. 20.

*Adulteriū di-  
uino iudicio  
morse puniuntur*

*Nulli licet scire  
mulierem  
præter vxorē.*

\* 1. Cor. 7.

Mar. 6.

*Non licet marito, vxore viuente, alia ducere.*

scire mulierem scire mulierem præter vxorem. Ideo coniugij tibi datum est ius, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. Iunctus es vxori, noli quærere solutionem, quia \* non licet tibi vxore viuente, vxorem ducere: nam & aliam quærere, cum habeas tuam, crimē est adulterij: hoc grauius, quod putas peccato tuo auctori a rem lege quærendam. *Tom. 4 lib. 1. de Abraham patriarcha, Cap. 7.*

Omnis qui dimittit vxorem suā, & ducit alteram, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Noli vxorem dimittere, ne Deum tuæ copulæ diffitearis auctore. Etenim si alienos, multo magis vxorios debes tolerare & emendare mores. Audi quid dixerit Dominus: Qui dimittit vxorem, facit eam mœchari. Etenim cui non licet viuente viro, mutare coniugium, potest obreperere libido peccandi. Itaque qui auctor erroris, etiam reus culpæ est. Quò cum paruulis facta dimittitur? Quò turbanti vestigio grandæua detruditur? Durum, si excludas parætē, pignora teneas: vt ad contumeliam caritatis, addas etiam pietatis iniuriam. Durius, si propter matrem etiam filios simul pellas, cum magis redimere à patre liberi debeant culpam parentis. Quàm periculosum, si fragilem adolefcētulæ ætatem errori offeras? Quàm impium, si eius destitutas senectutem, cuius deflo-

*Qui vxorē dimittit Deū auctorem copulæ suæ esse diffiteatur.*

*Nō licet vxori repudiate viuente viro alij nubere.*

dehonoraueris iuuentutem? Ergo inhonoratū stipendijs, & veteranum Imperator dimitrat in gloriam, atque imperij sui possessione detrudat, & rusticum laboris effectū agro suo propulset agricola? An quod in subditos nefas est, in comparem fas est? Dimittris ergo vxorem quasi iure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana nō prohibet, sed diuina prohibet. Qui hominibus obsequeris, Deū verere. Audi legem Domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt: \* Quae Deus coniunxit, homo non separet. \* *Matth. 19.*  
 Sed non solum hic caeleste praeceptum, sed quoddam etiam opus Dei soluitur. Paterisne, oro, liberos tuos viuente te esse sub vitrico? aut in columi matre de-  
 gere sub nouerca? Pone, si repudiata non nubat: & haec viuo viro tibi debuit displicere, cui adultero fidem seruauit? Pone, si nubat: necessitas illius tuum crimen est: & coniugium quod putas, adulterium est. Quid enim refert, vtrum aperta criminis confessione, an mariti specie adulteriū admittas? nisi quod grauius est legem criminis fecisse quam furtū. *Tom. 5. lib. 6. Comment in cap. 16. Luca.*

Vxorem à viro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptam.] Hoc Apostoli consiliū est, vt si discesserit propter malam conuersationē viri, iam innupta maneat. *Tom. 5. in cap. 7. Epist. 1. ad Corinth.*

Non putauit hic pretereundum, quod ex aduersarijs nostris plurimi obseruauerunt, Ambrosium paulo post in explicatione eiusdem capituli 7. Epist. 1. ad Corinth. vire, si ab vxore adultera diuortium faciat, vt alij nubat permittere mulieri, vt nūc dictum est, non permittere. Verba illius haec sunt: Et virum vxorem non dimittere. ] Subauditur autem excepta fornicationis causa. Et ideo non subiecit dicens sicut de muliere, quòd si discesserit manere sic: quia non ita lege constringitur sicut mulier, caput enim mulieris vir est. Haec Ambrosius. Quae cum videantur ijs repugnare quae in cap. 16. Luca eum scripsisse meminimus, parem vtriusque scilicet mariti & vxoris conditionem esse, ac neutri licere, ob commissum adulterium,

*Matrimonij opus Dei.*  
*Qui repudiat iam à viro dicit, adulteriū committit.*

alterutro repudiato superstitite, nouas nuptias contrahere, non  
 \* Lib. 4. Sen- dubitarunt \* Petrus Lombardus & \* Gratianus, quibus ex  
 tent dist. 35. recentioribus assentiuntur nonnulli, locum ex Commentario  
 \* In cap. vxor in Epistolam ad Corin: hios mendosum esse, & aliter ab Am-  
 32. quast. 7. brofio scriptum, vel Amanuensi suo dictatum, quàm in libro  
 MS. aut etiam hodie in impressis existet. Quam opinionem

non improbo quidem, magnos enim, vt diximus, auctores ha-  
 bet: magis tamen probo, quod vir magni iudicij \* Gulielmus  
 Lindanus Episcopus Ruremundensis obseruauit, inter ea tes-  
 timonia nullam esse re ipsa pugnam, & eam, quæ prima sa-  
 cie apparet, commode tolli posse, si alterum de iure diuino, al-  
 terum, quo plus priuilegij uiris quàm mulieribus conceditur,  
 de humano & ciuili accipiat. Ea q: cõciliatio Ambrosij uer-  
 bis confirmatur. Inquit in cap. 16. Luce: Dimittis ergo vxo-  
 rem quasi iure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex  
 humana non prohibet, sed diuina prohibet. Qui hominibus ob-  
 sequeris Deum uerere. Audi legem Domini, cui obsequuntur  
 etiam qui leges ferunt, &c. Quæ ostendunt Ambrosium mis-  
 nime confirmare Aduersariorum de diuortio opinionem.

### III. Matrimonium esse signum coniunctionis Christi cum Ecclesia.

**P**ropter hoc relinquet homo patrem & matrem,  
 & adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna.]  
 Ad unitatem commendandam unitatis dedit exem-  
 plum, vt sicut uir & mulier vnum sunt per naturam,  
 ita & Christus & Ecclesia vnum intelligatur esse per  
 fidem. Mysterium hoc magnum est, ego autem dico  
 in Christo & Ecclesia.] Mysterij sacramentum gran-  
 de in unitate uiri & feminae esse significat. Nec hoc  
 prodit, sed aliam causam quæ non discordet à me-  
 morato mysterio flagitat, quam scit ad profectum hu-  
 mani generis pertinere, hoc est, Ecclesiae & Saluato-  
 ris, vt sicut relictis parentibus, homo uxori suæ ad-  
 hæret, ita & relictis omni errore, Ecclesia adhæret  
 & subijciatur capiti suo quod est Christus. Tom. 5. in  
 cap. 5. ad Ephes.

*Sicut uir et mu-  
 lier vni sunt  
 per naturam,  
 ita Christus et  
 Ecclesia vnum  
 sunt per fidem.*

*Mysterij sa-  
 cramentum  
 grande est in  
 unitate uiri  
 & feminae.*

V. *Extra matrimonium, quamcumque viri & mulieris comixtionem esse peccatum.*

**D**enique ideo tētatur Sara pudicitia, vt exigatur omnium. Nam & Abimelech in vxorem fibi eam sumferat. Et dixit ei in nocte Deus: \*Ecce tu morieris propter mulierem. Aduertimus adulterium diuino iudicio morte puniri. Ideoq̄ue addidit, Hæc autem commoratur cum viro. Habēt quidem omnes viri mulierisque concubitus nulla legitimi matrimonij sorte celebrati suā culpam. Discite etiā qui ad gratiam baptismatis tenditis, velut quidam fidei candidati continentix disciplinam sobriam. Nulli licet scire mulierem, præter vxorem. Ideo coniugij tibi datum est ius, ne in laqueū incidas, & cum aliena muliere delinquas. *Tom. 4. lib. 1. de Abraham patriarcha, Cap. 7.*

\* Gen. 20.

*Oēs viri mulierisq; concubitus nulla legitimi matrimonij sorte celebrati habent suam culpam.*

VI. *Absque carnali copula verum matrimonium constare posse.*

**N**ec illud moueat quod ait: \* Quia Ioseph accepit coniugem suam, & profectus est in Aegyptum. Desponsata enim viro coniugis nomen accipit. Cū enim initiatur coniugium, tunc coniugij nomen asciscitur. Non enim defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Denique cū iungitur puella, coniugium est, non cū virili commixtione cognoscitur. *Tom. 1. lib. de institutione virginis, Cap. 6.*

\* Matth. 1.

*Pactio coniugalis nō defloratio virginitatis facit coniugium.*

VII. *Certos consanguinitatis & affinitatis gradus, qui impediunt matrimonium, recte ab Ecclesia constitutos esse.*

**A**mbrosius Paterno. Paterni quidem vnanimis mei salutationem legi, sed cōsultationem haud quaquam paternam, vt velis filio neptem copulare ex filia, sed nec auo te, nec patre dignā. Itaque quid consulueris considera. Omne enim quod agere vo-

*Non licet filio copulare neptem ex filia.*

lumus, prius nomen facti eius interrogemus, & tunc utrum laude an vituperatione dignum sit, existimabimus. Verbi gratia, misceri mulieri quibusdam voluptas est, medicorum etiam pueri corporibus vtile ferunt. Sed considerandum utrum coniugi, an extraneæ, deinde nuptæ, an innuptæ. Si quis desponsata sibi & tradita utatur, coniugium vocat. Qui alienæ expugnat pudorem, adulterium facit, cuius vel solo nomine reprimitur plerumque tentandi audacia. Hostem ferire victoria est, reum æquitas, innocentem homicidium. Quod si quis percipiat animo, reuocat manum. Ergo etiam tu quid consulas, quæso tecum retractes. Coniugium vis inter filios nostros componere. Quæro utrum pares copulandi, an impares sint. Sed, nisi fallor, compares appellari solent. Boves qui iungit ad aratrum, equos ad currum, pares eligit, & ut ætas conueniat & forma: nec natura discrepet, nec decoloret diuersitas. Tu copulare paras filium tuum & neptem ex filia, hoc est ut accipiat fororis suæ filiã, diuersa licet matre quàm socrus editus. Interroga nominum religionē, nempe auunculus iste illius, illa huius neptis vocatur. Nec ipse te reuocat sonus nominum, cum hic auum resonet, illa hoc nomen ad auunculum quod ad auum referat? Quanta deinde etiam reliquorum confusio vocabulorum. Idem auus & socer vocabere, ea quoque tibi neptis & nurus diuerso nomine nuncupabitur. Mutabuntur etiam fratres diuersa vocabula, ut illa foreris fratri sit, iste gener forori. Nubar auunculo suo neptis, & immaculatorum pigeorum caritas illecebrosus amore mutetur? Super hoc igitur meam à sancto viro Episcopo vestro expectari sententiam non opinor neque arbitror. Nam si ita esset, & ipse scribendum putasset. Non scribendo autem significauit quod nequaquam hinc dubitandum arbitretur. Quid enim est quod dubitari queat, cum lex diuina etiam paruulos fratres prohibeat conuenire in coniugalem copulam, qui sibi quarto sociatur gradu? Hic autem

*Lex diuina paruulos fratres prohibet conuenire in copulam coniugalem.*

gradus

gradus tertius est, qui etiã civili iure à cõsortio coniugij exceptus videtur. Sed prius sacrae legis scita interrogemus. Præterdis enim in tuis litteris quod permis- sissimum hoc diuino iure connubium huiusmodi pignoribus existimeretur, eo quòd non sit prohibitum. Ego autem & prohibitum assero: quia cum leuiora interdicta sint de patruelibus fratribus, multo magis hoc quod arctioris est plenum necessitudinis interdictum arbitror. Qui enim leuiora astringit, grauiora non soluit, sed alligat. Quod si ideo permisissimum putas, quia specialiter non est prohibitum, nec illud prohibitum sermone legis reperies, ne pater filiam suam arripiat vxorẽ. Numquid ideo licet, quia non est prohibitum? Minime. Interdictũ est enim natura iure, interdictum est lege quæ est in cordibus singulorum. Interdictum est inuiolabili præscriptione pietatis, titulo necessitudinis. Quanta huiusmodi inuenies non interdicta lege per Moysen edita, & tamen interdicta sunt quadam voce nature. Multa quæ sunt quæ licet facere sed non expedit. \* 1. Cor. 6. licent, sed non expediunt: omnia licent, sed non edificat. Si ergo etiam ab ijs nos reuocat Apoitolus quæ non ædificant, quomodo faciendum putamus quòd & non licet legis oraculo, & non ædificat discrepante pietatis ordine. Et tamen illa ipsa vetera quæ fuerant duriora, temperata sunt per Euangelium Domini Iesu. \* 2. Cor. 5. Transierunt vetera, ecce facta sunt noua. Quid tam solemne quàm osculum inter auunculum & neptem, quod iste quasi filia debet, hæc quasi parenti? Hoc igitur inoffensæ pietatis osculũ suspectum facies de talibus cogitando nuptijs, & religiosissimum sacramentum caris pignoribus eripies. Sed si diuina te prætereunt, saltem Imperatorum præcepta, à quibus amplissimum accepisti honore, haudquaquam prætereire te debuerunt. Nam Theodosius Imperator etiam patruelles fratres, & consobrinos ueruit inter se coniugij nomine conuenire, & seuerissimam poenam statuit, si quis temerare ausus esset fratrum

Gradus tertius etiam civilis iure à consortio coniugij exceptus videtur

Im.

\* 1. Cor. 6.

\* 2. Cor. 5.

Theodosius Imperator ueruit patruelles fratres, et cõ-

fratrum



*Sobrinos coniu-  
gij nomine in-  
ter se cōuenire* fratrum pia pignora, & tamen illi inuicem sibi equa-  
les sunt, tantummodo quia propinquitatis necessi-  
tudine & fraternę societatis ligantur vinculo, pieta-  
ti eos voluit debere quod nati sunt. Sed dicis alicui  
*Paucorū prius  
legia non faci-  
unt legem com-  
munem.* relaxatum: Verum hoc legi non præiudicat. Quod  
enim commune statuitur, ei tantum proficit, cui re-  
laxatum videtur. Longe diuersa iniuria. Illud tamen  
licet in veteri testamēto legimus, vt aliquis vxorem  
suam sororem diceret, istud inauditum, vt quisquam  
nepem suam in vxorem accipiat & cōiugem dicat.  
Iam illud pulcherrimum quod negasti nepem tuam  
auunculo suo tuo filio propinquo semine conueni-  
re, quia non agnationis ei legitimo iure sed cognati-  
onis copuletur necessitudine. Quasi vero & veteri-  
ni fratres, id est, diuerso patre, sed eadem matre geni-  
ti possint diuerso sexu inter se coniugio conuenire,  
cū & ipsi agnationis ius habere non queant, sed  
cognitionis tantum sibi titulo connexi sint. Vnde  
oportet ab ea discedas intentione, quæ etiam si lice-  
ret, tamen tuam familiam non propagaret. Debet  
enim tibi filius noster nepotes, debet etiam neptis  
carissima pronepotes. Vale cum tuis omnibus. Tom.  
3. lib. 8. *Epist. Epist. 66.*

VIII. In matrimonij vsu spectandum esse si-  
nem propagandæ prolis.

Post hos autem dies cōcepit Elisabeth vxor eius,  
& occultabat se mensibus quinque, dicens: Quid  
mihi sic fecit Dominus in diebus, quibus respexit au-  
ferre opprobrium meū inter homines? ] Magna san-  
ctis cura est verecūdiæ, vt plerumque in ipsis pudor  
voti sit, sicut hoc loco aduertimus sanctā Elisabeth,  
quæ vtrique filios habere cupiebat, occultantem se  
mensibus quinque. Quæ causa occultationis est, ni-  
si pudoris? Est enim vnicuiq; officio præscripta ætas:  
& quod tempore decet, tempore non decet: ætque  
mutatio facti vniuscuiusque mutat sæpe naturam.  
Sunt etiam ipsi quædam tempora præscripta coniu-  
gio,

gio, quando dare operam liberis sit decorum. Dum *Decorum est* anni vigent, dum suscipiendorum liberorum spes est, *operam dare* dum generandi vsus est in exemplo, copulæ quoque *procreandis lib* vsus in studio est. At vero vbi matura æui senectus *beris dum spes* successerit, & ætas regendis liberis habilior quàm *est suscipiēdo* creandis, pudor est legitimi licet coitus indicia *rum liberorū.* stare, & grauari alienę gratiæ onere, & tumescere aluum nō sui temporis fructu. Senes enim ab ipsa concluduntur ætate, & iusto intemperantiæ pudore reuocantur facere opera nuptiarum. Adolescentes ipsi plerumque filiorum vota præterdunt, & excusandum arbitrantur ætatis calorem generationis affectu, quanto magis senibus agere turpe est, quod adolescentibus pudor est confiteri? Quinetiam ipsi iuuenes sobria timore diuino corda qui temperant, *Quidam susce* suscepta plerumque sobole renunciant operibus iu- *pta sobole ab* uuentutis. Et quid mirum de hominibus, si pecudes *usu matrimo-* quoque muto quodam opere loquuntur generandi *nij abtinent.* sibi studium, non desiderium esse coeūdi? Siquidem *Bestiæ generā-* vbi semel grauem aluum sibi senserint, & genitali al- *di studio con-* uo semen receptum, iam nec cōcubitum indulgent, *greduntur.* nec lasciuiam amantis sed curam parētis assumunt. At vero homines nec conceptis, nec Deo parant, *Homines beo* illos contraminant, hunc exasperant. \*Prius quàm te, *stis sepe intē-* inquit, formarem in vtero, noui te, & in vulua matris *perantiores.* sanctificauit te. Ad cohibendam petulantiam tuam, *\* Hierem. 1.* manus quasdam tui auctoris in vtero hominem formantis aduertis. Ille operatur, & tu sacri vteri secretum incestas libidine. Vel pecudes imitare, vel Deum verere. Et quid de pecudibus loquor? Terra ipsa à generandi opere sæpe requiescit: & si impatienti hominum studio iactis frequenter feminibus occupetur, impudentiam mulctat agricolæ, & fecunditatem sterilitate commutat. Ita quidem in ipsis elementis ac pecudibus ab vsu non cessare generandi, naturæ pudor est. Merito ergo etiam sancta Elisabeth erubescere gratiam, & si nō cognosceret culpam. Nam etsi concepit de viro, (Neque enim aliter

de

de hominis ortu fas est credere) tamē partus sui erubescerebat etatē. Et rursus caruisse se gauderebat opprobrio. Pudor est enim fœminis nuptiarū prœmia non habere, quibus hæc sola est causa nubendi. Hoc igitur opprobrium consolatur sui pudore sublato, co pudore, ut dixi, quod pudebat eam propter etatem. Vnde intelligi potest, quia iam non conveniebant inter se cōcubitu coniugali. Neque enim ea quæ senilem non erubesceret coitum, erubesceret partum, & tamen erubescit onus parētis quamdiū nescit mysterium religionis. Illa quæ occultabat se quia conceperat filium, iactare se cepit quia generabat prophetam. Et quæ erubescerebat ante, benedixit: & quæ dubitabat ante, firmatur. Ecce enim, inquit, ut vox salutationis tuæ facta est in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. Itaque magna voce clamavit ubi Domini sensit aduentum, quia religiosum credidit partum. Nulla enim causa pudoris, ubi propheta ortus data non affectata fidem generationis ascisceret. *Tom. 5. lib. 1. Cōment. in cap. 1. Lucæ.*

**IX. Non licere Catholicis matrimonium contrahere cum infidelibus.**

**S**ed prope nihil gravius quam copulari alienigenæ, ubi & libidinis & discordiæ incentiva & sacrilegij flagitia consantur. Nam cum ipsum coniugium velamine sacerdotali & benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest coniugium dici, ubi non est fidei concordia? Cum oratio communis esse debeat, quomodo inter dispares deuotione potest esse coniugij communis caritas? Sæpe plerique capti amore fœminarum fidem suam prodiderunt, ut patrum populus in Beelphegor. \* Vnde Phinees arrepto gladio interfecit Hebræum & Madianitem fœminam, & mitigabat indignationem diuinam, ne totus populus exstingueretur. Quid de pluribus exemplis loquar? Ex multis vnum proferam, ut eius cōmemoratione liqueat quàm perniciosum sit alienigenæ

*Non potest coniugium dici, ubi non est fidei concordia.*

\* Num. 25.

*Quàm periculosum sit cum*

nigenæ

nigenę mulieris afciuilfe copulam. \*Quis fortior, & muliere infide  
 ab incunabilis fuis munitior Dei Spiritu quam Na- *li matrimonij*  
 zaræus Samfon? Et ipfe proditus est, & ipse per mu- *contrahere.*  
 lierem non potuit suam tenere gratiam. Tom. 3. lib. \* Iudic. 16.

Epist. 9. Epist. 70.

Constrinxit autem Abraham (seruum seniore Abraham no-  
 domus suę) vt non de femine Chananaeorum vxor- *luit Isaac mu-*  
 rem accersiret domino suo, quorum generis auctor *lierę Chanæ*  
 patrem non honorauerat, & ideo maledictionis he- *ritatem trans-*  
 reditatem transmisit in suos: vt cognoscamus fidem, *rederere.*  
 & quandam hereditatem de auctoris prosapia in ijs  
 requirēdam, quos nobis volumus adiungere. \* Cum \* *Psal. 17.*

sancto enim sanctus eris, & cum peruerso peruer-  
 teris. Si hoc in alijs, quanto magis in coniugio, vbi *In cōiugio ma-*  
 vna caro, & vnus spiritus est? Quomodo autem po- *xima habēda*  
 test congruere caritas, si discrepet fides? Et ideo ca- *ratio fidei &*  
 ue Christiane, gentili aut Iudæo filiam tuam trade- *religionis.*

re. Caue, inquam, gentilem aut Iudæam atque alie-  
 nigenam, hoc est, hæreticam, & omnem alienam à  
 fide tua vxorem accersas tibi. Prima cōiugij fides,  
 castitatis gratia est. Si idola colat, quorum prædican-  
 tur adultertia, si Christum neget, qui præceptor & re-  
 munerator est pudicitiaę, quomodo potest diligere *Hæretici & à*  
 pudicitia? Si Christiana sit, non est satis, nisi ambo *Catholica fide*  
 initiati sitis sacramento baptismatis. Simul ad ora- *alicui nobis a-*  
 tionem nocte vobis surgendum est, & cōiunctis præ- *lienigena sūt.*

dicibus obsecrādus Deus. Accedit aliud insigne casti- *Remunerator*  
 moniæ, si credas à tuo Deo tibi, quod sortitus es, cō- *pudicitia Christi*  
 iugium datū. Vnde & Salomon ait: \* A Deo, inquit, *stus.*

præparabitur viro vxor. Non possunt hoc dispa- *Vigilia christi-*  
 res fide credere, vt ab eo, quem non colunt, putent sibi *anorum.*

conubij impartitam gratiam. Ratio docet, sed am- *\* Prover. 19.*

plius exempla cōmouent. Species illecebra mulieris *Exēpla docēt*  
 decepit etiā fortiores maritos, & à religione fecit *infansas esse*  
 discedere. Et ideo tu vel amori consule, vel errorem *nuptias que*  
 caue. Primū ergo in coniugio religio queritur. Ideo *inter dispa-*  
 Abraham proximam quæsiuit dare vxorē filio suo *fide cōtrahunt*

Et tu proximam quære. Quis est proximus? Qui se- *uir.*

cit,

\* *Lucæ 10.* cit, inquit, misericordiam. \* In Evangelio hoc dixit Dominus Iesus. Et tu proximam seminis Abraham require, & propinquam proximi tui. Semen Abraham Christus, ipse est proximus omnium, qui super omnes fecit misericordiam, tollens peccata mundi. *Tom. 4. lib. 1. de Abraham patriarcha, Cap. 9.*

Omnis qui dimittit uxorem suam, & ducit alteram, mœchatur: & qui dimissam ducit, mœchatur.] Prius arbitrator dicendum de lege coniugij, vt postea de prohibendo diuortio disputemus. Quidam enim putant omne coniugium à Deo esse, maxi-

\* *Matth. 19.*

\* *1. Cor. 7.*

*Christiani non  
copulantur gen-  
tilibus Dei iu-  
dicio.*

\* *Prover. 19.*

me quia scriptum est: \* Quæ Deus coniunxit, homo non separet. Ergo si omne coniugium à Deo, omne coniugiū non licet solui. \* Et quomodo Apostolus dixit: Quod si infidelis discedit, discedat? In quo mirabiliter & noluit apud Christianos causam residere diuortij, & ostendit non à Deo omne coniugium. Neque enim Christiani gentilibus Dei iudicio copulantur, cum lex prohibeat. Sed occurrit illud, quod ait Salomon: \* Domum & substantiam patres partiuntur filijs, à Deo autem præparabitur viro uxor. Quod qui in Græco legit, non putat esse contrariū. Bene enim dixit Græcus ἀφ' οὐρα. Harmonia enim, conueniens & apta rerum omnium dicitur commissa eonnexio. Harmonia est, cum fistulæ organi per ordinem copulatæ legitime tenent gratiam cantilenæ, chordarumque aptus seruat ordo concordiam. Itaque non habent harmoniam suam nuptiæ, quando Christiano viro gētilis mulier non legitime copulatur. Ergo ubi nuptiæ, harmonia: ubi harmonia, Deus iungit. Vbi harmonia non est, pugna atque dissensio est: quæ non est à

\* *1. Ioan. 4.*

Deo, \* quia Deus caritas est. *Tom.*

*5. lib. 8. Commentariorum in  
cap. 16. Lucæ.*

FINIS LIBRI TERTII.

CON-

# CONFESSIO

## AMBROSIANÆ

### LIBER QVARTVS,

#### IN DECEM CAPITA

DISTRIBVTVS.

### CAPVT PRIMVM

#### De Purgatorio.

*Orare, & offerre sacrificium corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi pro defunctis, Ambrosij aetate vsu receptum fuisse.*



**D**A TE manibus (Valentiniani Imperatoris) sancta mysteria. Pio requiem eius poscimus affectu. Date sacramenta ecclesia mysteria. Animam pia matris oblationibus prosequamur. Extollite populi mecum manus in sancta, ut eo saltem munere vicem eius meritibus rependamus. Nec ego tumulum eius floribus aspergam, sed spiritum eius Christi odore perfundam. Spargant alij plenis lilia calathis, nobis lilium est Christus.

*Hortatur populum ut pro anima Valentini supplicent Deo.*

*Et paullo post:*

Beati ambo, si quid mea orationes valebunt. Nulla dies vos silentio praeteribit. Nulla inhonoratos vos mea transibit oratio. Nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione transcurreret. Omnibus vos oblationibus frequentabo. *Tom. 3. in oratione suae de obitu Valentini Imperatoris.*

*Perpetuam felicitatem se ab illis suis precibus Gratiano & Valentino ano mortuis impetraturis confidit.*

Tibi nunc omnipotens Deus innoxiam commendo animam, (Satyri) tibi hostiam meam offero, cape propitius ac ferens fraternum munus, sacrificium Sacerdotis, haec mei iam liba praemitto. *Tom. 3. in oratione suae de obitu fratris.*

*Pro anima fratris Satyri saepe offert Deo sacrificium.*

*Honorius assistit altari dum patri Theodosio iusta perfolueret.*

Eius ergo principis (Theodosij) & proxime clamauimus obitum, & nunc quadragesimum celebramus, assistente sacris altaribus Honorio principe: quia sicut sanctus Ioseph patri suo Iacob quadraginta diebus humationis officia detulit, ita & hic Theodosio patri iusta perfoluit. *Et post pauca:*

*Perfectâ requiem Theodosio precatur*

Conteror corde, quia ereptus est vir qualem vix possumus inuenire. Sed tamen tu solus Domine inuocandus es, tu rogandus, vt eum in filijs representes. Tu Domine custodiens etiam paruulos in hac humilitate, saluos facis sperantes in te. Da requiem perfectâ seruo tuo Theodosio, requiem quam præparasti sanctis tuis. Illò conuertatur anima eius, vnde descendit, vbi mortis aculeum sentire non possit, vbi cognoscat mortem hanc non hominis finem esse, sed culpæ. \*Quod enim mortuus est, peccato mortuus est, vt iam peccato locus esse non possit. R. Eserget autem, vt perfectior renouato munere vita reparetur. Dilexi & ideo prosequor eum vsque ad regionem viuorum, nec deserâ, donec fletu & precibus inducam virum quò sua merita vocant, in montem Domini sanctum, vbi perennis vita, vbi corruptelæ nulla contagio, nullus gemitus, nullus dolor, nulla confortia mortuorum, vera regio viuentium, \*vbi mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile hoc induat incorruptionem. Magna requies, quæ votum impleat diligentis, pulcherrima promissio. *Tom. 3. in oratione de exitu, vita, ac virtutibus Theodosij Imperatoris.*

\*Rom. 6.

*Precibus et lacrymis se animam demortui Theodosij inducturum pollicetur in montem sanctum Domini.*

\*1. Cor. 15.

*Orat pro spiritibus fidelium defunctorum.*

Rogamus etiâ te sancte Pater pro spiritibus delictum defunctorum, vt sit illis salus æterna ac perpetua sanitas, gaudium & refrigerium sempiternum, hoc magnum pietatis sacramentum. Domine Deus meus sic illis hodie magnum & plenum gaudium de te pane viuo & vero, qui de cælo descendisti, & das vitam mundo de carne sancta & benedicta, agni videlicet immaculati qui tollis peccatum mundi. Et potari de fonte pietatis tuæ, qui per lanceam militis de latere emanauit crucifixi Domini nostri, vt consolati ex-

ti exsultent in laude & gloria tua sancta. Peto Domine clementiam tuam, vt descendat super hunc panem & calicem istum plenitudo diuinitatis tuæ. Descendat etiam Domine illa sancti Spiritus tui inuisibilis forma & incōprehensibilis maietas, sicut quondam in patrum hostias descendebat, qui & oblationes nostras corpus & sanguinem tuum efficiat, & me indignum Sacerdotem tuum doceat tantum tractare mysterium, ita vt placide ac benigne sacrificium suscipias de manibus meis ad salutem omnium tuorum quam mortuorum. Tom. 4. preccatione prima

*Sacrificiū corporis & sanguinis Christi offerretur pro salute tam viuorum quam mortuorum.*

Pro mortuorum salute assidue & solite Deo supplicare, quod Catholici, quia caritatis studium requirit libenter facimus, Caluinus in Epistola ad Franciscum Galliarum Regem scribit, Christiane Lector, Ambrosium nostrum improbare, dum lib. 1. de Abraham patriarcha cap. 9. consuluit, vt officio humanitatis erga mortuos in sepultura defuncti, sineremus eos quiescere. Verum quomodo potuit Ambrosius improbare, quod ipse nō priuatim modo, sed & publice toto orbe spectante fecit, & alios, vt idem facerent, hortatus est? In oratione enim funebri Valentiniāni A. monet Sacerdotes vt animam matris oblationibus prosequantur. Ad populum vero inquit: Extollite populi mecum manus in sancta, vt eo saltem munere vicem eius meritis rependamus. De seipso scribit: Beati ambo, si quid mee orationes valebunt. Nulla dies vos silentio prateribit. Nulla in honoratos vos mea transibit oratio. Nulla nox non donatos aliqua precum mearum contextione transcurrat. Omnibus vos oblationibus frequētabo. Idem officium carissimo suo fratri Satyro, & qui Valentiniāno successit, Theodosio Maiori A. impendit, vt paullo ante ostensum est. Quare ni Ambrosium secus fecisse, vt forte populo placeret, quam senserit, & postea docuerit calumniari velis (quam improbitatem in tātum virum cadere potuisse, nemo, nisi extreme improbus & sceleratus, affirmabit) malitiose agnoscas necesse est à Caluino, istius loci, quem citat, sententiam corrumpi. At consuluit tamen inquis, vt officio humanitatis erga

mortuos



mortuos in sepultura defuncti, sineremus eos quiescere. Quid si tibi illud liberaliter demus, quod tamen falso ponis (apud Ambrosium enim ea quæ usurpas verba non existant) quid inde conficies? An quicquam illud contra Orthodoxos et eorum pro mortuis orandi consuetudinem faciat? Nihil sane. Mortuos enim quiescere patimur. Nam dum pro vita sanctis oramus, dum pro ijs sacra facimus, non turbamus eos, verum pio affectu, ut Ambrosij verbis utar, ijs requiem poseimus. Sed ut quæ vera loci huius, qui nobis opponitur, intelligentia sit, indicare possum, sic ad verbum Ambrosius loquitur: Locus qui sequitur, habet mortem vxoris, fletum mariti, sepultura officium: quibus maritalis affectus probatur. Surrexit, inquit Scriptura, Abraham à mortuo, docemur, ut nò diutius inhereamus mortuis, sed quantum satis officij deferamus. Hactenus Ambrosius. Quis nò iudicabit, modo absque affectu & præiudicio hæc legat, cum non de precibus pro salute mortuorum ad Deum adhibendū, sed de immoderato lætū et fletu loquitur? Quid enim inhere mortuo est aliud, quàm molestissime alicuius mortem ferre? Siquidem qui vehementer amicorum morte cruciantur, ij sepe à funere & sepulcro non patiuntur se diuelli, ac die noctūque istis adherent, ac tantum non humari cum ijsdem optant. Huiusmodi acerbum nimis & irrisum lætū Ambrosius prohibet, & exemplo Abrahami consulit, ut nostrorum ex hac vita decessum non feramus grauius quàm deceat. Is enim dum vxoris obitum, quantum satis erat luxisset, surrexit à mortuo. De fletu itaque & lætū nimio, non de precibus assiduis Ambrosij verba accipienda sunt.

## CAPVT SECVNDVM

## De Sanctis &amp; eorum prærogatiua.

## I. Animas Sanctorum, etiam nunc, ante extremi iudicij diem, regnare cum Christo.

**E**go malim de vestro merito melius iudicetis, ut non inter cœtus ferarum, sed inter Angelorum consortia vos credatis futuros, & animos  
 Animi vbi ex hac vita disce- ex hoc iam vitæ anfractu & terreni corporis collu-  
 uione

atione discedere, & ad illa concilia superna contem-  
dere. Et sic sanctorum sit peruenire, laudem dicere *dit, ad super-*  
Deo, quam cit harizantes illos dicere prophetica *na cōcilia ten-*  
lectione comperimus, quia magna & mirabilia opera *dunt.*

tua Domine Deus omnipotēs, iustæ & veræ via tuæ  
rex gentium, quis non timebit & magnificabit no-  
men tuum? quia solus sanctus es, quia omnes gentes  
venient & adorabunt ante te. Videre quoque tuas  
Iesum nuptias, in quibus de terrenis ad cœlestia cō-  
cinentibus omnium gaudijs sponsa deducitur. \* Ad *\* Psal. 64.*

te enim omnis caro veniet, iam non seculo obnoxia,  
sed spiritui copulata, videre thalamos ornatos byssi-  
no, rosis, lilijs, & coronis. Sic enim cuius aliterius or-  
nantur nuptiæ, confessorum liuore, martyrum san-  
guine, lilijs virginum, coronis etiam Sacerdotum?  
Hoc sibi præ ceteris David sanctus optauit, vt hæc  
spectaret & cerneret. Denique ait: \* Vnam petui à *\* Psal. 26.*

Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Do-  
mini omnes dies vitæ meæ, & videam voluntatem  
Domini. Iuuat hoc credere, sperare delectat. Certe  
nō credidisse pœna est, sperasse gratia. Quod si in hoc  
erro, quia Angelis me post mortē sociari malo quàm  
bestijs, libenter in hoc erro, neque vinqum hac me  
opinionē dum viuo, fraudari patiar. Quid enim mi-  
hi superest solatiij, quàm quod me citius ad te frater  
spero venturum, nec digressus tui inter nos lōga di-  
uortia fore, tuis intercessionibus mihi hoc posse cō-  
ferri, vt citius desiderantem tui aduoces? Quis enim  
est qui non sibi debeat istud optare præ ceteris, \* vt *\* 1. Cor. 15.*  
corruptibile hoc induat incorruptelam, & mortale  
hoc induat immortalitatem, vt qui nunc morti cor-  
poris fragilitate succumbimus, supra naturam sici,  
mortem iam timere nequeamus. Tom. 3. in oratione de  
*fide resurrectionis.*

*Quid felices  
anima mortu-  
orum contem-  
plentur.*

*\* Psal. 26.*

*\* 1. Cor. 15.*

*Theodosius li-  
beris suis apud  
Deum præsul  
assistit.*

*assistit.*

Christus maluit, sibi cōsulit, & in alieno remedio vulnera sua curat. Agnoscit enim se esse hominem qui nouit ignorare, & vias Christi sequitur, qui carne suscepta maluit in hunc mundum redemptor venire quàm iudex. Vnde pulchre Psalmista dixit: \* Dilexi quoniam audiet Dominus vocem orationis meæ. In quo psalmo dum legitur, velut ipsum Theodosium loquentem audimus. Dilexi, inquit. Agnosco vocē piā, cuius testimonia vocis agnosco. Et vere dilexit, qui officia diligētis impleuit, qui seruauit hostes, qui dilexit inimicos, qui ijs à quibus est appetitus ignouit, qui regni affectatores perire passus non est.

*\* Psal. 114.*

*Sequitur deinde post pauca:*

*Anima Theodosij è terris discedens obuios habuit Angelos. Occultorū solus Deus cognitor est.*  
Ergo decedens è terris pia anima, & sancto repleta Spiritu, quasi interrogantibus ijs qui sibi occurrerent, cum sese ad sublimia & superna subigeret, dicebat: dilexi. Nihil hoc plenius, nihil expressius. Interrogabāt Angeli vel Archàngeli: Quid egisti in terris? (occultorum enim solus cognitor Deus) dicebat: dilexi. Hoc est dicere, legem impleui, Euangelium non præterui. Hoc est dicere, morti me obtuli, & tota die existimatus sum sicut ouis occisionis. \* Et ideo confido, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque virtutes, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit separare nos à caritate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

*\* Rom. 8.*

*Item post pauca:*

*Theodosij anima ingressa est in requiē suā.*  
Et ideo quia humilem se præbuit Theodosius Imperator, & vbi peccatum obrepserat, veniam postulauit, conuersa est anima eius in requiem suam, sicut habet Scriptura quæ dicit: \* Conuertere anima mea in requiem tuā, quia Dominus benefecit mihi. Pulchre dicitur animæ conuertere, quasi diuturno cuiusque operis sudore exercitæ vt à labore cōuertatur ad requiem. Conuertitur equus ad stabulum, vbi cursum impleuerit: nauis ad portum, vbi ad stationē fidam à fluctuum mole subducitur. Sed quid est quod ait: Ad requiem meam, nisi secundum illud intelligas quod

*\* Psal. 114.*

*Requies animarum in celo est.*

quod ait Dominus Iesus: Venite benedicti Patris mei, hæreditate possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: Tamquam enim possessionem hæreditariam de qua recipimus quæ promissa sunt nobis. Fidelis Deus quæ semel seruis suis preparat nõ subtrahit. Si fides nostra maneat, manet & spon- sio. Vide õ homo circa te gratiam Christi adhuc in terris quas teris, & in cælo possides. Ibi ergo sit cor tuum, vbi est possessio tua. Hęc est requies quæ iustis debetur, negatur indignis. *Tom 3 in oratione funebri de exitu, vita, ac virtutibus Theodosij Imperatoris.*

Dum semper affi. um tenere animo desidero sanctum virum, atque omnes actus eius quasi in specula positus exploro, hausi nimia indagine sollicitudin- nis amaritudinem nunciij celerioris, & quod adhuc mallem nescire, cognoui in cælestibus iam requie- scere virum sanctũ Acholium, quem in terris requi- rebamus. Quæritis quis hoc annunciauerit, cum ve- stra sanctitatis nondum venissent litteræ? Non te- neo auctorem nunciij, & vsu quidem venit, vt non li- bent er teneamus nuncium mœstitudinis, sed tamen clauso mari, occupatis terrarum barbarica infestati- one regionibus, cum deesset qui aduenire potuerit, non defuit qui nunciaret, vt mihi videatur ipse san- ctus annunciasse se nobis, eo quod iam perpetuo la- boris sui potiretur stipendio, & solutis vinculis cor- poris inter Angelorum ministeria Christo adhæ- ret, cupiens amantis sui errorẽ absoluere, ne illi lon- gæuitatem vitæ huius deprecaremur, cui vitæ æter- næ iam præmia deferebantur. Abijt ergo, non obiijt, & emigravit à nobis veteranus Christi Iesu cælo, terræque istius solum mutans, & plaudens alis atque remigijs spiritualibus dicit: \*Ecce elongaui fugiens, \* *psal. 54*

*Acholiuss vir sanctus in ca-elo requiescit.*

*Acholiuss in ses Angelorũ mi- nisteria Chri- sto adhæret.*

*Tom. 3. lib. Epist. 7. Epist. 59. de obitu, vita, virtutibus & con- uersatione sancti viri Acholij.*

Si ergo viuere in carne, hic mihi fructus operis est: & quid eligam, ignoro. Coartor autem ex his du- obus, desiderium habes dissolui, & cum Christo esse,

*Anima felices fruuntur promissis præmijs, statim ubi è corpore egressa fuerit.*

multo enim melius est. Remanere autè in carne, valde necessarium propter vos.] Manifestum est quod dicit, quia si in carne positus non otiosum est quod viuic, habet enim fructum operis sui: Quid eligam, inquit, ignoro. Duabus enim ex causis vrgetur. Habet enim desiderium excedere, & cum Christo esse, multo melius æstimans vt iam præsens sit apud Deum, vt exoptatis & promissis fruatur. In carne autem vt sit adhuc necessariũ dicit propter instructionem credentium. Et cum dissolui & cum Christo esse multo magis melius dicat: certũ tamen hoc scire se protestatur, quia manebit in carne ad profectum fidelium, vt gloria eorum abundet in Domino, proficiens ad laudem Apostoli, cum iterum viderint eum. incrementum enim faciunt scientiæ, & plenius fundantur in fide. Quantum affectum habet circa credentes, vt hoc quod multo melius esse dicit, sibi non eligat, sed hoc velit quod expediat multis: certus etiam Domino hoc placere, quod pro multorum salute proficiat. Quis nõ tertij cæli cupidus sperneret omnem curam præsentem? Quis non paradisi superioris desiderio omnia hæc postponeret? Tom. 5. in cap. 1. *Epist. ad Philippenses.*

*Petrus insertus Angelorũ coetibus.*

Nescio quid dicas.] Vnde te euocem Petre, vt doceas me quid flens cogita ueris? Vnde, inquã, te euocem? De cælo, ubi iam choro insertus es Angelorum: an etiam de tumulo? quia non puras iniuriam & ibi esse, vnde Dominus resurrexit. Doce nos quid tibi profuerint lacrymæ tuæ. Tom. 5. lib. 10. *Commentariorum in cap. 22. Lucæ.*

## II. Sanctos in Christo quiescentes speculatores esse vitæ actuumq; nostrorum.

*Inuocãdi sunt oēs cœlestes, et ij potissimum quorũ corpora apud nos quiescunt.*

**O**bscrandi sunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt, Martyres obscrãdi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrociniũ vindicare. Possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine etiam si qua habuerũt peccata

peccata lauerunt. Isti enim sunt Dei Martyres, non Martyres sunt  
firi praesules, speculatores vitae actuumque nostro speculatores vi  
rum. *Tom. 1. lib. de Viduis.* ta actuumq;  
& nostrorum.

Cuncti Martyres deuotissime percolendi sunt, & specialiter ij venerandi sunt à nobis, quorum reliquias possidemus. Illi enim nos orationibus adiuuant, isti etiam adiuuant passione. Cum his autem nobis familiaritas est. Semper enim nobiscum sunt, nobiscum morantur, hoc est, & in corpore nos viuentes custodiunt, & de corpore recedentes excipiunt. Hic ne peccatorum labes nos absumat, ibi ne inferni horror inuadat. *Tom. 3. Sermon. 77. de natali sanctorum Oskani, Aduentij & Solutoris Tauricorum.* Martyres in corpore nos viuetes custodiunt, de corpore recedentes excipiunt.

III. Angelos preces nostras offerre Deo, hominibusq; varijs in rebus adesse & opitulari.

Ratio quæ castitatis, iustitiæ, elemosynarum operibus adiuuatur, excedit mundum, penetrat paradysum, euolat vsque ad ipsum summæ maiestatis Angelus offert preces nostras Angelo conferente conspectum. Sicut quodam loco vox testatur angelica: \* Et cū tu, inquit, orares, ego obruli orationem tuam in conspectu claritatis Dei. Beata anima carissimi cuius votum, cuius computationis incensum, cuius supplicationis holocaustum, nulla infidelitate fumidum, nullo carnalis illecebræ fetore pollutum, nulla saeuicia cruentum, nulla odij similitate maculatum, sed fide igneum, conscientia nitidum, sinceritate cordis odoriferum, concordia & caritate perfectum, vsque ad Dei vultum per collectum nūciorum defertur obsequia. *Tom. 3. Sermon. 93. de natali sanctorum martyrum Nazarij & Celsi.*

\* Sic Helisæus propheta, exercitus Angelorum presidio sibi adesse monstrauit. \* Sic Iesus Naue ducem militiae cœlestis agnouit. Possunt igitur fructum in nobis custodire, qui possunt etiam militare pro nobis Vobis autem virgines sanctæ speciale presidium est, quæ intemerato pudore sacrum Domini seruatis cibile. Neque enim mirum si pro vobis Angeli militent, *Angelus militat p. virginibus.*

militent, quæ Angelorum moribus militatis. Meretur enim præsidium castitas virginalis, quorū vitam meretur. *Tom. 1. lib. 1. de Virginibus.*

Quæ pompa, quæ gratia, quanta Angelorum lætitia plaudētium, quod habere mereatur virgo in cælo, quæ cælestem vitam vitam vixit in seculo. *Tom. 1. lib. 2. de Virginibus.*

Cum sanctus Vitalis cogereetur à persequentibus vt Christū negaret, & ille amplius profiteretur Dominum Iesum Christum, omnia tormentorum genera in eum exercentes vt non esset in corpore eius sine vulnere locus, orationē fudit ad Dominum dicens: Domine Iesu Christe Saluator meus & Deus meus, iube suscipi spiritum meum, quia iam desidero vt accipiam coronam, quam Angelus tuus mihi ostendit. *Tom. 1. in exhortatione ad virgines.*

*Angelus in circuitu est hominis.*

Remoue à me plagas tuas. ] Quod Dominus fecit, id etiam tuetur. Denique Angelus in circuitu est hominis, qui prætendit ne quis noceat ei. Non discedit Angelus, nisi iussus à Domino, vt suus athleta deceret. *Tom. 4. in enarratione psal. 39.*

*Angelorū plena sūt omnia.*

Quod si quis alleuet mentis oculos, & consideret plena esse Angelorum omnia, aerem, terras, mare, Ecclesias, quibus Angeli præfunt (mittit enim Dominus Angelos suos ad defensionem eorum qui hæredes futuri sunt promissorum cælestium) an nõ facile concepto peccato renuntiabit? *Tom. 4. Sermone 1. in psalmum 118.*

*Dum Christi corp⁹ offertur, assistit Sacerdoti Angeli.*

Apparuit illi Angelus stās à dextris altaris incensif. ] Vtinam nobis quoque a dolentibus altaria, sacrificium deferentibus assistat Angelus, imo præbeat se videndum. Nõ enim dubites assistere Angelū, quando Christus assistit, Christus immolatur. Etenim Pascha nostrū immolatus est Christus. *Tom. 5. lib. 1. Comem. in cap. 1. Luca.*

**IIII. Sanctos vna cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus Deo offerre.**

Denique

**D**enique cum socrus Simonis magnis febribus \* *Luca 4.*  
 detineretur, Petrus & Andreas rogauerunt pro  
 ea. Et stans super illam imperauit febri, & remisit il-  
 lam, & continuo surgens ministrabat illis. Magnis,  
 inquit, tenebatur febribus, & rogauerunt illum pro  
 ea. Et tu habes proximos, qui Deo pro te supplicent.

Habes Apostolos proximos, habes Martyres proxi- *Apostoli &*  
 mos, si ipsa Martyribus deuotionis societate, mise- *Martyres pro*  
 ricordia quoque muneribus appropinques. Proxi- *nobis lubenter*  
 mus est enim qui misericordiam facit. Fac & tu mi- *orant, si ipsis*  
 sericordiam, & eris Petro proxima. Non sanguinis *deuotionis so-*  
 necessitudo, sed virtutis cognatio facit proximos, *cietate iungat.*  
 quia non in carne ambulamus, sed in spiritu. Ama- *mur.*

ergo propinquitatem Petri, affinitatem Andree, vt pro-  
 te rogent, & recedat cupiditates tuas verbo Dei pul-  
 sa. Surgas ilico, quæ in terris iacebas, vt Christo mi-  
 nistres. \* *Philip. 3.*

Nostri enim conuersatio in caelis est, vnde & *Matth. 25.*  
 Saluatorem expectamus Dominum Iesum. Nemo  
 enim iacens Christo ministrat. ministra pauperi, &  
 ministrasti Christo. \* *Quod enim vni horum feci-*

stis, mihi, inquit, fecistis. Habetis ergo viduæ auxili-  
 um, si tales vobis generos posteritatis vestrae patro-  
 nos, tales proximos eligatis. Ergo rogauerunt pro  
 vidua Petrus & Andreas. Vtinam existat aliquis qui  
 tam cito possit rogare pro nobis, vel certe iste qui  
 pro socru rogat, Petrus & Andreas frater eius. Tunc  
 enim pro affinitate poterant, nunc iam possunt pro  
 nobis & pro omnibus impetrare. *Tom. 1. lib. de Viduis.*

Ne quaeso eum Domine à fratre seiungas, ne iugum  
 pia germanitatis patiaris abrumpi. Hic tuus iam & *et pro nobis*  
 tuo iudicio vindicatus periclitatur amplius Gratia- *impetrare.*

nus, si separetur à fratre Valentiniانو, si non merca-  
 tur esse cum eo, per quem meruit vindicari. Quas il- *Gratianus p*  
 le nunc manus ad te pater erigit, quas pro fratre pre- *fratre Valen-*  
 ces fundit, quo ei inheret amplexu? quemadmodum *tiniano orat.*

sibi eum non patitur auelli? Adest etiam pater qui  
 militiam sub Iuliano, & tribunatus honores fidei  
 amore contempsit. Dona patri filium, fratri germa- *Valentinianus*  
 num, *primus tribus*  
*natus honores*  
*sub Iuliano fr-*



dei amore cō- num, quorum vtrumque imitatus est, alterum fide,  
 zensit. alterum deuotione pariter atque pietate in templo-  
 rum priuilegijs denegandis. *Tom. 3. in oratione funebri  
 de obitu Valentiniani Imp.*

*Theodosij Imp.* Theodosius vero plenus timoris Dei, plenus mi-  
 perator p̄ libe- sericordię speramus quòd liberis suis apud Christum  
 ris suis apud præsul assistat, si Dominus propitijs sit rebus huma-  
 Christum præ- nis *Tom. 3. in oratione funebri de obitu Theodosij Imp.*  
 sul assistit. Quid enim mihi superest solacij, quàm quòd me

*Ambrosij fra-* citius ad te frater spero esse venturum, nec digres-  
 tris sui Satyri- sus tui inter nos longa diuortia fore, tuis intercessi-  
 precib⁹ se iuua- onibus mihi hoc posse conferri, vt citius desideran-  
 ri posse cōsidi- tem tui aduocet: *Tom. 3. in oratione de fide resurrectionis.*

*Eorū sancto-* Cùm omnium sanctorum Martyrū fratres deuo-  
 rum solēnitas- tissime natalem celebrare debemus, tum præcipue  
 in primis nobis- eorum solemnitas tota nobis veneratione curanda  
 curāda est qui- est, qui in nostris domicilijs proprium sanguinem  
 in nostris do- profuderunt. Nam licet vniuersi sancti vbique sint &  
 micilijs sāgu- omnibus profunt, specialiter illi tamen pro nobis in-  
 nem profunde- terueniunt qui & supplicia pertulere pro nobis. Mar-  
 runt. tyr enim cū patitur, non sibi tantum patitur, sed &  
 ciuib⁹. Sibi enim patitur ad præmiū, ciuib⁹ ad salu-  
 tem. Exemplo enim eorum didicimus contumelijs  
 vitam æternam quærere, mortem didicimus non ti-  
 mere. *Tom. 3. Serm. 77. de natali sanctorum Octauj, Ado-  
 mentij & Solutoris Tauricorum.*

V. Sanctos suppliciter inuocare, & ad eorum  
 orationes, opem, auxiliūq̄, confugere,  
 etiam singulis Christianis bonum  
 atque vtile esse.

Rogauerunt pro vidua Petrus & Andreas. Vti-  
 nam existat aliquis qui tam cito possit rogare  
 pro nobis, vel certe iste qui pro focru rogat, Petrus &  
 Andreas frater eius. Tunc enim pro affinitate pore-  
 rant, nūc iam possunt pro nobis & pro omnibus im-  
 petrare.

petrare. Videtis enim quòd magno peccato obnoxia, minus idonea sit quæ pro se precetur, certe quæ pro se impetret. Adhibeat igitur ad medicum alios peccator: es. Aegri enim, nisi ad eos aliorum precibus medicus fuerit inuiratus, pro se rogare non possunt.

Infirma est caro, mens ægra est, & peccatorum vinculis impedita. Ad medici illius sedem, debile non potest explicare vestigium, obsecrandi sunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt, Martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quoddam corpus pignore patrocinium vindicare. Possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine etiam si qua habuerunt peccata, lauerunt. Isti enim sunt Dei Martyres, nostri præsules, speculatores vite actuumque nostrorum. Non erubescamus eos intercessores nostræ infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitatem corporis, etiam cum vincerent cognouerunt. *Tom. I. Scribitur.*

Et si sancta super sit soror Marcelliana integritate venerabilis, æqualis moribus, non impar officijs, tibi tamen (alloquitur fratrem suum Satyrum) ambo plus timebamus, in te vite huius iocunditatem repositam putabamus. Propter te viuere delectabatur, propter te non pigebat mori. Te enim ambo superstitem precabamur, tibi nos superuiuere non iuabat. Quando enim non cohortuir animus cum metus huiusmodi titillaret? Quomodo consternata mens erat ægritudinis tuæ nuncio? Væ miseræ opinionioni, putabamus redditum, quæ videmus dilatum. Tuis enim votis apud sanctum martyrem Laurentium impetratum esse nunc cognoscimus comēatum, atque vtinam non solum comēatum, sed etiam prolixum vite tempus rogasses. Potuisti annos plurimos impetrare viuendi, qui potuisti comēatum impetrare veniendi. Et quidem tibi omnipotens æterne Deus gratias ago, quòd vel hæc nobis suprema solatia non negasti, quòd amantissimi fratris ex Siculo Africanisque regionibus exoptatum nobis reditum

*Magno peccato obnoxia minus idoneo est qui pro se precatur.*

*Obsecrati sunt Angeli qui nobis ad præsidium dati sunt.*

*Martyres intercessores nostræ infirmitatis.*

*Satyrum votis suis apud sanctum Laurentium comēatum impetrauit.*

rum contulisti. Tom. 3. in oratione funebri de obitu fratris Satyri.

Quæ cum ita sint carissimi, licet hic tantus Christi sanctus Nazarius (Nazarius) pretiosus confessione, pretiosior eius peculiaris sanguine, crudeli vulnere pretiosior, & tincta veste est patronus Mediolanensium peculiaris putetur privilegio sepulcri, sed omnium est communi-  
one suffragij. Neque enim istius urbis caritas profusa & fides auara, tantum huic martyri derogauerit dum sibi arrogat, ut solum erga membra sua, parocinij illius beneficij transfatura esse crediderit. Non claudatur locis quod diffunditur meritis. Inuocasti ubique martyrem, ubique te exaudit ille qui honoratur in martyre. Moderante itaque eo qui pensat vota tua, & dispensat munera sua in tantum vicina presentia efficacis præbebitur aduocari, in quantum fuerit fides deuota suscepti. Tom. 3. Sermone 93. in natali sanctorum Martyrum Nazarij & Celsi.

† affuturam  
Innuocamus  
Martyres, ubi  
que exaudit  
nos ille qui ho-  
noratur in  
Martyribus.

Precibus Eleazar  
Sacerdotum  
in inuari cupit

Nec te Eleazar prætermittam, utpote Sacerdotum Sacerdos, sed tuis iuuandus oratis, qui genere Sacerdos, peritus in lege, maturus æui, cum oblatas esses Antiocho persecutori, nec tentamenti potuisti capi, nec præmij inflecti, nec suppliciorum acerbitatibus frangi. Tom. 4. lib. 2. de Iacob & uita beata, Cap. 10.

Inuocat sanctissimam virginem matrem Mariam, Apostolos, Martyres et Cōfessores.

Et ut efficax hæc mea sit de precatio, beatæ Mariæ virginis suffragia peto, quam tanti meriti esse fecisti, ut prima inter mulieres nouum munus offerret, & nulla præter ipsam tam nouum acciperet, nouum scilicet munus prima offerret, ut puella virgo persecueraret. Nulla præter ipsam tam nouum acciperet, ut Deum virgo pareret, & post partum virgo maneret. Apostolorum intercessionem imploro, qui beatissimam Mediatoris paupertatem eiusque passiones vestigio insequentes, ad tantum celsitudinis culmen peruenerunt, \* ut quæcunque ligarent super terram, essent ligata & in cælis, & quæ soluerent super terram, essent soluta & in cælis, \* atque in extre-

\* Matth. 16.

\* 18.

\* Ibidem 19.

mis federent super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Martyrum preces deposco, qui pro veritate non dubitarunt sanguinem fundere, nec dilexerunt animas suas vsque ad mortem, vt mortis superarent auctorem. Cōfessorum orationes expostulo, qui bella tentantis inimici dum pie viuere in Catholica pace, vel etiam hæreticorum conflictationem diuturno certamine pertulerūt, atque vt verum dicam, longioris occultique martyrij palmas acceperunt. Talium Domine Deus preces numquam spernis, si vt pro me exorent, ipse inspiraueris, qui æternitate perenni viuis & regnas cuncta per secula & in omnibus seculis, Amē. *Tom. 4. oratione secunda preparante ad Missam.*

*Supernorū ci-  
uiū preces Deo  
nūquā spernos*

Et tu quidem fili (inquit sancta vidua Iuliana) aliquanto propior patri, agnosce quæ matri debeas, quod domui vocabulum reddas. Aetas te excusat, sed hæreditas vocat. Locudentur fili pater & mater in te. Noli matrem contemnere quasi imprudētem. Regis admonitio, inquit, quem erudiuit mater sua. Quid seruabis fili? Dictiones Dei. Primogenite dico tibi fili. Quid filius mei ventris? Quid natus mearum orationum? Ne dederis mulieri tuam honestatem. Audis, quid Sapiens dicat, quid Scriptura asserat. Considera quis te vt nascereris iuuerit, filius es votorum magis quàm dolorum meorum. Considera cui te mulieri pater tali nomine designauerit qui vocauit Laurentium. Ibi vota deposuimus, inde nomen assumimus. Vota effectus secutus est, redde Martyr, quod debes Martyri. Ille te nobis impetrauit, tu restitue quod de te huiusmodi nominis appellatione promissimus. *Tom. 1. in exhortatione ad virgines. petranit.*

*Beati Laurē-  
tij precib' san-  
cta Iuliana vi-  
dua filium im-  
petrauit.*

*V I. Sanctorum natalitia diesq; festos Ambrosij tempore in solempni vsu fuisse.*

**B**Ene procedit, vt quoniam hodie natalis est virginis, de virginibus sit loquendum, & ex prædicatione liber sumat exordium. Natalis est virginis,  
inte-

*Natalis beate  
Agnes virginis.*

integritatem sequamur. Natalis est martyris, hostias immolemus. Natalis est sanctæ Agnes, mirentur viri, non desperent parvuli, stupeant nuptæ, mirentur innuptæ. *Tom. 1. lib. de Virginibus.*

\* Rom. 13.

Synagoga nox est, dies Ecclesia est. Vnde & Paulus dicit: \* Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Bona lux quæ perfidiæ excussit caliginem, fidei diem fecit. Dies factus est Petrus, dies Paullus. Ideoque hodie natali eorum Spiritus sanctus increpuit dicens: \* Dies diei eruat verbum, hoc est, ex intimo thesauro cordis fidem prædicant Christi. Et bonus uterque dies, qui nobis verum lumen euomuit. *Tom. 1. lib. 3. de Virginibus.*

*Natalis SS. A.  
postolorum Petri  
& Paulli.*

\* Psal. 18.

*1. lib. 3. de Virginibus.*

*Translatio B.  
Agricole Bono  
nise celebraba  
tur Ambrosij  
asate.*

Qui ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta secum referre consueuerunt. Ego ad Bononense inuitatus conuiuium, vbi sancti Martyris celebrata translatio est, apophoreta vobis plena sanctitatis & gratiæ reseruaui. Apophoreta autem solent habere triumphos principum, & hæc apophoreta triumphalia sunt. Christi enim nostri principis triumphus sunt Martyrum palmæ. Nec vero huc dirigebam iter, sed quia peritus à vobis sum, debui mecum deferre, quæ alijs parabantur, ne minor ad vos venirem, vt quod in me minus est quàm præsumebatur, in Martyre plus inueniretur. Martyri nomen Agricola est, cui Vitalis seruus fuit ante, nunc consors & collega martyrij. Præcessit seruus vt prouideret locum, secutus est dominus, securus quod fide seruuliam inueniret paratum. *Tom. 1. in exhortatione ad virgines.*

*Vitalis seruus  
fuit Agricola.*

Vnum scio, quod si quis illa die honoratus aut diues ob natalem filij sui ad decimum vsque miliarium ad prandium rogauisset, propter accuratas epulas, & inæquales mensuras, absque dubio vos ituros fuisse. Igitur fratres quotiescumque Martyrum memoriam celebramus, prætermisissis omnibus seculi actibus sine aliqua dubitatione concurrere debemus, reddere illis honorificetiam qui nobis salutem profusione

*Ad celebran  
dam memoriã  
Martyrũ pro  
perandum.*

reddere illis honorificetiam qui nobis salutem profusione

fusionem sui sanguinis pepererunt, qui tam sacrata hostia pro nostra propitiatione Domino sunt oblata, præsertim cum dicat ad sanctos suos omnipotens Deus: \* Qui vos honorat, me honorat: & qui vos spernit, me spernit. Quisquis ergo honorat Martyres, honorat & Christum: & qui spernit sanctos, spernit & Dominum. *Tom. 3. Sermon. 6.*

\* *Luce 10.*  
*Qui Martyres honorat, honorat et Christum.*

In sancti ac beatissimi Ioannis Baptistæ landibus, cuius natalem hodie celebramus, quid potissimum prædicem nescio, utrum quod mirabiliter natus, an quod mirabiliter occisus. *Tom. 3. Sermon. 63.*

Natalem beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli hodie celebrantes, diuersis epulis nos reficere debemus, & tantam festiuitatem magna cum lætitia celebrare. *Feria bb. Apostolorum Petri & Pauli.*

Quis enim talium virorum solemnitate nõ magnos sibi exhibeat apparatus, ut quo plus expenderit, plus se Apostolos cõfirmet amare? Verum tamen non opus est proprio sumtu ad refectiõnem nostram, nam natali suo sanctus Petrus ipse nos reficit. *Tom. 3. Sermon. 67.*

Notum omnibus vobis est Fratres, & vniuerso mundo notissimum, quod beatissimorum Petri & Pauli natalis est hodie, nec aliquam orbis partem late potest tanta deuotio. Siquidem de ijs dicat Dauid propheta: \* In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *Tom. 3. Sermon. 68.*

Depositionem sancti Eusebii hodie celebramus. Quid est depositio? Non illa utique quæ sepeliendis in terra membrorum reliquijs clericorum manibus procuratur, sed illa qua homo vinculis carnalibus absolutus, liber iturus ad cælum terrenum corpus exponit. Ipsa plane est depositio, in qua concupiscere abijcimus, cessamus delinquere, peccare desinimus, & totum quicquid salutis est graue, quasi abiecta sarcina oneris exponimus. Nam ideo hæc dies pro celebritate maxima procuratur, quia vere est summa festiuitas, mortuum esse vitij, soli vigere iustitiæ. Vnde depositionis ipsa dies natalis dicitur, quod

*Depositio S. Eusebii Vercellensis Episcopi.*

delictorum carcere liberati, libertati nascimur Sa-  
uatoris. *Tom. 3. Serm. 70. de natali sancti Eusebii Vercel-  
lensis Episcopi.*

**Natalis S. Lau-  
rentij.** Beatiissimi Laurentij martyris, cuius natalem ho-  
die celebramus, passionem nosse vos credo: & quan-  
ta in persecutione pertulerit, dilectionem vestram  
scire posse non dubito. Tanta enim martyrio gloria  
existit, vt passione sua mundum illuminaet vni-  
uersum *Tom. 3. Sermone 71. de natali sancti Laurentij Le-  
uita & Martyris.*

**Festiuitas S. Cy-  
priani immi-  
nente vindem-  
ia celebra-  
tur.** Sancti Cypriani festiuitatem, sicut omnibus no-  
tum est, hodie celebramus, & natali, sicut dicunt, im-  
minente vindemia natalem eius martyrij procura-  
mus. Conueniunt igitur vota nostra & mundi. Mun-  
dus vindemiarum vbertate lætatur: nos sanctorum  
passione gaudemus. Quæ quidem passio vindemijs  
comparanda est. Sicut enim vuarum expressione vi-  
num funditur, ita & sanctorum martyrio vini vice  
sanguis effunditur, nisi quod vna temporales fructus  
præstat, passio sempiternos. *Tom. 3. Serm. 72. de natali  
sancti Cypriani.*

Cum omnium sanctorum Martyrum Fratres deu-  
otissime natalē celebrare debemus, tum præcipue  
eorum solemnitas tota nobis veneratione curanda  
est, qui in nostris domicilijs proprium sanguinem  
profuderunt. Nam licet vniuersi sancti vbique sint &  
omnibus profint, specialiter tamen illi pro nobis in-  
terueniūt qui & supplicia pertulere pro nobis. Mar-  
tyr enim cum patitur, non sibi tantum patitur, sed &  
sibi tantum patitur ad præmiū, ciuibus ad ex-  
emplum. Sibi patitur ad requiē, ciuibus ad salutem.  
Exemplo enim eorum didicimus Christo credere,  
didicimus contumelijs vitam æternā querere, mor-  
tem didicimus non timere. Videte ergo quid Mar-  
tyribus debeamus, in quo alter tortus est, vt alius  
saluaretur. Alter carnificem pertulit, vt Christum al-  
ter agnosceret. Alter morti addictus est, vt alius vita  
potiretur æterna: & ad postremum sanctus occisus  
est,

est, vt peccator euaderet. Beati igitur Martyres nec sibi vixerunt, nec sibi sunt mortui.

*Et sub finem ait:*

Ideo fratres veneremur eos in seculo, quos defensores habere possumus in futuro. Et sicut eis ossibus parentum nostrorum iungimur: ita & eis fidei imitatione iungamur. In nullo enim ab ijs separari poterimus, si sociemur illis tam religione quam corpore. *Tom. 3. Serm. 77. de natali sanctorum Octauij, Aduentus ij & Solutoris Tauricorum.*

*Si colendi sunt in hoc seculo, quos defensores habere possumus in futuro.*

Multi persequentes me, & tribulantes me, à testimonijs tuis non declinaui. Tibi proficit quòd multi persecutores sunt, vt inter multas persecuciones facilius inuenias quomodo coroneis. Vt amur exemplo Sebastiani martyris, cuius hodie natalis est. *Tom. 4. Sermone 20. in psalum 118.*

*Sebastiani martyris natalis.*

VII. *Basilicas Sanctorum nomine, Deo consecratas fuisse.*

**A**mbrosius Felici Comensi Episcopo. Et si habitum corporis minus valebam, tamen vbi sermonem vnanimis mihi pectoris tui legi, non mediocrè sumsi ad conualescendum gratiam, quasi quodam tui alloquij pulegio refotus: simul quia celebrem vtrique nostrum annunciaisti diem affore, quo suscepisti gubernacula summi sacerdotij, de quo ante momentum cum fratre nostro Bassiano loquebar. Ortus enim sermo de Basilicæ, quam condidit Apostolorum nomine, dedicatione, dedit huic sermoni viam, siquidem significabat quòd sedulo quæreret tuæ sanctitatis præsentiam. *Tom. 3. lib. Epist. 1. Epist. 5. ad Felicem Comensem Episcopum.*

*Templum Apostolorum nomine Deo consecratum.*

Dominæ sorori vitæ atque oculis præferendæ, frater. Quia nihil sanctitatem tuam soleo eorum præterire quæ hîc te gerantur absente, scias etiã sanctos Martyres à nobis repertos. Nam cum basilicam dedicassem, multi tamquam vno ore interpellare ceperant dicentes: Sic in Romana basilica dedices.



Respondi, faciam, si Martyrum reliquias inuenero, Statimque subijt veluti cuiusdam ardor præfagij. Quid multa? Dominus gratiam dedit, formidantibus etiam clericis iussi eruderari terram eo loci qui est ante cancellos sanctorum Felicis & Naboris. Inueni signa conuenientia, adhibitis etiam quibus per nos manus imponenda foret: Sic sancti Martyres eminere cœperunt, vt adhuc nobis silentibus arripere tur vrna, & itereretur prona ad locum sancti sepulcri. Inuenimus miræ magnitudinis viros duos, vt

*Corpora Felicis et Naboris Mediolani Ambrosij cœpore asseruata fuerunt.*

*In Basilica Faustæ conduntur reliquie Gernasij & Prothasij.*

*Basilica Ambrosiana.*

prisca ætas ferebat. Ossa omnia integra, sanguinis plurimum. Ingens concursus populi per totum illud biduum. Quid multa? Condiuimus integra, ad ordinem transtulimus, vespere iam incumbente ad basilicam Faustæ, ibi vigiliæ tota nocte, manus impositio. Sequenti die transtulimus ea in basilicam, quam vocant Ambrosianam. Tom 3. lib. Epist. 10. Epist. 85. de inuentione corporum sanctorum Gernasij & Prothasij, ad sororem.

V III. Sanctorum Martyrum cum Christo viuentium sancta corpora, qua viua membra fuerunt Christi, à fidelibus merito obseruanda & in pretio habenda esse.

*Agricola et Vitalis martyres Christi in Iudæorum solo, inter ipsorum sepulcra. Iudæi ambuerunt cum seruulise sepultureque habere confortium, quorum Dominum negauerunt. Sic & aliquando Balaam dixit: Moriatur anima mea pro animis iustorum: & tamen non communicauit eorum operibus cum viucret, quorum in animis cupiebat mori. Et isti quos viuentes persecuti sunt, mortuos honorabant. Illic igitur Martyrum exuuias requirebamus, tamquam inter spinas rosam legentes, circumfundebamur Iudæis, cum sacræ reliquiæ eueherentur. Aderat populus Ecclesiæ cum plausu & lætitia.*

*\* Num. 23.*

SEpulti erant Agricola & Vitalis martyres Christi in Iudæorum solo, inter ipsorum sepulcra. Iudæi ambuerunt cum seruulise sepultureque habere confortium, quorum Dominum negauerunt. Sic & aliquando Balaam dixit: Moriatur anima mea pro animis iustorum: & tamen non communicauit eorum operibus cum viucret, quorum in animis cupiebat mori. Et isti quos viuentes persecuti sunt, mortuos honorabant. Illic igitur Martyrum exuuias requirebamus, tamquam inter spinas rosam legentes, circumfundebamur Iudæis, cum sacræ reliquiæ eueherentur. Aderat populus Ecclesiæ cum plausu & lætitia.

ria. Dicebant Iudæi: Flores visi sunt in terra, cum viderent Martyres. Dicebant Christiani: tempus incisionis adest. Iam qui metit, mercedem accipit. Alij seminauerunt, & nos metimus Martyrum fructus. Iterum audientes Iudæi voces plaudentis Ecclesiæ, dicebant inter se: \* Vox turturis audita est in terra \* *Cant. 2.* nostra. Vnde bene lectum est: \* Dies diei eructat \* *Psal. 18.* verbum, & nox nocti indicat scientiam. Dies diei, Christianus Christiano. Nox nocti, Iudæus Iudæo. Indicabant ergo Iudæi quod haberent scientiam Martyrum, sed non scientiã verbi. Id est, non secundum illam solius boni, & solius veri scientiam. \* *Rom. 10.* Ignorantes enim Dei iustitiam, & volentes se iustificare, iustitiam Dei non receperunt. Detuli ergo vobis munera, quæ meis legi manibus, id est, crucis trophæa, cuius gratiam in operibus agnoscitis. Certe & ipsi dæmones confitentur. Condant alij aurũ atque argentum, ac de latentibus eruant venis. Legant pretiosa monilia ferta. Temporalis ille thesaurus est, & sæpe habentibus perniciosus. Nos legimus Martyris clauos, & multos quidem, & plura fuerunt vulnera quàm membra. Clamare Martyrem diceret ad populum Iudæorum, cum clauos eius colligeremus: \* Mitte manus tuas in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Collegimus sanguinẽ triumphalem, & crucis ligum. Hæc sanctæ viduæ negare non potuimus postulanti. Munera itaque salutis accipite, quæ nunc sub sacris altaribus reconduntur. *Tom. 1. in exhortatione ad virgines.*

*Reliquias Martyrum Agricolæ & Vitalis magna studio Christiani conquirunt.*  
\* *Ioan. 20.*

Temporibus Constantini cõpletum est illud propheticum: \* In illo die erit quod super frenum equi \* *Zach. 14.* est, sanctum Domino omnipotenti. Quod illa sanctæ memoriæ Helena mater eius infuso tibi sancto Spiritu reuelauit. Beatus Constãtinus tali parente, quæ imperante filio diuini muneris quæsivit auxilium, quo inter prælia quoque tutus assisteret, & periculum non timeret. Magna fœmina quæ multo amplius inuenit quod Imperatori conferret, quàm

*Beata Helena* quod ab Imperatore acciperet. Anxia mater pro filio, cui regnum orbis Romani cesserat, festinauit locum dominicæ passionis.

Stabulariam hanc primo fuisse asserunt, sic cognitam Constantio seniori qui postea regnum adeptus est. Bona stabularia quæ tam diligenter præsepe Domini requisivit. Bona stabularia quæ stabularium non ignorauit illum qui vulnera curauit à latronibus vulnerati. Bona stabularia quæ maluit existimari stercora, \* vt Christum lucrifaceret. Id eo illum Christus de stercore leuauit ad regnum, secundum quod scriptum est: \* Qui suscitatur de terra in opem, & de stercore erigit pauperẽ. Venit ergo Helena, cœpit reuifere loca sancta, infudit ei Spiritus vt lignum crucis requireret, accessit ad Golgatham, & ait: Ecce locus pugnæ, ubi est victoria? Quæro vel vexillum salutis & nō inuenio. Ego, inquit, in regnis, & crux Domini in puluere? Ego in aulis, & in ruinis Christi triumphus? Ille adhuc latet, & latet palma vitæ æternæ? Quomodo me redemtam arbitror, si redemptio ipsa non cernitur? Video quid egeris diabolæ, vt gladius quo peremptus es, obstrueretur. \* Sed Isaac obstructos ab alienigenis putes eruderauit, nec latere aquam passus est. Tollatur igitur ruina, vt vita appareat. \* Promatur gladius quo veri Goliath caput est amputatum. Aperiat humus, vt salus fulgeat. Quid egisti diabole vt absconderes lignum, nisi vt iterum vinceris? Vicit te Maria quæ genuit triumphatorem, quæ sine imminutione virginitatis edidit eũ, qui crucifixus vinceret te, & mortuus subingaret. Vinceris & hodie, vt mulier tuas insidias deprehendat. Illa quasi sancta Dominum gestauit, ego crucem eius inuestigabo. Illa generatũ docuit, ego resuscitatũ. Illa fecit vt Deus inter homines videretur, ego ad remedium peccatorum diuinum de ruinis eleuabo vexillum. Aperit itaque humum, decuit puluerem, tria patibula confusa reperit, quæ ruina contexerat, inimicus absconderat. Sed non poterat

\* Philip. 3.

\* Psal. 117.

*Spiritus sanctus*  
*Etus Helena*  
*aucltor fuit vt*  
*crucem Domini*  
*mi requireret.*

\* Gen. 28.

\* 1 Reg. 17.

*Diaboli astitit*  
*lignũ crucis oc*  
*cultatum fuit.*  
*Maria diabo-*  
*lum vicit.*

*Tres crucez sunt*  
*inuenit.*

rat obliterari Christi triumphus. Incerto hæret vt mulier, sed certam indaginem sanctus Spiritus inspi-  
 rat, eo quod duo latrones cum Domino crucifixi fu-  
 erint. Querit ergo medium lignum, sed poterat fieri,  
 vt patibula inter se ruina contunderet, casus muta-  
 ret & inuerteret. Redit ad Euangelij lectionem, in-  
 uenit quia in medio patibulo prælatus titulus erat,  
 \* Iesus Nazareus rex Iudæorum. Hinc collecta est \* Ioan. 19.  
 series veritatis, titulo crux paruit salutaris. Hoc est  
 quod perentibus Iudæis Pilatus respondit: Quod  
 scripsi scripsi, id est, non ea scripsi quæ vobis place-  
 rent, sed quæ veras futura cognosceret, nõ vobis scri-  
 psi sed posteritati, propemodum dicēs: Habeat He-  
 lena quæ legat, vnde crucem Domini recognoscat.  
 Inuenit ergo titulum, regem adorauit non lignum  
 vtique, quia hic Gentilis est error & vanitas impio-  
 rum. Sed adorauit illum qui pependit in ligno, scri-  
 ptus in titulo. Illum qui sicut scarabeus clamauit vt  
 persecutoribus suis peccata donaret. Auida mulier  
 festinabat tangere remedium immortalitatis, me-  
 ruebat calcare sacramentum salutis. Læto corde &  
 trepidanti vestigio quid faceret nesciebat. Pertendit  
 tamen ad cubile, veritatis lignum refulsit, & gra-  
 tia micuit, vt quia iam feminam visitauerat Chri-  
 stus in Maria, Spiritus in Helena visitaret: docuit  
 etiam quod mulier ignorabat, & deduxit in viam,  
 quam mortalis scire non poterat. Quæsiuit clauos  
 quibus crucifixus est Dominus, & inuenit. De vno  
 clauo frenum fieri præcepit, de altero diadema inte-  
 xuit: vnum ad decorem, alterum ad deuotionē ver-  
 tit. Visitata est Maria vt Euam liberaret, visitata est  
 Helena, vt Imperatores redimerentur. Misit itaque  
 filio suo Constantino diadema gemmis insignitum,  
 quas pretiosior ferro innexas, crucis redētionis di-  
 uinæ gemma connecteret. Misit & frenum. Vtroque  
 vsus est Constantinus & fidem transmisit ad poste-  
 ros Reges. Principium itaque credentium Impera-  
 torum, sanctum est quod super frenum: ex illo fides,

*Helena inuenit  
 in ligno crucis,  
 adorauit eum  
 qui pependit in  
 ligno.*

*Clauos quibus  
 crucifixus est  
 Dominus He-  
 lena quæsiuit  
 & inuenit.*

vt persecutio cessaret, deuotio succederet. Sapienter Helena egit, quæ crucem in capite regum leuauit & locauit, vt crux Christi in regibus adoretur. Non insolentia ista, sed pietas est, cum defertur sacre redemptioni. Bonus itaque clauus Romani Imperatoris, qui totum regit orbem, ac uestit principū frontem, vt sint prædicatores qui persecutores esse consueuerunt. Recte in capite clauus, vt vbi sensus est, ibi præsidium. In vertice corona, in manibus habena. Corona de cruce, vt fides luceat, habena quoque de cruce, vt potestas regat, sitque iusta moderatio, non iniusta præceptio. Habeant hoc etiam principes Christi sibi liberalitate concessum, vt ad imitationem Domini dicatur de Imperatore Romano:

\* *Psal. 20.*

\* Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Ex illo gratulatur Ecclesia, erubescit Iudæus, non solum erubescit, sed etiam torquetur, quod ipse sibi auctor cōfusionis est. Dum insultat Christo, confusus est eum regem, dum regem Iudæorum appellauit, sacrilegium suum qui non credit, confiteretur. Ecce, inquiunt: Et crucifiximus Iesum, vt Christiani & post mortem resurgant, & mortui regnent. Nos crucifiximus quem reges adorant, quem non adoramus, ipsi adorant. Ecce & clauus in honore est, & quæ ad mortem impressimus, remedium salutis est, atque inuisibili quadam potestate dæmones torquet. *Tom. 3. in oratione de exitu, vita ac virtutibus Theodosij Imperatoris.*

*Clauus Domini inuisibili potestate dæmones torquet.*

Dominus gratiam dedit, formidantibus etiā clericis iussi eruderari terram eo loci qui est ante cancellos Felicis atque Naboris. Inueni signa conuenientia, adhibitis etiam quibus per nos manus imponenda foret: sic sancti Martyres eminere cœperunt, vt adhuc nobis silentibus arriperetur vrna, & sterneretur prona ad locum sancti sepulcri. Inuenimus miræ magnitudinis viros duos, vt prisca ætas ferebat. Offa omnia integra, sanguinis plurimū. Ingens concursus populi per totū illud biduum. Quid multa? Con-

*SS. Geruasij et Prothasij corpora Ambrosius inquiris.*

ta? Condiuimus integra, ad ordinem transtulimus, vespere iam incumbente ad basilicam Faustæ, ibi vigiliæ tota nocte, manus impositio. Sequenti die transtulimus ea in basilicam, quam appellant Ambrosianam. Dum transferimus, cæcus sanatus est. Talis mihi ad populum fuit sermo. Cùm tam effusam, tâque inauditam considerarem conuentus vestri celebritatem, & diuinæ gratiæ munera quæ in sanctis Martyribus refulserunt, imparem me, fateor, huic muneri iudicabam, nec fieri posse vt sermone absoluerem, quod vix possimus animo intendere, oculis comprehendere. Sed vbi sanctarū legi cæpit series Scripturarum, largitus est Spiritus sanctus qui locutus est in Prophetis, quo dignum aliquid tanto cœtu & expectatione vestra Martyrumque sanctorum meritis proferamus.

*Et paulo post:*

Gratias tibi Domine Iesu quòd hoc tempore tales nobis sanctorū Martyrum spiritus excitasti, quo Ecclesia tua præsidia maiora desiderat. Cognoscant omnes quales ego propugnatores requirā, qui propugnare possint, impugnare nõ soleant. Hos ego acquisiui tibi plebs sancta, qui prosint omnibus, nemini noceāt. Tales ego ambio defensores, tales milites habeo: Quorum quo maiora, eo tutiora patrocinia sunt. Horum etiam illis ipsis qui mihi inuident opro præsidia. Veniant ergo & videant stipatores meos, talibus me armis ambiri non nego. \* Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini nostri magnificabimur. \* Helisæum Scripturæ diuinæ series refert, cùm ab exercitu Syrorum esset obsessus, dixisse timenti seruulo, ne timeret, quia plures, inquit, pro nobis sunt, quàm contra nos. Et vt hoc probaret petiisse vt oculi Giezi aperirentur, quibus innumeros adesse vidit Prophetæ exercitus Angelorum. Nos etsi eos videre non possumus, sentimus tamen. Erant clausi isti oculi quàm diu obruta sanctorum corpora delitescabant. Aperuit oculos nostros, vi-

*Dum reliquia  
Cerasij &  
Prothasij tras  
feruntur ex bas  
ilica Faustæ  
in basilicā Am  
brosianam, ca  
cus sanatur.  
Vide Augusti  
num Tom. 5.  
li. 22. de Cini  
tate Dei.*

*Ecclesia deside  
rat præsidia  
Martyrum.  
Propugnatores  
Mediolanē  
sibus Ambrosi  
us inuenit.*

\* Psal. 19.

\* 4. Reg. 6.

*Helisæus Am  
gelorum præse  
dio munitus  
fuit.*

*Mediolanenses* demus auxilia quibus sumus sæpe defensi, non vide-  
*sepe à Gerua-* bamus hæc, sed habebamus tamen. Itaque trepidan-  
*sio & Protha-* tibus nobis quasi dixerit Dominus: Aspicite quantos  
*sio defensi.* vobis Martyres dederim: ita referatis oculis glori-  
 am Domini speculamur, quæ est Martyrum passio

*Corpora Geru-* præterita, & operatione præsens. Euasimus fratres,  
*asij & Pro-* non mediocrem pudoris sarcinam, patronos habe-  
*thasij Medio-* bamus & nesciebamus. Inuenimus vnum hoc quo  
*lani latuerunt.* videamur præstare Maioribus. Sanctorum Martyrum  
*August. Tom.* cognitionem quam illi amiserunt, nos adepti sumus.  
*5. lib 22. de cis* Eruuntur nobiles reliquæ sepulcro ignobili, ostentate  
*uitate Dei, ca.* duntur cælo trophæa. Sanguine tumulus mader,  
*3. per somnum* apparent cruores triumphales, notæ inuiolata, reli-  
*ea D. Ambros-* quæ lo co suo & ordinate repertæ, auulsum humeris  
*sio reuelata* caput. Nunc senes repetunt audisse se aliquando hor-  
*osse scribit.* um Martyrum nomina, titulumque legisse, perdi-  
 derat ciuitas suos martyres quæ rapuit alienos. Et si  
 hoc Dei munus est, tamen gratiam quam temporibus  
 sacerdotij mei Dominus Iesus tribuit negare  
 non possum, quia ipse Martyr esse nequeo, hos vobis

*Diem inuentio-* Martyres acquisiui. Condamus ergo reliquias fa-  
*nis SS. Mar-* cro sanctas & dignis ædibus inuehamus, totumque  
*tyrū celebrem* diem fida deuotione celebremus. *Tom. 3. lib. Epist. 10.*  
*vult esse Me-* *Epist. 85. de inuentione corporum sanctorum Geruasij &*  
*diolanensibus. Prothasij.*

*Beatorum Mar-* An putatis illum icinurare fratres qui primo dilu-  
*tyrum loca in-* culo non ad Ecclesiam vigilat, non beatorum Mar-  
*uisenda.* tyrum loca sancta perquirat, sed surgens congregat  
 seruos, disponit retia, canes producit, saltus siluas-  
 que perlustrat? *Tom. 3. Sermones 33.*

*Martyres sunt* Honoremus beatos Martyres principes fidei, in-  
*principes fidei,* tercessores mundi, præcones regni, cohæredes Dei.  
*intercessores* Quod si dicas mihi, quid honoras in carne iam resolu-  
*mundi, præco-* ta atque consumpta, de qua nulla iam Deo cura est?  
*nes regni, et co-* Et ubi est illud, carissimi, quod ipsa veritas loquitur  
*hæredes Dei.* per Prophetam? \* Pretiosa est, inquit, in conspectu  
*\* Psal. 115. &* Domini mors sanctorum eius. Et iterum, Mihi au-  
*138.* tem valde honorificandi sunt amici tui Deus. Hono-

rare debemus seruos Dei, quanto magis amicos Dei?  
 De quibus alio loco dicitur: \* Dominus, inquit, cu- \* *Psal. 33.*  
 stodit omnia ossa eorum, & vnum ex his non conte- *Quid in Mare*  
 retur. Honoro ergo in carne Martyris exceptas pro *tyribus hono*  
 riam perennitate virtutis, honoro viuentis memo- *remus.*  
 Domini sacratos cineres, honoro in cineribus femi-  
 na eternitatis, honoro corpus quod mihi Dominum  
 meum ostēdit diligere, quod me propter Dominum  
 mortem docuit non timere. Cur autē non honorent  
 corpus illud fideles, quod reuerentur & demones? *Demonēs res*  
 quod affligerunt in supplicio, sed gloriācāt in sepul- *uerentur cor*  
 cro. Honoro itaque corpus, quod Christus honora- *pora sanctorū*  
 uit in gladio, quod cum Christo regnabit in cælo.  
*Tom. 3. Sermonē 92. in natali sanctorum Martyrum Naxos*  
*ij & Celsi.*

*IX. Multa beneficia hominibus à Deo per Sancto-  
 rum reliquias collata, & eorum quondam  
 hæreticos, non secus ac hodie, con-  
 temtores & infestissimos  
 hostes fuisse.*

**E**cce, inquit Iudæi, clauus Christi in honore *Clauus Christi*  
 est, & quem ad mortē impressimus, remedium *fiti demones*  
 salutis est, atque inuisibili potestate demones tor- *torquet.*  
 quet. *Tom. 3. in oratione funebri de obitu Theodosij.*

Sequenti die transtulimus corpora sanctorū Ger *Idem habes a-*  
 uasij & Prochaj in basilicam quam appellant Am- *puad D. Augusti*  
 brofianam. Dum transferimus cæcus sanatus est. *stinū Tom. 1.*  
*Et paullo post: Cognouistis, imo vidistis ipsi multos lib. 9. Confess.*  
 à demonijs purgatos. Plurimos etiam vbi vestem *cap. 7. et Tom.*  
 sanctorum manibus contigerūt, his quibus labora- *5. lib. 22. de ci-*  
 bant debilitatibus absolutos. Reparata vetusti cor- *uitate dei, c. 8*  
 poris miracula, quo se per aduentum Domini Iesu  
 gratia terris maior infuderat, vmbra quadam san- *Vmbra san-*  
 ctorum corporum plerosque sanatos cernitis. Quan- *ctorū corporū*  
 ta oraria iactantur? Quanta indumenta super re- *multi sanati*  
 liquias sunt.



liquias sacratissimas vt tactu ipso medicabilia repossantur? Gaudent omnes extrema linea contingere, & qui cōtigerit saluus erit. Gratias tibi Domine Iesu quòd hoc tempore tales nobis sanctorum Martyrum spiritus excitasti, quo Ecclesia p̄s̄idia maiora desiderat. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 85.

*Hæretici Martyrum merita negant, quorū opera etiā dæmones cōfitentur.*

\* Matth. 8.

*Arriani Iudeorū sunt amulī.*

*Cæcus vt ait  
git s̄mbriā ve  
stimentorum  
Gervasij &  
Prothasij, vi-  
sum recepit.*

Celebritati vestra, qui solent, inuident. Et quia celebritatem vestram inuidis animis ferre non possunt, causam celebritatis odere, atque amentia in tantum prodeunt vt negēt Martyrum merita, quorum opera etiam dæmones cōfitentur. Sed hoc non mirum. Siquidem tanta est incredulorum perfidia, vt tolerabilior sit diaboli cōfessio. Dicebat enim diabolus: \* Iesu Fili Dei viui quid venisti ante tempus torquere nos? Et cū hęc audirēt Iudei, ipsi tamen Filium Dei denegabant. Et nunc audistis clamantes dæmones & confitentes Martyribus quòd pœnas ferre non possint, & dicentes: Quid venistis vt ante tempus nos tam grauius torqueatis? Et Arriani dicunt: Non sunt isti Martyres, nec torquere diabolus possunt, nec aliquem liberare, cū tormenta dæmonū ipsorum voce probētur, & beneficia Martyrum, remedijs cæcorum, & absolutorum indicijs declarentur. Negant cæcum illuminatum, sed ille non negat se sanatum. Ille dicit: Video quinō videbam. Ille dicit: Cæcus esse desij, & probat factō. Isti beneficium negant, qui factum negare nō possunt. Notus homo est, publicis cū valeret mancipatus obsequijs, Seuerus nomine, Ianius ministerio. Deposuerat officium postquam inciderat impedimētum. Vocat ad testimonium homines quorū ante sustentabatur obsequijs. Et indices suę visitationis accersit, quos habebat testes & arbitros cæcitaris. Clamat, quia vt contigit s̄mbriam de veste Martyrum, qua sacrae reliquiæ vestiuntur, redditum sibi lumen sit. Nōne simile illud est, atque illud quod in Evangelio legimus? Vnius enim potentia laudamus auctoris, nec interest vtrum opus sit an munus & mune-

& muneret in opere, & operetur in munere. Quod enim alijs faciendum donauerit, hoc in aliorum opere nomen eius operatur.

*Et paullo post:*

Sed quæro qui non credant, vtrum à Martyribus possint aliqui visitari, hoc est Christo non credere. Ipse enim dixit: \* Et maiora his facieris: an ab istis Martyribus quorum merita iamdudum vigent, corpora dudum reperta sunt. Quæro hic vtrum mihi à sanctis Martyribus inuideant? Si mihi, numquid à me aliquæ virtutes fiunt? Numquid meo opere, meo nomine? Cur igitur mihi inuident quod meum non est? Si Martyribus, (reitat enim, vt si mihi non inuident, Martyribus inuidere videantur) ostendunt alterius fidei fuisse Martyres, quàm ipsi credunt. Neque enim aliter eorum operibus inuiderent, nisi fidem in his fuisse eam quam isti non habent iudicarent. Fidem illam Maiorum traditione firmatam, quam dæmones ipsi negare non possunt, sed Arriani negant. Audiuimus hodie dicentes eos, quibus manus imponebatur, neminem posse esse saluum, qui Patrem & Filium & Spiritum sanctum negaret, qui Trinitatis omnipotentem virtutem non cederet. Confitetur hoc diabolus, sed Arriani nolunt fateri. Dicit enim diabolus, sic torqueatur quemadmodum ipse à Martyribus torquebatur qui Spiritus sancti deitatem negarit. Non accipio à diabolo testimonium, sed confessionem. Inuitus dixit diabolus, sed exactus & tortus. Quod nequitia suppressit, extorquet iniuria. Cedit diabolus plagis, & adhuc cedere nesciunt Arriani. Quanta perpelli sunt, & quemadmodum Pharao malis suis induratur. Dicebat diabolus, vt scriptum legimus: \* Scio te quis sis. Tu es filius Dei viui. Dicebāt Iudæi: Nescimus quis sit. Dicebant hodie & superiore die vel nocte dæmones: Scimus quia Martyres estis. Et Arriani dicunt, Nescimus: nolimus intelligere, nolimus credere. Dicunt dæmones Martyribus: Venistis perdere nos.

*Qui miracula per Martyres fieri posse negant, Christo etiam miracula posse facere negant.*  
\* Ioan. 14.

*Cur heretici miracula que fiunt per sanctos Martyres aut negent, aut contemnant.*

*Arriani negant quod diabolus fateri cogitur.*

*\* Ioan. 9. Arriani Iudeis similes.*

Arria-

*Ita & Calus* Arriani dicunt, Non sunt dæmonum vera tormen-  
*ta, sed fictæ & cõposita ludibria.* Audiui multa com-  
*poni, hoc nemo vñquam fingere potuit, vt dæmo-*  
*nium se esse simularet. Quid illud quod ita exagi-*  
*larum regem* tari eos videmus, quibus manus imponitur? vbi hic  
*scribit miracu* locus fraudi est? vbi suspicio simulãdi? Sed non ego  
*la, q̄ Catholi-* ad suffragium Martyrum vsurpo vocem dæmonio-  
*ci merito ia-* rum. Beneficijs sacra passio suis comprobetur. *Tom.*  
*Etamus, frimo 3. Sermone 91. de inuentione corporum SS. Geruasij & Pro-*  
*la esse et ridis thasij.*

*cula, aut vana & mendacia, factaq; esse pleraque arte Satane, qui nouit*  
*se transfigurare in Angelum lucis.*

Vindicabitur etiam Valentinianorũ phanum in-  
 census? Quid est enim nisi phanum, in quo est con-  
 tentus gentilium? Licet gẽtiles duodecim Deos ap-  
 pellant, isũ triginta & duos æonas colant, quos ap-  
 pellant Deos. Nam & de ipsis comperi relatũ & præ-  
 ceptũ, vt in Monachos vindicaretur, qui prohiben-  
 tibus iter Valentinianis quo psalmos canentes ex  
 consuetudine vsũque veteri pergebant ad celebri-  
 tatem Machabæorum Martyrum, moti insolentia  
 incenderunt phanum eorum in quodam rurali vico  
 tumultuarie conditum. *Tom. 3. lib. Epist. 5. Epist. 29. ad*  
*Theodosium Imperatorem.*

*Valentiniani*  
*pietati ac stu-*  
*dium Catholi-*  
*corum in locis*  
*sacris inuisen-*  
*dis impedire*  
*conantur.*

X. Reliquias sacras sub altari reponi, fuisse morẽ.

*Reliquia San-*  
*ctorum, thesau-*  
*rus pretiosus.*

\* *Ioan. 20.*

*Corpora Vi-*  
*talis & Agri-*  
*cola sub sacris*

Condant alij aurum & argentum, ac de latentibus eruant venis. Legant pretiosa moniliũ fer-  
 ra. Temporalis ille thesaurus est, & sæpe habentibus  
 perniciosus. Nos legimus Martyris clausos, & mul-  
 tos quidem, & plura fuerunt vulnera quàm mem-  
 bra. Clamare Martyres dices ad populum Iudæo-  
 rum, cum clausos eius colligeremus: \* Mitte manus  
 tuas in latus meum, & noli esse incredulus, sed fide-  
 lis. Collegimus sanguinem triumphalem, & crucis  
 lignum. Hæc sanctę viduę negare non potuimus po-  
 stulanti. Munera itaque salutis (corpora sanctorum  
 martyrum Vitalis & Agricolæ) accipite, quæ nunc  
 sub

sub sacris altaribus reconduntur. *Tom. I. in exhortat. altaribus reconduntur.*

Eruuntur nobiles reliquie sepulcro ignobili, ostenduntur celo trophæa. Succedant victimę triumphales in locum vbi Christus hostia est. Sed ille super altare qui pro omnibus passus est: isti sub altari, qui illius redempti sunt passione. Hunc ego locum prædestinaueram mihi. Dignum est enim vt ibi requiescat Sacerdos, vbi Sacerdos offerre consuevit. Sed cedo *Ambrosius sub sacris victimis dexteram portionem, locus iste Martiris sepeliri debebatur. Condamus ergo reliquias sacrosanctas & dignis edibus inuehamus, totumque diem hic requiescenda deuotione celebremus. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. ret Sacerdos, & de inuentione corporum SS. Genuasij & Prothasij. vbi offerre consueuisset.*

## CAPVT TERTIVM De Ieiunio Christiano.

*I. Ieiunium à Deo in paradiso institutum, & ad id nos Christi Seruatoris nostri exemplo inuitari.*

**I**Taque ne terrenum quis, aut nouellum putet esse ieiunium, primus vsus mundi à ieiunio cępit, quando lux clara replenduit. Secundus dies in ieiunio, quando cęli factum est firmamentum. Tertio die pabulum terra germinauit, natura obsequium præbuit, ieiunium tamen cęlestis disciplina seruauit. Quarto die luminaria facta sunt Solis & Lunę, & adhuc ieiunium. Quinto die produxerunt aquę reptilia animarum, & volatilia volantia super terram secundum firmamentum cęli, & vidit Deus quia bona sunt, & benedixit eis, dicens: \* Crescite & multiplicamini, & replete aquas quę sunt in mari, & volatilia multiplicentur super terram, & adhuc ieiunium. Denique benedixit ea. Scriptum est, Et dixit: Crescite: & non dixit, Edite & manducate. Sexto die bestię sunt creatę, & cum bestijs orta edēdi potestas est,

*Primus vsus mundi à ieiunio cępit.*

*\* Gen. 1.*

*Sexto die cum bestijs orta est potestas edēdi.*

est, & vsus escarum. Vbi cibus cœpit, ibi finis factus est mundi: vbi cœpit sua incrementa nescire, ibi cœperunt diuina circa eum opera ferri. Quo indicio declaratum est, quod per cibum mûdus haberet imminui, per quos desijt augeri. Nemo delictum sciebat, nemo pœnâ timebat, nemo nouerat timorem. Plantauit Dominus paradysum ad gratiam beatorum, posuit ibi hominem operari & custodire eum.

*Prima lex in Et vt sciamus nō esse nouum ieiunium, primam illis paradiso de iē legem constituit de ieiunio. Sciebat enim quod per unio cōstituta escam culpa haberet intrare. Intrauerat prima pœ-*

*\* Gen. 3.*

*\* Deligno quod est scientiæ boni & mali nō comedetis: qua die autem manducaueritis ex eo, morte moriemini. Eousque autem nemo præuaricari nouerat, vt adhuc orta non esset, quæ prima est præuaricatio. Indictum ieiunium abstinentiæ lex à Domino Deo, præuaricatio legis à diabolo, culpa per cibum, latebra post cibum. Cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio. Tom. 4. lib. de Helia & ieiunio, Cap. 4.*

Quod si poeta ille, perniciosam mentibus hominum, & subeundis obnoxiam naufragijs lasciuix secularis illecebrâ iudicauit, quid nos æstimare oportet, quibus scriptum est: \* Carnis curam ne feceritis

*\* Rom. 13.*

*\* 1. Cor. 9.*

*Christus nō p in concupiscentijs. Et alibi: \* Castigo corpus meum luxuriâ, sed p & in seruitutem redigo, ne alijs prædicâs ipse repro- ieiunium nobis bus efficiat? Non enim per luxuriam nobis Christus, salutē attulit. sed per ieiunium salutem attulit. Non ille emerendæ Christus nō so gratiæ suæ causa, sed nostræ eruditionis gratia ieiunium corpus, sed nauit. Neque infirmitate corporis victus est vt esuriat infirmitate rirer, sed esuriendo suscepti corporis fidem præstitit, res nostri cor- vt non solum corpus, sed etiam infirmitates nostri poris in se sus- corporis doceret à se susceptas. Tom. 2. lib. 3. de fide ad cepit.*

*Gratianum Augustum, Cap. 2.*

*Christus ieiun- Et quia isti ieiunandum negant, qua causa Chri- nauit vt nos stus ieiunauerit astruant, nisi vt nobis exemplo esset ad ieiunandū eius ieiunium. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 82. inuitaret.*

Victoria

Victoria nostra crux Christi est, trophæum nostrum pascha est Domini Iesu. Sed ille ante est præliatus, vt vinceret, non quòd ipse egeret certamine, sed vt nobis formam debellandi ante præscriberet, & postea daret gratiam triumphandi. Certamen nostrum ieiunium est. Denique ieiunauit Saluator, & sic tentator ad eum accessit. Et primùm gulæ direxit spiculum, dicens: \* Si Filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. Ille cibum velut escam laquei præterdit, vt sic illaquearet appetentiam corporalem. Dominus ieiunium prætulit, vt laqueos tentatoris sui & vincula dissolueret. Tom. 4. lib. de Helia & ieiunio, Cap. 1.

*Certamen nostrum ieiunium est.*  
\* Matth. 4.

II. *Hoftes Euangelicæ veritatis esse, qui ieiunium nullius meriti esse docent, eamq; hæresin Ambrosij astate à quibusdam apostatis monachis propagatam esse.*

**A**Vdio homines qui dicunt nullum esse abstinentiæ meritum, nullum frugalitatis, nullam virginitatis gratiam, pari omnes æstimare pretio, delirare eos qui ieiunijs castigent carnem suam, vt menti subditam faciant. Quod numquam fecisset, numquam scripsisset ad instruendum alios Paullus Apostolus, si deliramentum putasset. \* Gloriatur itaque dicens: Sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne alijs prædicans ipse reprobis inueniar. Ergo qui non castigant corpus suum, & volunt prædicare alijs, ipsi reprobi habentur. An quicquam tam reprobum, quàm quod ad luxuriam, ad corruptelam, ad lasciuiam prouocat, quàm incitamentum libidinis, incontinentiæ fomes, incendiū cupiditatis: Quæ istiusmodi Epicureos noua schola misit non philosophorum, vt ipsi aiunt, sed imperitorum, qui voluptatem prædicent, delicias suadeant, castimoniam nullius esse dicant vtilitatis? \* Fuerunt nobiscum, sed non fuerunt ex nobis. Neque enim pudet dicere quod dicit Euangelista Ioannes. Sed hic positi primo ieiunabant,

*Sunt heretici qui abstinentiæ nullum esse meritum dicunt, quos Apostolus Paullus confutat.*

\* 1. Cor. 9.

*Quæ istiusmodi Epicureos noua schola misit non philosophorum, hodie plenus est.*

\* 1. Ioan. 2.

Y nabant,

Propter dis-  
plina strictio-  
rem quida vis-  
sam monasti-  
ca deseruerunt,  
et deinde, ne  
soli perirent,  
virtutes nulli-  
us esse meriti,  
alijs etia per-  
suadere comati  
sunt.

\* Matth. 17.

\* Act. 10.

\* Exod. 34.

\* Dan. 14.

\* Tob. 4. et 12  
ieiunijs elum-  
tur peccata.

\* 1. Cor. 15.

Cur Paullus  
pro Christi fr-  
de certauerit  
fortiter.

nabant, intra monasterium continebantur: nullus  
erat luxuriæ locus, interdita ludibrosæ disputatio-  
nis licentia. Hoc delicati non potuerunt ferre. Abie-  
runt, deinde volentes redire non sunt recepti. Plera-  
que enim audieram quæ deberent cauere. Monue-  
ram, nihil profeceram. Efferuiscetes itaque dissemi-  
nare talia cœperunt, quibus in centores essent vitio-  
rum omnium. Miserabiles perdiderunt vtrique quod  
ieiunauerunt. Perdiderunt quod se aliquo continu-  
erunt tempore. Nunc itaque diabolico studio inui-  
denter aliorum operibus bonis, quorum ipsi fructu ex-  
ciderunt.

Et mox subiicit:

Denique in posterioribus docuit Christus non fa-  
cile malum posse nisi nostro vinci ieiunio, dicens:  
\* Hoc genus non eijcitur nisi in oratione & ieiunio.  
Quid etiam sibi vult Scriptura \* quæ docet ieiunaf-  
se Petrum, & ieiunanti atque oranti de baptizandis  
gentibus reuelatum mysterium, nisi vt ostenderet  
etiam ipsos sanctos cum ieiunant, tunc fieri præstan-  
tiores? \* Denique Moyfes cum ieiunaret, legem ac-  
cepit. Et ideo Petrus cum ieiunaret, edoctus est noui  
testamenti gratiam. \* Daniel quoque ieiunij me-  
rito ora clausit leonum, futurorumque temporum vi-  
dit negotia. Aut quæ salus nobis esse potest, nisi iei-  
unio eluerimus peccata nostra: cū Scriptura dicat:  
\* Ieiuniū & elemosyna à peccato liberat? Qui sunt  
ergo hi præceptores noui qui meritum excludunt iei-  
unij? Nonne gentiliū vox ista est dicentium: Man-  
ducemus & bibamus? Quos bene irridet Apostolus  
dicens: \* Si secundum hominem pugnaui Ephesi ad  
bestias, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?  
Māducemus & bibamus: cras enim moriemur. Hoc  
est: Quid mihi profuit vsque ad mortem contentio:  
nisi vt hominem redimerem meum? Qui frustra redi-  
mitur: si nulla est spes resurrectionis. Ac per hoc spe  
omni redemptionis amissa manducemus & bibamus:  
ac amittamus fructum præsentium, qui futurorum  
nullum

nullum tenemus. Illorum est ergo cibus & potibus indulgere, qui nihil post mortem suam sperant.

*Et paullo post:*

O stultū Helisæum qui siluestribus ramis & amaris pascēbat prophetas: Immemorem scripturarum Esdræ qui memoria Scripturas reddidit: Insuperantem Paulum, qui gloriatur ieiunijs, si nihil profunt ieiunia. *Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 82. ad Vercellensem Ecclēsiam.*

*Qui post mortē nihil sperat cibus & potibus indulget. Si ieiunia nihil profunt, Helisæus, Esdras, et Paulus delectantur.*

Qui gloriam requirunt, his ea merces præsentium, umbra futurorum est, quæ impediatur vitam æternam: quod in Evangelio scriptum est: \* Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, de his videlicet qui velut tuba canendo vulgare liberalitatem suam, quam faciunt circa pauperes, gestiunt. Similiter & de ieiunio quod ostentationis causâ faciunt. Habent, inquit, mercedem suam. Honestatis igitur est vel misericordiam facere vel ieiuniū de ferre in abscondito, ut mercedem videaris à solo Deo tuo querere, non etiam ab hominibus. Nam qui ab hominibus querit, habet mercedem suam, qui autem à Deo, habet vitam æternam, quam præstare non potest nisi auctor æternitatis, sicut illud est: \* Amen dico tibi, hodie tecum eris in paradiso. *Tom. 1. lib. 2. Officiorum, Cap. 1.*

*Qui ieiunant in abscondito à solo Deo mercedem querunt, quam perdit qui ad ostentationē ieiunant.*

\* Luce 23.

Magna virtus est ieiunij. Denique tam speciosa militia est, ut ieiunare delectaret & Christum: tam valida ut ad cælum homines eleuaret. Et ut humanis magis quam diuinis vtar exemplis, \* Helisæi ieiunio ore vox emissâ, cælum clausit sacrilego populo Iudæorum. Etenim cum à rege Achab altare esset idolo constitutum, ad verbum Prophetæ tribus annis & sex mensibus ros pluuiæ non cecidit super terram. Digna pœna, quæ intemperantiam digne coerceret, ut cælum impijs clauderetur, qui terrena polluerant. Dignum etiam, ut ad cõdemnationem regis sacrilegi Prophetæ \* ad viduâ in Sareptam Sidoniæ mitteretur, quæ quoniam deuotionem cibo prætulit,

\* Matth. 4.

\* 3. Reg. 17.

*Quanta vis ieiunij sit multis scripturæ exemplis ostenditur.*

\* 3. Reg. 17.



lit, meruit ut ariditatis publicæ sola non sentiret arumnam. Itaque non defecit hydria farinae, cum torrentis fluentia deficerent. Quid eius reliqua contexam? \* Ieiunus filium viduæ ab inferis resuscitauit.

\* 3. Reg. 18.

\* 4. Reg. 1.

\* 4. Reg. 2.

*Helias iunc plus meruit, quando plus ieiunauit.*

\* 4. Reg. 2.

*Helias cælestem vitam vivebat in corpore.*

*Ieiunium est imago cælestis*

*Helias quo gradu in cæli ascenderit.*

*\* Matth. 3. Iohannes propter vitam austeritatem non homo sed Angelus æstimatus est.*

\* Matth. 11.

\* *ibidem.*

\* *Psal. 68.*

\* Ieiunus curru raptus est ad cælum, & quadraginta dierum ieiunio diuinam acquisiuit præsentiam. Tunc denique plus meruit, quando plus ieiunauit. \* Ieiuno ore statuit fluentia Iordanis, & redundantem fluminis alueum repete siccatum, puluerulento transmigrauit vestigio. Merito illum dignum cælo diuina iudicauit sententia, ut cum ipso raperetur corpore: quoniam cælestem vitam vivebat in corpore, ac supernæ usum conuersationis exhibebat in terris. *Tom. 4. lib. de Helia & ieiunio, Cap. 2.*

Quid est ieiunium, nisi substantia & imago cælestis? Ieiunium refectio animæ, cibus mentis est, ieiunium est vita Angelorum, ieiunium culpa mors, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum est castitatis. Hoc ad Deum gradu citius peruenitur: hoc gradu Helias ascendit, antequam curru. Hanc hereditatem sobrietatis & abstinentiæ ad cælum abiens, discipulo dereliquit. In hac virtute & spiritu Helix venit Iohannes. Denique in deserto & ille vacauit ieiunijs. \* Esca autem eius erat locusta & mel siluestre. Et ideo quia vitæ humanæ possibilitatem continentia supergressus fuerat, non homo, sed Angelus æstimatus est. De ipso legimus: \* Etiam plus quam propheta. Hic est de quo scriptum est: \* Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam qui præparabit viam ante te. Quis humana virtute equos igneos, currus igneos potuisset ascendere, regere cursus aereos, nisi qui naturam humani corporis incorruptibilis ieiunij virtute mutasset? *Tom. 4. lib. de Helia & ieiunio, Cap. 3.*

Gula nudos facit, ieiunia operiunt & exuros. Unde Dominus ait: \* Operui in ieiunio animam meam. Bonum operimentum quod animam tegit, ne à tentatore

tatore deprehendatur, ne à tentatore nudetur. Bonum velamen quod tegit culpam, tegit abstinentia, tegit gratia. \* Beati enim quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Tegit gratia, dum remittit, & omnem abolet errorem. Tegit abstinentia, dum abluit vitium, & mæsto abscondit affectu, atque extenuat pœnitendo. Etenim ieiunium & eleemosyna à peccato liberant. *Tom. 4. lib. de Helia* *ieiunium et eleemosyna à peccato liberant.*

*ieiunio, Cap. 4.*  
Noli te iactare cùm ieiunas, noli gloriari, nihil tibi prodest ieiunium. Quæ enim ad ostentationem fiunt, non in futurum fructum extendunt suū, sed presentium mercede consumuntur. *Tom. 4. lib. de Helia et ieiunio, Cap. II.* *Ieiunia que ad ostentationem fiunt, non extendunt fructum suum in futurum.*

Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Manifestum est, quia & in hac præsentis vita & in futura speramus in Christo. Nec enim hic deserit seruos suos, sed dat illis gratiam, & in futuro erunt in gloria æterna. Ut quid enim ieiunia, vigilia, exitus, munditia, iustitia, misericordia, mors, si pro his nulla merces erit in futuro? Increduli autem vel hac vita fruantur. *Tom. 5. in cap. 15. Epist. 1. ad Corinth.* *virtutibus præsentis vite æterna destinata sunt.*

In ieiunijs multis. Sæpe ieiunauit, ut Dei auxilio protegi mereretur. Ieiunat autem qui dum habet quod edat abstinet. *Tom. 5. in cap. 12. Epist. 2. ad Corinth.* *Is ieiunare dicitur, qui dum habet quod edat, abstinet.*

III. Ieiunandum esse homini Christiano, qui grauiore tentatione pulsatur.

Sta autem Fratres omnia in commonitionem nostri facta esse nemo est qui nesciat, ut quotiescunque tribulationibus perurgemur ad hæc præsidia concurremus, ut puta aduersarius imminet, inimicus in promptu est, ieiunemus & vincamus. Solent quidam homines quotiescunque necessitatem arduam nimis patiuntur, ad proximas gentes auxilij causa destinare legatos. Nos quod est melius, legationem ad Deum per ieiunia destinemus, ab ipso imploremus

auxilia, ad ipsum nos corde & orationibus nos conferamus.

*Et paullo post:*

Tota in tribulatione Niniuitarum ciuitas ieiunauit. Bene dixi, tota. Non solum enim senes, & iuuenes, & infantes, sed etiam pecudes legimus ieiunasse. Mira res, ieiunant pro ciuitatis peccato, quæ peccati conditio non constringit. Vnde & nos Fratres temporum angustias sustinentes, omnes pariter ieiunare debemus, & misericordiam Dei cunctorum abstinentia deplorare. Nam quale sit, hoc Christianum pro salute sua non facere, quod pecudes pro hominum salute fecerunt? nisi quod stolidior pecude

*Stolidior pecude est qui indico pro se à Sacerdote ieiunio non ieiunat.*

\* 1. Cor. 15.

*Precibus et ieiunijs oēs hostes nostros perfigare possimus.*

*Diaboli verbum est, homo fortis esto, manduca & bibe.*

est qui indico pro se à Sacerdote ieiunio non ieiunat. Nonne enim pecus est qui non intelligit quid illi imminet, quid incumbat: & pecus quidem videns declinat foueam, cauet præcipitia, tu autem non vis ieiunando periculum declinare quod cernis? Desperationis enim genus est, tunc te manducare cum abstinere debeas: tunc gaudere cum debeas deplorare. De hac desperatione Apostolus dicit, quod à nobis auertat Deus: \*Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Ieiunemus ergo Fratres sine intermissione, ut hostes nostros orationibus & abstinentia superare possimus per Dominum nostrum Iesum Christum. Tom. 3. Sermone 40. de ieiunijs Niniuitarum.

Et dixit illi: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Vere diabolica vox quæ mentem hominis de gradu altiore meritòrum præcipitare contendit. Quid enim tam proprium diabolo, quam suadere ut vnusquisque se mittat deorsum? Disce ergo & tu diabolum vincere. Agit te spiritus, sequere spiritum. Non te reuocet carnis illecebra, spiritu plenus disce contemnere voluptates. Ieiuna si vis vincere. Consequens est ut per hominem diabolus te putet esse tentandum. Christus quasi fortior facie ad faciem tentatur, tu per hominem. Et illud diaboli verbum est, cum dicit: homo fortis esto, manduca & bibe, & similis mane. Noli te tibi

tibi credere, non erubescas egere præfidijs, quibus non egebat Christus, & tamen ea non negligebat vt te doceret dicens: \* Cauete ne grauetur cor vestrum \* *Luce 21.*  
 in vino & crapula. Non erubuit Paullus qui ait: \* Sic \* *1. Cor. 9.*  
 enitor non vt aerem cædens. Aëra quidem non cædebat Apostolus, sed potestates acrias verberabat. Sed castigo, inquit, corpus meum, & in feruitutē redigo, ne forte cum alijs prædicauerim ipse reprobus inueniar. *Tom. 5. lib. 4. Comment. in cap. 4. Luca.*

Intellexisse vos credo Fratres, cur hic nostra ieiunia illis mansionibus comparauerim, in quibus populus Israel tamquam in procinctu quodam positus Pharaonem regem labore quotidiano superauit, & ab inimicis suis quasi quibusdam castris mansionum sese statione defenderit, ita vt quicumque ex illo comitantium numero diurnæ stationis spatia nō confecit, aut Pharaon illum occupauit, aut solitudo peruasit. Sic ergo & nos propositum nobis quadraginta dierū iter debemus omni labore conficere, & quibusdam quasi castris nos ieiuniorum deuotione munire. Castra enim nobis sunt nostra ieiunia, quæ nos à diabolica oppugnatione defendunt. Denique stationes vocantur, quod stantes & commorantes in eis inimicos insidiantes repellamus. Castra plane sunt ieiunia Christianis, à quibus si quis aberrauerit, ab spirituali Pharaone inuaditur, aut peccatorum solitudine deuoratur. Peccatorum aurem solitudinem patitur qui deseritur societate sanctorum. Murus igitur quidam est Christiano ieiunium inexpugnabilis diabolo, intransgressibilis inimico. Quis enim vmquam Christianorum ieiunauit, & captus est? Quis sobrius mansit, & victus est? Temulentum aggreditur diabolus, luxuriosum oppugnat inimicus. Vbi autem ieiunium viderit, fugit, metuit, pertimescit, terretur pallore eius, debilitatur inedia, infirmitate prosteritur. Prosteritur inquam infirmitate, quia Christiana infirmitas fortitudo est. Vnde ait Apostolus: \* Cum infirmor, tūc fortior sum. Sed \* *2. Cor. 12.*

*Ieiunia nobis  
 castra sunt,  
 quæ nos à diabo-  
 lica oppu-  
 gnatione des-  
 fendunt.*

requirit aliquis, quemadmodum fortis infirmitas? Tunc est fortis infirmitas, quando caro tabescit ieiunij, anima puritate pinguescit. Quantum enim illi ciborum succus subtrahitur, tantum huic iustitiæ virtus augetur. Tunc igitur homo imbecillis quidem est ad secularia, sed fortis est ad diuina opera. Tunc enim magis de Deo cogitat, tunc iudicium metuit, tunc vincit inimicum. Ait enim Saluator de diabolo:

*\* Matth. 17.  
Diabolus eij-  
citur ieiunio.*

Hoc genus non eijcitur nisi in ieiunio & orationibus. Dicit utique à diabolo euergementum non nisi in ieiunij posse purgari. Videte ergo quæ ieiunij virtus sit, quantam homini suo præstet gratiam, quod tantâ præstet alteri medicinam: quemadmodum proprium sanctificet hominem, quod ita purificet alienum. Mira enim res est, alter ieiunat, & alteri prodest ieiunantis vtilitas. Ergo Fratres abstinentiæ arma minime deponamus, & quadraginta dierum ieiunia sine intermissione curemus. Hic est enim perfectus numerus ad vincendum. Dominus enim diabolum postea quàm quadraginta dies ieiunauit, eiecit, non quod nõ & ante ieiunia eum vincere potuisset: sed vt ostenderet nobis tunc nos diaboli posse esse victores, cum per quadraginta dies victores ieiunando desideriorum carnalium fuisset. Eum autem qui hunc numerum consecratum gulæ intemperantia violasset, tamquam imbecillum & miserum facile eum ab inimico posse superari. Quomodo enim potest in altero diaboli improbitatem vincere, qui gulæ intemperantiam in seipso non vincit? Prius ergo homo tui victor esto, vt possis esse victor alterius. Sunt enim intra te proprii tibi hostes, qui quotidie te oppugnant. Ecce enim auaritia te diuitiarum ambitione circumuenit, luxuria epularum suauitate capriuat, hæresis scientiæ peruersitate peruerit. Vince ergo inimicos proprios, vt vincere possis alienos. Tom. 3. Sermone 25. de quadagesima.

*Ieiunium quæ  
draginta die-  
rum sine inter-  
missione cura-  
dum.*

IIII. Ieiunantem de se pœnas sumere, &  
Deum placare.

**L**egimus in prophetis cùm Ninivæ ciuitati sub-<sup>Iona 3.</sup>  
uerſio diuinitus immineret, & iuxta ſententiam  
Dei deſtruendi illam tempus ingrueret, conſiſtentes  
in ea aliud non habuiſſe præſidiũ niſi vt abiectis cra-<sup>Niniuitarum</sup>  
puloſis epulis, ieiunia continuata ſuſciperent, & di-<sup>præſidia.</sup>  
uitiarum ambitione ſepoſita, humilitate ſe pauper-  
tatis induerent, ſcilicet, vt exinde remedium perci-  
perent, vnde his perditio contingebat, hoc eſt, vt irã  
diuinitatis quam luxuriando prouocauerant, abſti-  
nendo lenirent, & offeſam quam in eos ſuperbia  
contraxerat, humilitas mitigaret. Dicitur enim, in  
illa tribulatione ipſe rex depoſita imperiali purpu-  
ra, regali ambitione ſubmota, mēbra ſua cilicio præ-  
cinxiſſe, atque in ſacco ſe diebus ac noctibus volu-  
taſſe. Sapiens ergo rex, qui ſciret quemadmodum  
aduerſa ſibi ſuperare deberet: hoſtes enim virtute  
ſuperabat, Deum autem humilitate vincebat. Sapi-  
ens plane rex, qui intelligeret quibus armis vtetur  
pro temporis qualitate. Cùm enim inſidiãtur illi  
homines, apprehendit arma bellica: cùm irasçitur  
ei Deus, corripit arma iuſtitie. Sapiens inquam rex,  
qui pro ſalutẽ ciuium peccatorem ſe magis conſite-  
tur eſſe quã regem. Obliuſcitur enim ſe regem eſ-  
ſe, vbi Deum regẽ omnium pertimeſcit, nec poten-  
tie ſuæ meminit, vbi potentiam diuinitatis agno-  
ſcit. Obliuſcitur ergo ſe regẽ eſſe, dum proijcit pur-  
puram, dum diadema deponit, cilicio autem veſti-  
tur & ſacco, ieiunijs perfeuerat, orationibus immo-  
ratur. Mira res, dum ſe regem hominum eſſe nõ me-  
minit, rex incipit eſſe iuſtitie. Religioſus igitur prin-  
ceps non perdidit imperium, ſed mutauit. Principa-  
tum enim ante militaris diſciplinæ tenuit, nunc cœ-  
leſtium diſciplinæ obtinet principatum. Nõ in-  
quam perdidit imperium, quia ſiue ferro ſiue iuſtitia  
pro ciuium ſalute primus inuigilat. Primus plane in-

uigilat, quia ut tota ciuitas ieiunaret, famē sibi rex primus indixit, & solus omnium causa prior cepit esurire quam miles. Necessē enim erat ut qui potentior cunctis fuerat, deuotior fieret vniuersis. Exemplo igitur suo præparat religionis exercitum, nō armis, sed sola deuotione munitum: iubet omnem sexum, omnem ætatem à diurnis epulis abstinere. Additur religioso exercitui numerus, cū in tali deuotione etiam infantia militare compellitur. Pietas enim esse creditur in tali causa, paruulis quoque cibi substantiam denegare. Non enim sufficebat ad placandum Deum peccantium satisfactio, nisi seniorum quoque peccata paruulorum innocentia deploraret, & fletibus alienis delicta sua iuuentus ablueret. Ista autem Fratres omnia in cōmonitionem nostri facta esse nemo est qui nesciat, ut quotiescūque tribulationibus peruegemur, ad hæc præsidia cōcurramus, ut puta aduersarius imminet, inimicus in promptu est, ieiunemus & vincamus. Solēt quidam homines quotiescūque necessitatem arduam nimis patiūtur, ad proximas gentes auxiliij causa destinare legatos. Nos, quod est melius, legationem ad Deum per ieiunia destinemus, ab ipso imploremus auxilia, ad ipsum nos corde & orationibus cōferamus.

*Cur infantes  
Niniuitarum  
ieiunauerint.*

*Niniuitæ ieiunantes de se  
pœnas sumserunt.*

Auxilium enim illi non aliunde rogando petiuerūt, sed de suis ieiunando visceribus exegerunt. Tom. 3. Sermone 40. de ieiunio Niniuitarum.

Sed fortasse referatur, quid quōd etiam lex quadraginta diebus lata est, tot dies obseruauit Moyses in monte Sina, & demonstratus est, cū præscripta legis acciperet. Recte ergo eodē numero declinandorum peccatorum præcepta tribuuntur, quo pœnæ culpa est persoluta, ut cognoscamus quōd de eodem vitæ tempore debeat ex correctione laus comparari, quo potest punienda culpa committi. Vnde nunc iam non pœnæ præscripti sunt dies quadraginta, sed vitæ, ut hoc numero ieiunij & orationibus crebrioribus nostrorum leuemus supplicia peccatorum, atque

*Præscripti sūt  
nobis dies qua  
draginta ad ieiunandum, ut*

que

que ad decreta legis intenti deuotione ac fide no-  
strum corrigamus errorem. Itaque per Domini re-  
surrectionem quadragesimus dies, iam non habetur  
nouissimus, sed primus: atque inde vita numeratur,  
ubi ante mortis numerus ad cōsummationem mun-  
di & humani generis excidium cōputabatur. *Tom. 4. catorum.*  
*lib. de Noe et arca, Cap. 13.*

V. Quomodo sit ieiunium instituendum, vt  
fructuosius fiat.

**E**st interdum inutile & inane ieiunium, quod li-  
cet ventrem & omnia viscera succo saturitatis  
exhaurit, non tamen acceptum est Deo, quia men-  
tem & intimos sensus minime vinculo iniquitatis  
euacuat. Quid enim prodest ieiunare visceribus, &  
luxuriare venatibus? abstinere cibus, errare pecca-  
tis? castigare corpus inedia, mentem exercere ne-  
quitia? vinum forte non biberē, & ebrius cogitati-  
one malignitatis incedere, nisi quod facilius caussa  
est saturi siue temulenti quā iniqui pariter & ieiuni.  
Ille enim peccare aliquando desinet qui ebrius  
aliquando obdormit, hic autem errare nō cessat, qui  
exercitatus malis ieiunijs semper inuigilat. Vnde in-  
utile & inane est tale ieiunium quod inedia membra  
debilitat, & animā à perditione non liberat. De quo  
ieiunio dicit sanctus Propheta ex persona Domini:  
\* Vt quid mihi ieiunastis, nō tale ieiunium elegi, di-  
cit Dominus. An putatis illum ieiunare Fratres qui  
primo diluculo non ad Ecclesiam vigilat, non bea-  
torum Martyrum loca sancta perquirat, sed surgens  
congregat seruos, disponit retia, canes producit,  
saltus siluasque perlustrat? Seruos inquam secum  
pertrahit, fortasse magis ad Ecclesiam festinantes,  
& voluptatibus suis peccata accumulāt aliena, ne-  
sciens reum se futurum tam de suo delicto quā de  
perditione seruorum. Tota igitur die venatibus im-  
moratur, nūc clamorem immoderatum effert, nunc  
silentium latenter indicit, lætus si aliquid ceperit,  
iratus

*Quae ieiunia  
sunt infructifera.*

*Inutile et inane  
ieiunium est  
quod inedia  
membra debilitat,  
et animam  
à perditione  
non liberat.*

*Ieiunantibus  
primo diluculo  
ad Ecclesiam  
eundum et sacra  
loca veni-  
senda.*



*Qui ieiunat,  
semel die cibū  
sumit.*

*Voluntas Dei  
est, vt ieiune-  
mus à cibis pa-  
riter et à pec-  
catis.*

*Quid facies  
dū vt Deo no-  
stra ieiunia  
sint accepta.*

*Ad perfectio-  
nē ieiunij fac-  
cit si pauperi-  
bus largiamur  
quod nobis  
subtrahimus.*

iratus si id quod non habebat amiserit, & tanto studio gerit quasi ideo indictum ieiunium fuerit vt venetur. In his ergo luxurijs Fratres dicite quis cultus sit Dei, quæ mentis possit esse deuotio, qui propterea ieiunat, non vt Deo atque orationibus vacet, sed vt tota die otiosus & liber proprias exerceat voluptates? Quamuis igitur qui huiusmodi es frater, vespere ad domam redeas, quamuis declināte iam sole manduces, potes videri tardius te refecisse nō tamen Domino ieiunasse: non enim potes videri voluptatē tuam exercens, fecisse Domini voluntatem. Hæc est enim voluntas Domini, vt ieiunemus à cibis pariter & à peccatis. Abstinentiam indicamus corpori, vt à vitijs magis animā abstinere possimus. Frenum enim quoddam est luxuriantis animæ corpus exhaustum.

*Et mox ita concludit:*

Scire igitur debemus Fratres hoc acceptum Deo esse ieiunium, non solum vt abstinentia castigemus corpora, sed etiam humilitate animas induamus. Simus ad seruulos mites, blandi ad extraneos, misericordes ad pauperes. Surgētes primo diluculo ad Ecclesiam festinemus, referamus Deo gratias, peccatis veniam postulemus, rogantes præteritis delictis indulgentiam, cautelā futuris. Tota die sit nobis oratio vel lectio. Qui litteras nescit sanctum virum perquirens eius confabulatione pascatur, nulli actus seculi actus diuinitatis impediāt, non ludus tabulæ mentem auocet, non voluptas canū sensus abducatur, non negotij compēdium animam auiditate peruertat. Quicquid enim aliud præter mandatum Dei feceris, quamuis abstineas, non ieiunas. Hoc est enim salutare ieiunium, vt sicut abstinetur corpus ab epulis, & anima refrenetur à vitijs. Illud enim Fratres ad perfectionem ieiunij tacēdum nō est, vt qui abstinemus & minime prandemus, hoc tempore prandia nostra pauperibus prærogemus. Hæc enim est vera iustitia, si te esuriēte de cibo tuo alius satiatur, & tu

& tu prædictis tuis ieiunijs Dominum roges, & ille pro te satiatus exoret. Vtrumque tibi proficiens, & tua fames, & saturitas mendicorum. Ceterum qui sic abstinet, vt nihil pauperibus de suis epulis largiatur, videtur quæstui sibi suum fecisse ieiunium, & negotiationem parcendo. Ad hoc enim abstinuit non vt placeret Deo, sed ne amplius erogaret. Atque id eo bona elemosyna cum ieiunio, quasi non quoddam negotiationis genus, vt tam parce viuat, vt abstinentia sua Monachos clericosque præcedat. Nisi hoc interest, quòd illi hoc quæstus causa faciunt, nos salutis: illi pecuniæ compendio animas maccant, nos propter animarum lucrum nostra corpora castigamus. Tom. 3. Sermone 33. In tempore ieiunij non esse luxuriandum.

*Ieiunia quædam  
quæstiuosa.*

Quàm euidenter expressa est diuitum consuetudo. Contristantur si aliena non rapiant, renunciant cibo, ieiunant, non vt peccatum minuant, sed vt crimen admittant. Videas illos tunc conuenientes ad Ecclesiam officiosos, humiles, assiduos, vt affectum sceleris impetrare mereantur. Sed dicit illis Deus: \* Non hoc ieiunium elegi, nec si flectas vt circulum \* *Esa. 58.*  
collum tuum, cinerem etiam & cilicium substernas, Deus ipse per  
nec vocabitis ieiunium acceptum. Non tale ieiunium elegi, dicit Dominus, sed solue omnem colligationem iniustitiæ, dissolue obligationes violentarum commutationum, dimitte confraetos in remissionem, conscriptionem iniquam dirumpe, frange panem tuum esurienti, egenos non habentes tectum, induc in domum tuam: si videris nudos cooperi, & domesticos feminis tui non despicias, tunc orietur tibi matutinum lumen tuum, & sanitas tua matutina orietur, & præcedet ante te iustitia, & maiestas Dei circumdabit te: tunc clamabis, & Deus exaudiet te: adhuc reloquente dicit: Ecce adsum. Audis diues quid Dominus Deus dicat: Et tu ad Ecclesiam venis, non vt conuiuij aliquid pauperibus largiaris, sed vt auferas. Ieiunas, non vt conuiuij tui sumtus proficiat

*Esaia propheta  
ta leges prescribit ieiunantibus.*

ficiat egenis, sed vt spoliū de egētibus adipiscaris. Quid tibi vis cū libro, & charta, & signaculo, & conscriptione, & vinculo iuris? Non audisti: Solue omnē colligationem iniustitiæ, dissolue obligationem violentarum commutationum, dimitte contractos in remissionem, & omnem conscriptionem iniquam dirumpe: Tu mihi tabulas offers, ego tibi recito Dei legem. Tu atramento scribis, ego Spiritu Dei inscripta repeto oracula prophetarum. Tu testimonia falsa componis, ego testimonium conscientiæ tuæ posco, quia iudicem tuum effugere & declinare nō poteris, cuius testimonium non poteris recusare in die, qua reuelabit Dominus occulta hominum. Tu dicis: Destruam horrea mea. Et Dominus dicit: Sine magis, quicquid intra horreum est, pauperibus deputari, sine cellas istas pauperibus prodesse. Tu dicis: Maiora faciam, & illō congregabo omnia quæ nata sunt mihi. Dominus dicit: \* Frange esurienti panem tuum. Tu dicis: Tollam pauperi domum suam. Dominus autem dicit, vt egenos non habentes tectum, inducas in domum tuam. Quomodo vis vt Deus te exaudiat, cū tu Deum non putes audiendum? Si non acquiescatur arbitrio diuitis, scena componitur. Dei estimatur iniuria, si diuitis peticio refutetur. *Tom. 4. cap. 10. lib. de Nabushe rex israelita.*

*Fames timore  
Dei susceptus  
facit ieiunium  
acceptabile.*

Non omnis fames acceptabile ieiunium facit, sed fames quæ Dei timore suscipitur. Considera, Quadragesima totis præter sabbathum & dominicam ieiunatur diebus. Hoc ieiunium Domini pascha concludit. Venit iam dies resurrectionis, baptizantur electi, veniunt ad altare, accipiunt sacramenta, sitientes totis hauriunt venis. Merito dicunt singuli reflecti spiritali cibo & spiritali potu: \* Parasti in conspectu meo mensam, & poculum tuum inebrians quam præclarum est. Non sola autem fames queritur, sed plane disciplina ieiunij. Denique alijs dicitur: \* In diebus ieiuniorum vestrorum inuenitis voluntates vestras, & omnes subditos vestros stimula-

\* *Psal. 22.*

\* *Esa. 58.*

tis. Ad iudicia & rixas ieiunatis, & pulsatis pugnis. Ut quid mihi tale ieiuniū, ita ut audiatur in clamore vox vestra? Non hoc ieiunium ego elegi, & diem ad humiliandum animam suam hominem: nec sic flectas ut circum collum tuum, cinerem etiam & cilicium substernas, nec sic vocabitis ieiunium acceptum. Non tale ieiuniū ego elegi, dicit Dominus. Quod ieiunium improbetur, audiuius: nunc audiamus quod sit probabile. Sed solue omnem colligationem iniustitiæ tuæ, dissolue obligationem violentarum commutationum, dimitte contractos in remissionem, & omnem conscriptionem iniquam dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos non habentes rectum induc in domum tuam: & si videris nudum cooperi eum: & domesticos seminis tui non despicias. Vides quæ species sit & forma ieiunij? Quis mentis habitus: & \* & \* *Psal. 1.*

in lege Dei die ac nocte mediteris. Ipsa figura corporis plena iustitiæ gravitate, nullus tubor ebrietas circumfusis genas intuetium offendat aspectus, do mens, cor- sed vultus casto micet pallore reuerendus, sermo gra- *Monet quomo*  
uior, oculus verecūdius, gressus stabilior atque mo- *do mens, cor-*  
deratior. Plerumq; enim in turbatiore incessu pro- *pus, vultus, ser-*  
ditur motus animorum. Vultus intentior, & quidem *mo, oculus &*  
cogitationis suæ arbiter, & tacitus cordis interpres, *incessus iei-*  
ut neque tristitiam prætexat, neque solvatur risu in- *nātis se habe-*  
continenti. Non enim superfluum hoc putes nostræ *re debeant.*  
comminationis, cum Sapientia dicat in Evangelio:

\* Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ \* *Matth. 6.*  
tristes. Ideo dixit hypocritas, eo quod dissimulatione alienam personam induat, sicut in scena, qui tragœdias canunt, pro eorum dictis, quorum personas gerunt, motus suos excitant, ut aut irascantur, aut mœreant, vel exsultent. Affectant enim isti ut ieiunare videantur hominibus magis, quam Deo, cupientes isti probari, quod faciebant Iudæi. Ideo nobis dicitur: Vos autem cum ieiunatis, vngite capita vestra, & faciem vestrā lauate, ne pareatis hominibus quia

quia ieiunatis, sed Patri vestro qui est in abscondito: & Pater vestet qui videt in abscondito, reddet vobis. *Tom. 4. lib. de Helia & ieiunio, Cap. 10.*

*V I. Ieiunandum esse ijs diebus, quibus ieiunat, in qua versamur, vel commoratur, Ecclesia.*

*Diversa ieiuniorum in diversis locis observationes, varietate vestis filia regis significata.*

*\* Psal. 44.*

*Ambrosius si Romæ esset, sabbato ieiunabat. si autem Mediolani, non ieiunabat.*

*In observazione ieiuniorum sequendus mos est Ecclesie in qua versamur*

**S**ed quoniam non inuenimus, ut iam supra commemoravi, in Evangelicis & Apostolicis litteris, quæ ad noui Testamenti reuelationem proprie pertinent, certis diebus aliquibus euidenter præceptum obseruanda esse ieiunia: & ideo res quoque ista sicut alia plurimæ, quas enumerare difficile est, inuenit in veste illius \* filia Regis, hoc est Ecclesie varietatis locum, indicabo tibi quid mihi de hoc requirenti responderit venerandus Ambrosius, à quo baptizatus sum, Mediolanensis Episcopus. Nam cum in eadem ciuitate mater mea mecum esset, & nobis adhuc catechumenis, parum ista curantibus, illa sollicitudinem gereret, utrum secundum morem nostræ ciuitatis esset sabbato ieiunandum, an Ecclesie Mediolanensis more prandendum, ut hac eam cunctatione liberarem, interrogavi hoc supradictum hominem Dei. At ille: Quid possum, inquit, hinc docere amplius quam ipse facio? Vbi ego putaueram nihil cum ista responsione præcepisse, nisi ut sabbato pranderemus. Hoc quippe ipsum facere sciebam: sed ille secutus adiecit, Quando hic sum non ieiuno sabbato, quando Romæ sum, ieiuno sabbato: ad quamcumque Ecclesiam veneritis, inquit, eius morem seruate, si pati scandalum non vultis aut facere. Hoc responsum reculi ad matrem, ei que succedit, nec dubitauit esse obediendum: hoc etiam nos secuti sumus. Sed quoniam contingit maxime in Africa, ut vna Ecclesia, vel vnus regionis Ecclesie alios habeant sabbato prandentes, alios ieiunantes, mos eorum sequendus mihi videtur, quibus eorum populorum congregatio regenda commissa est. Quapropter si consilio meo, præter-

præsertim quia in hac causa plus forte quàm satis fu-  
it te petente atque urgente locutus sum, libenter ac-  
quiescis, Episcopo tuo in hac re noli resistere, & quod  
facit ipse, sine vlllo scrupulo vel disceptatione secta-  
re. Augustinus Tom. 2. Epist. 86. ad Casulanum, sub finem.  
Idem Ambrosij consilium repetit & probat August. Epist. 118.

VII. Die dominico, & à paschate ad pen-  
tecosten ieiunium nescit Eccle-  
sia Catholica.

**D**ominica die ieiunare nõ possumus, quia Ma-  
nichæos etiam ob istius diei ieiunia iure da-  
mnamus. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 83. *Manichæos  
damnat Eccle-  
sia quòd domi-  
nica die ieiunarent* B. Leo Pontifex Epist. 93. cap. 4. scribit *Manichæos diem  
dominicum exigere in macore ieiunij, vt per omnia sint à nostræ fidei vnita-  
te discordes* Idem de Aërio memoria prodidit B. Epiphanius, lib. 3. Tom. 1. ha-  
resi 75. D. Augustinus vero Tom. 2. Epist. 86. ad Casulanum quomodo etiam  
sine peccato die dominico liceat homini Christiano ieiunare, explicat. Quò  
Lectorem, vt mentem D. Ambrosij rectius intelligat, ablego.

Scire debet sanctitas vestra Fratres hanc sanctam  
Pentecosten diem, qua ratione curemus, vel cur isto-  
rum quinquaginta dierum numero sit nobis iugis &  
continuata festiuitas, ita vt hoc omni tempore ne-  
que ad obseruandum indicamus ieiunia, neque ad  
orandum Deum genibus succedamus, sed sicut do-  
minica solemus facere, erecti & feriaty resurrectionem  
Domini celebramus. Dominica enim ideo nobis  
venerabilis atque solemnis, quia in ea Saluator  
velut Sol oriens discussis infernotum tenebris luce  
resurrectionis emicuit, ac propterea ipsa dies ab ho-  
minibus seculi, dies Solis vocatur, quòd ortus eã Sol  
iustitiæ Christus illuminet. Instar ergo dominicę to-  
ta quinquaginta dierum curricula celebrantur, &  
omnes isti dies velut dominici deputantur. Resurre-  
ctio enim dominica est. Tom. 3. Serm. 61. de Pentecoste.

*A paschate ad  
pētecosten nul-  
la indicuntur  
ieiunia ab Eco-  
clesia.*

Si peccauerit in te frater tuus, increpa illũ. Quòd  
si Iudæi sabbatum ita celebrant, vt & mensẽ & an-

*Traditio maiorum est dies quinquaginta pentecostes ut pascha celebrandos.*

num totum quasi sabbatum habeant, quanto magis nos resurrectionem Domini celebrare debemus? Et ideo Maiores tradiderunt nobis p̄tecostes omnes quinquaginta dies ut pascha celebrandos, quia octaua hebdomadis initium pentecosten facit. Vnde & Apostolus quasi Christi discipulus, qui sciret diuersitatem temporum, scribes ad Corinthios: \* Apud vos, inquit, forsitan manebo & hyemabo. Et infra: Manebo autem Ephesi vsque ad pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum. Itaque apud Corinthios hyemem agit, quorū erroribus angebatur, quod eorū circa Dei cultum frigeret affectus. Cum Ephesijs pentecosten celebrat, atque his tradit mysteria, relaxat animum, quia fidei cernebat ardore feruentes. Ergo per hos quinquaginta dies ieiunium nescit Ecclesia, sicut dominica qua Dominus resurrexit, & sunt omnes dies tamquam dominica. Tom. 5. admodū ex a lib. 8. Comment. in cap. 17. Luce.

\* 1. Cor. 16.

*Die dominica ieiunium nescit Ecclesia, quæ admodū ex a paschate ad pentecosten.*

## CAPVT QVARTVM De Quadragesimali Ieiunio.

### I. Quadragesimam à Christo consecratam & præceptam esse.

*Christus ieiunium quadragesimæ dierum consecrauit.*

**S**anctæ quadragesimæ rationem, cuius hodie initium celebramus, frequenter edidimus, & cur tot dierum numero ieiunemus sæpe docuimus. Diximus enim quod Dominus Iesus Christus hunc eundem numerum ieiunij consecrauit, & continuatis diebus noctibusque non capiens cibum, vnum ieiunij corpus effecerit, hoc est, licet dici ordo noctis interrumpetur aduentu, non tamen interruptus est ordo ieiunij. Vnde erant apud eū plura temporum curricula, sed abstinentiæ dies vna, ostēdens nobis ita nos hunc numerum integrum ieiunare debere, ut quia totam quadragesimam complecti non possumus solido & vno ieiunio, vel quotidianis eandem

dē sine intermissione ieiunij celebremus, vt si quis quam vnā diē abstinendo prætermiserit, totam quadragesimā violarit, & propter modici temporis cibum magni fructum laboris amiserit. Tom. 3. Ser-  
mone 23 de quadragesima.

Fratres non cuius peccatum, fidelibus indictam quadragesimā à Domino violat, & ieiunia cōsecrata ventris voracitate dissoluere. Scriptum est, \* Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Si vis ergo Christianus esse, debes quod Christus, facere. Ille qui peccatū non habebat, quadragesimā ieiunauit, tu non vis quadragesimā ieiunare qui peccas? Ille, inquam, peccatum non habebat, sed pro nostris ieiunauit peccatis. Qualis ergo apud consciētiam tuam Christianus es, cum Christo pro te esuriens tu prandes? Cū Salvatore pro te ieiunante tu reficeris? Non igitur sicut dixi, leue peccatum est, indictum violare ieiunium. Tom. 3. Sermone 25 de quadragesima.

Nonnulli Christianorum Fratres existimantes se diuinitatis præcepta religiosius obseruare prætermissa deuotione quadragesimæ, cuius hodie curamus exordium, quinquagesimam se facere mentuntur, cū id neque diuinis litteris iubeatur, neque traditum sit auctoritate Maiorum. Sola igitur hoc faciunt animi presumptione: & dum putant se deuotius agere, superstitionis conuersantur. Dicit se obseruare quinquagesimam qui forte quadragesimam implere vix possit. Bonum est quidem cunctis tem-  
poribus ieiunare, sed melius quadragesimā ieiunare cum Christo. Hanc enim quadragesimam nobis Dominus suo ieiunio consecrauit. Tom. 3. Sermone 34. de  
quadragesima.

Ante dies deuotionem sanctæ quadragesimæ prædicantes, sacrarum litterarum exempla protulimus, quibus approbaremus hūc quadragenarium numerum non esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum, nec terrena cogitatione inuentum,

*Si quis in quatuor quadragesima vnā diē abstinendo prætermittit, totam*

*quadragesimā violat. Nō est leue peccatū indictam à Domino quadragesimam violare.*

\* 1. Ioan. 2.

*Reprehendit quorundam ieiunando superstitionem.*

*Bonū est quouis tempore ieiunare, sed melius quadragesimam ieiunare cum Christo.*

*Numerus quadragenarius ieiunij nō est ab hominibus cō-*



*stitutus sed di-* sed cœlesti maiestate præceptū. Atque ideo qui con-  
*unitus conse-* stitutum numerum vna die manducando præterit,  
*cratus.* non vt vnus dici violator accusatur, sed vt totius

*Ieiunium qua-* & totius quadragesimæ consequatur sanctitatem.  
*dragesimæ re-* Hæc autem non tam Sacerdotum præcepta quàm  
*ligiose obser-* Dei sunt. Atque ideo qui spernit, non Sacerdotem  
*uandum.* spernit, sed Christum qui in suo loquitur Sacerdote.  
*Tom. 3. Sermone 36. de quadragesima.*

## II. Quadragesimam integram magna reli- gione ante pascha obseruandam.

**C**ONsidera, Quadragesima totis præter sabbatū  
 & dominicam ieiunatur diebus. Hoc ieiunium  
 Domini pascha concludit. *Tom. 4. lib. de Helia & ieiunio, Cap. 10.*

*Soror Ambro-* Hæc tecum sanctæ memoriæ Liberius, quæ apud  
*zij absiuis ie-* alios maiora verbis, apud te minora exemplis, ita  
*imus se mace-* omnem disciplinam non solum virtute adæquasti,  
*rans.* sed etiam æmulatione vicisti. Namque ieiunium in

\* *Matth. 4.*

*Adolescētibz* fastidio ieiunium desideretur, potus ē fonte, fletus  
*magis ieiunia* in prece, somnus in codice. Hæc iunioribus cōuenē-  
*necessaria sūt* re annis, donec mens æui matura canesceret. Ast vbi  
*quàm senibus.* domiti trophæū corporis virgo sustulerit, moderan-  
 dum labori, vt magistra suppari seruetur ætati. Cito  
 fœcundis onerata palmitibus emeritæ ætatis vitis  
 crepat, nisi aliquādo reprimatur. Eadem tamen do-  
 nec adolescit exuberat, & inueterata amputatur, ne  
 siluescat sarmentis, aut fœtu nimio exinanita moria-  
 tur. Bonus agricola optimam vitem & fœtu terræ co-  
 hibet & defendit à frigore, & ne meridiano sole vra-  
 tur

tur explorat. Agrum quoque vicibus exercet, vel si non patitur otiosum, diuersa alternat semina, mutatis vt fertibus arua requiescant. Tu quoque virgo veterana pectoris tui colles diuersis saltē seminibus sere, nunc alimonijs mediocribus, nūc ieiunijs parrioribus, lectione, opere, prece, vt mutatio laboris, induciā sint quietis. Nō totus messē generat ager. Hinc de collibus vinea consurgunt, illinc purpurascētes cernas oliuas, hīc olentes rosas, sape etiam relictis aratris ipse validus agricola digito solū s' alpit, vt florum deponat radices, & a speris manibus quibus luctantes inter vinea flectit iuuenos, molli-ter ouium pressat vbera. Eo quippe melior ager, quo numerosior fructus. Ergo & tu boni agricolę exemplum secuta non perennibus ieiunijs tamquam depressis vomeribus humum tuum findas. Floreat in hortis tuis rosa pudoris, liliū mentis, & irriguum sacri sanguinis violaria bibant fontem. Vulgo hoc ferunt: Quod velis prolixē facere, aliquando ne feceris. Debet esse aliquid quod quadragesimę diebus addatur, sed ita vt nihil ostentationis causa fiat, sed religio- nis causa fiat, sed religionis.

*Quadragesime diebus aliquid addendum, sed ita vt nihil ostentationis causa fiat, sed religionis.*

Diximus superiore dominica hoc esse fidei nostrę opus primum, vt horum quadraginta dierum curriculo deuotissime ieiunemus, & itam esse causam salutis nostrę, si hoc tempore abstinentię operā commodemus. Atque ideo Fratres dilectissimi inspicere debemus quę sit huius forma ieiunij, vt respiciamus quanta sit eius vtilitas. Est enim interdum inutile & inane ieiunium, quod licet ventrem & omnia viscera succo saturitatis exhaurit, non tamen acceptum est Deo, quia mentem & intimos sensus minime vinculo iniquitatis euacuat. Tom. 3. Sermonē 33. In tempore ieiunij non esse luxuriandum.

*Diebus quadraginta strictissimē ieiunandum.*

Istud autem præceptum eius est primum, vt his quadraginta diebus, ieiunijs, orationibus, vigilijs operā commodemus. Ieiunijs enim lasciuia corporis castigatur, orationibus deuotis faginatur ani-

ma vigilijs diaboli insidiæ depelluntur. Deinde cum istis mandatorum obseruationibus fuerit hoc tempus impletum, tunc purgata & fatigata tot obseruationibus anima ad baptismum veniens Spiritus sancti inundatione reficitur, & quicquid in ea diuersarum ægritudinum ardor exsiccauerat, cœlestis gratiæ rore perfunditur. *Tom. 3. Sermone 27. de quadragesima.*

In deserto Saluator implet mandatum Dei, vt ibi Adam saluaret errantem, vbi fuerat de paradisi possessione proiectus. Adam enim expulsus de paradiso, inculti mundi deserta sustinuit. In deserto ergo primum homini salus refunditur, vbi non sunt epulæ, vbi desunt deliriæ, vbi (quod est omnium malorum causa) deest & mulier. Potuerat enim Adam inter illas paradisi incōcussus stare delitias, si Eua ibidem cum diabolicis illecebris non fuisset. Conueniens ergo est desertum salutis, vbi non est Eua quæ persuadet, non est mulier quæ blanditur. Videt eam miram, in paradiso cum Adam diabolus dimicat, vbique insidiatur homini, vbique cōgreditur: sed vbi mulierem inuenit, vincit: vbi mulierem nō inuenit, victus abcedit. Formam igitur dedit nobis Deus in hoc facto, vt ieiuniorum tempore tanquam desertū habitantes abstineamus epulis, voluptate, muliere, nec coniugatur nobis Eua, ne nos à casta obseruatione illecebrosa persuasionē subuertat. In deserto quodammodo videtur habitare qui quadragesimæ tempore ieiunus & castus est. *Tom. 3. Sermone 37. de quadragesima.*

*Formam ieiunandi dedit nobis Christus.*

*In deserto cum Christo videtur habitare qui quadragesimæ tempore ieiunus & castus est.*

### III. De mysterijs ieiunij Quadragesimalis.

Sed dicit aliquis, Quadragesimæ aliquoties accipimus rationem, & eam consecratam à Domino frequenter audiuius, sed cur eadem quadragesima quadraginta & duos dies habeat, audire gestimus. \* Legimus in veteri testamento cum sanctus Moses filios Israel de iugo Aegyptiæ captiuitatis erueret, vt in terram eos repromissionis induceret, qua-

\* Deuter. 8.  
Ieiunium quadragesimale respondet mæ.

draginta

draginta & duorum dierum eum ad memoratā ter-  
ram mansionibus peruenisse, tantoque illum tem-  
porum numero positum esse promissis, quāto & nos  
promissis nobis à Salvatore perfrui gratulamur. Eo-  
dem, inquam, numero Moyses, per mansiones per-  
uenit ad requiem, quo & nos per ieiunia propera-  
mus ad cœlum. Ieiunia enim nostra mansiones que-  
dam sunt, per quæ iter spiritualiter facientes, animæ  
virtutibus ambulamus, & diurno profectu repromis-  
sæ nobis terræ viciniores efficiuntur, ita ut citius per-  
ueniat qui deuotius ieiunarit. Pedes enim quidam  
animæ pernicies sunt, fides atque ieiunium, qui cito  
de humilibus ad altiora conscendunt, cito de terre-  
nis ad cœlestia gradiuntur. De his pedibus dicit Apo-  
stolus: \* Quam speciosi pedes euangelizantium bo-  
na. Hos pedes lauare præcepit Dominus. Sicut Apo-  
stolus ait de vidua: \* Si Sanctorum pedes lauit. Di-  
gni enim honore euangelizantium pacem pedes sunt,  
qui spirituales ac nitidi doctrina super hominū cor-  
da gradiuntur. Quadraginta etiam & duorum dierum  
numero Israel populus peruenit ad fluuē Iordanis:  
Eodemque dierum circulo Christianus populus per-  
uenit ad fluuē baptismatis. Et sicut ait Propheta:  
\* Iordanis conuersus est retrorsum, illic introeunte  
Israëlitā in aquam fluminis vnda superfugit, hic de-  
scendente in fontem Christiano criminum peccata  
diffugiunt. Et mirum in modū illic retrorsum flu-  
uius conuersus in originē suam reuertitur, hic in po-  
sterum reuocatus homo in originis suæ infantiam  
reparatur. Ibi fontem suum de quo egressa fuerat vn-  
da perquirat, hic hominem suum à quo exierat inno-  
centia recognoscit. Ibi exinanitur alueus fluctibus,  
hic euacuantur corda criminibus. Ibi, ut seruos Dei  
illic aqua cœnosa nō madidet, hic famulos Dei con-  
scientia terra nō polluat. Iordanis enim quidam est  
fons lauacri, per quem qui trāsierit, relictis sordibus  
paradisum repromissionis ingreditur. In hoc ergo  
quadragenario & duali numero Israel populus relin-

*Pedes anime  
pernicies sunt  
fides atq; ieiunium.*

\* Rom. 10.

\* 1. Tim. 5.

\* Psal. 113.

quens Aegyptum rubri maris fluenta transcendit: & nos quoque in ipso numero relinquētes mundi Aegyptum gehennæ ardentis stagna transimus. Illos in fluctibus vnda sustentat, nos ignis flamma non vrit. Illis solidatur aqua, nobis refrigerat incendium. Et contra naturæ vsū per æstū siccat mare, per fontem baptismi gehenna mitescit. *Tom. 3. Sermone 23. de quadragesima.*

*Quadragesima  
due mansiones  
Israelitarū si-  
guram habent  
quadragesis-  
ma nostra.*

Retinet adhuc sensus vestri Fratres, nos hoc superiore dominica prædicasse quòd huius quadragesimæ nostræ figuram illæ quadragesima & duæ mansiones habuerint, per quas populus Israel exiit de Aegypto, diurno profectu terram repromissionis intrauit, & quasi quibusdam salutis gradibus post iugum seruitutis ascendit ad regnum. Figura inquam fuit in illis mansionibus ieiuniorum nostrorum, non solum in quâritate numeri, sed etiam in obseruatione virtutum. Non enim tantum filij Israel in itinere deserti corporeis gressibus ambulauerunt, quâtum in via Domini religiosis actibus profecerunt. In via plane ambulauerunt Domini quæ illos potauit in fluctibus & pauit è cælo. Esurientibus enim in eremo manna non defuit, periclitantibus in mari terra non fugit. Ibi mare in semita sternitur, hic cælum ad pabulum referatur. Propter gratiam famulorum Dei Iordanis fluenta sua retinet, aquam suam myrrha commutat. Illic retrorsum conuersa, quæ sequebatur vada præcedit, hic in melius temperata quæ amarum stillabat vena dulcescit. Et mirum in modum fluuius cursum perdidit, fons saporem. *Tom. 3. Sermone 24. de quadragesima.*

*Christus qua-  
dragesima die.  
bus ieiunauit,  
vt eo numero  
consummaret  
hoīs, qui perie-  
rat, pfectionē*

Bono ordine qui in superiore psalmo dixit, Ecce venio: in hoc iam venit, & patitur: & ideo quadragesimus psalmus inscribitur, quia quadragesima diebus ieiunauit Dominus Iesus, vt eo numero cōsummaret hominis qui perierat perfectionē. Sicut enim per appetentiam interdicti fructus amisit gratiam, ita per ieiunium reparari eius virtutem oportuit:

tnit: vt qui perierat in Adam, repararetur in Christo. *Qui in Adam perijt, in Christo reparatur.*  
 Tom. 4. statim in initio enarrationis psal. 40.

CAPVT QVINCTVM  
 De Ciborum delectu.

1. Ciborum delectum ad refrenandam carnis lasciuia[m] Ambrosij aetate in vsu fuisse.

**M**Odico itaque vino utere, ne infirmitatem corporis augeas, non vt voluptatem excites. Incendunt enim pariter duo, vinum & Ieiunia et parsimonia cibi retinaculis quibusdam indomitas cohibent volu-  
\* 1. Tim. 5. simonia cibi indomitas cohibent volu-  
 prates.

Et paullo post:

Escis quoque omnibus quae gignant membris calorem, parce vtendum puto. Carnes enim etiam aquilae volantes deponunt. In vobis quoque ales interior illa de qua legimus: Renouabitur sicut aquila iuuentus tua, sublime tenens virgineo prope volatu superfluae carnis nesciat appetentiam. *Parce vtendū  
 escis q̄ gignant  
 membru calorē.*  
 Tom. 1. lib. 3. de Virginitibus.

Quid igitur sibi isti volunt qui tentant eos peruertere quos acquisiuit Apostolus, quos redemit Christus sanguine suo? Quid est quod asserunt baptizatos intendere non debere virtutum disciplinis, nihil illis obesse comestationes, nihil voluptatum affluentiam, insipientes esse eos qui iis careant: virgines oportere nubere, filios facere, similiter & viduas iterare quod semel male virili admixtione expertae sint, etiam si se continere possint, errare eas quae nolunt iterare copulam? Quid ergo? Placet vt hominem exuentes, & induamus pecudem: & exspoliantes Christum, vestiamur aut superuestiamur amictus diaboli? Sed quum ipsi Doctores gentium ne honestatem

*Philosophi non  
 putarunt honestatem cum*

*voluptate copulandam.*

quidem cum voluptate copulandam putauerint, eo quod pecudem videretur cum homine induere: nos ut belluinos vsus humano infundamus pectori, & rationabili menti inscribamus irrationabiles ritus ferarum: Quamquam multa genera sint animantium, quæ amisso pari concubitu indulgere nesciant, & tamquã solitariæ vitæ æuum exigant: plurima quoque herbis vescantur simplicibus, nec alio nisi fonte puro sitim restinguere nouerint: canesque videamus frequenter interdicto cibo temperare solitos, ut ieiuna fame ora suspendât, si imperetur abstinentia. Ab hoc igitur reuocantur homines, quod didicerunt per hominem etiã mutæ non præuaricari bestię? Quid autem pulcrius abstinentia, quæ facit etiam iuuentutis annos senescere, ut fiat morum senectus?

*Redundantia ciborum & temulentia incalescit senectus: & exterior ignis aquæ infusione extinguitur, non mirum si etiam interiora æstus corporis fluuiali potu refrigerantur. Cibo enim flamma alitur ac deficit. Siquidem fœnum, stipulam, lignum, oleum, aliæque huiusmodi alimenta ignis sunt, quibus pascitur: ea si detrahas vel non suggeras, etiam ignis sopitur. Similiter ergo vapor corporis cibo alitur aut minuitur: cibo excitatur, cibo soluitur. Luxuria igitur mater libidinis est. Quid quod naturæ conueniens temperantia est, atque illi diuinæ legi, quæ in ipso rerum ortu omnes fontes potui, fructus arborum esui dedit? Vinum post diluuium iustus ad tentationem sui reperit. Utamur ergo temperantiæ naturali cibo, vti namque possimus. Sed quia non omnes fortes, ideo Apostolus ait: \* Vino modico vtere propter frequentes tuas infirmitates. Non ergo propter voluptatem bibendum est sed propter infirmitatem. Pro remedio igitur parcius, pro delitijs redundantijs. \* Denique Helias quæ Dominus ad virtutis erudiebat profectioem, ad caput suum collyridam & vas aquæ*

\* 1. Tim. 5.  
Vini bibendū  
non ppter volu-  
ptatem, sed  
infirmitatem.  
\* 3. Reg. 19.

Apostolus ait: \* Vino modico vtere propter frequentes tuas infirmitates. Non ergo propter voluptatem bibendum est sed propter infirmitatem. Pro remedio igitur parcius, pro delitijs redundantijs. \* Denique Helias quæ Dominus ad virtutis erudiebat profectioem, ad caput suum collyridam & vas aquæ

aqua reperit, & ideo in virtute se quinquaginta diebus ieiunauit. Patres nostri quum mare transirent pedibus, aquam non vinum bibebant. \* *Daniel & Hebraei pueri paruo cibo & aqua potu, ille furorẽ leonum repressit, illi ardentem ignem innoxio videre tactu circa membra sua pasci. Et quid de viris loquar? \* Iudith luxurioso Holopherni haudquaquam inflexit conuiuio, solo titulo sobrietatis desperatum lacertis virilibus reportauit triumphum, patriam obsidione exiit, ducem militiæ suis manibus occidit. Exemplum euident quod & illum terribilem populis bellatorem virum luxuria sua emolliuit, & hanc feminam temperantia cibi fortiorem viris fecit. Non hic in sexu suo victa est natura, sed in cibo suo victa est, & regem superbum suis inclinauit ieiunijs. \* Anna octogintaquattuor annos in viduitate sua ieiunijs & obsecrationibus in templo die ac nocte feruens Christum agnouit. \* Quem Ioannes abstinentiæ magister quidam nouus terrarum angelus annunciauit. \* O stultum Helisæum qui siluestribus ramis & amaris pascebat prophetas, \* Immemorem scripturarum Esdras, qui memoria Scripturas reddidit, \* Insipientem Paullum qui gloriatur ieiunijs, si nihil profunt ieiunia. Sed quomodo nõ sunt, quibus vitia purgantur? Quæ si deferas cum humilitate, cum misericordia, \* vt Esaias spiritu diuino locutus est, ossa tua pinguescent, & eris sicut hortus ebruius. Pinguescit igitur anima tua, virtutesque eius spirituali adipe ieiunij, & fructus tui multiplicant vbertate mentis tuæ, vt sit in te sobria ebrietas, sicut illud est poculum de quo ait Propheta: \* Et poculum tuum inebrians quàm præclarum est. *Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 82.**

\* *Dan. 1.*  
*Daniel & pu- eri Hebraei à vino abstine- bant.*  
 \* *Iudith 12.*  
 \* *Luce 2.*  
 \* *Matth. 3.*  
*Ioannes baptis- ta abstinentiæ magister.*  
 \* *4. Reg. 4.*  
 \* *1. Esdræ 8.*  
 \* *2. Cor. 11.*  
 \* *Esaiæ 58.*  
 \* *Psal. 22.*

Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionẽ habens vitæ præsentis & futuræ. ] Pietati operam dandam commonet, quia grandem habet profectum. Qui enim misericordiæ student, senioribus vicem red- dentes



*Ieiunare &  
abstinere à cis  
bis manente au  
toritate cre  
atoris quando  
parum proficit.*

*Summa disci  
plinæ Christi  
anæ est in mi  
sericordia &  
pietate.  
Spirituales iei  
unijs & abstin  
entia tempe  
rant corpora  
sua.*

dentes parētibus, & in præsentī vita auxilia Dei non deerunt illis, & in futuro immortalitatem habent cum gloria. Exercitium autem corporale ad modicū vtile dicit. Ieiunare enim & abstinere à cibis manente auctoritate creatoris nō multum prodest, nisi addatur huic pietas, cuius opera multorum precibus adiuvatur ad Dominum promerendum. Denique illos qui fratribus largi sunt & varijs titulis obsequentes, in vitam æternam proficere evangelicus seimo testatur, dissentientes autem ab hoc opere, in ignem æternum. Corporis autem exercitium nihil aliud quàm carnis frena sunt. Si quis ergo, quia misericordia magna res est, lubricum tamen carnis patiat, huiusmodi quid fiet sine dubio vapulabit, quia illud oportuit fieri, & hoc minime prætermitti. Si autem solum corporis habuit exercitium, perennes pœnas patietur, sicut in Evangelio Dominus repromisit. Omnis enim summa disciplina nostræ, in misericordia & pietate est. Aliud tamen exercitium corporis habent carnales, & aliud spirituales. Carnales enim sagina & dapibus nutriūt corpora sua, vt celeri motu proficiant ad perditionem. Spirituales autem ieiunijs & abstinentia temperant corpora sua, vt pigra facta circa desideria, possint digna esse futura resurrectione. Hic enim propter spem futuram castigat corpus, ille vero propter futuri desperationē fouet, curam eius agens ad tempus vt moueatur citius ad peccandum. *Tom. 5. in cap. 4. Epist. 1. ad Timoth.*

## CAPVT SEXTVM De Cœlibatu.

*I. Bonam esse castitatem coniugum, meliorem viduarum, optimam vero virginum.*

*\* Rom. 14.*

**N**on ego quidem dissuadeo matrimoniū, sed virginitatis attexo beneficiū. \* Qui infirmus est, inquit Apostolus, olera manducet. Aliud exigo,

exigo, aliud admiror. \* Alligatus es vxori? noli quaerere solutionem. Solutus es ab vxore? ne quaeris vxorem. Hoc præceptum est copulatis. De virginibus autem quid ait? \* Et qui matrimonio iungit virginem suam bene facit, & qui non iungit melius facit. Illa non peccat si nubat, hæc si non nubat æterna est. Ibi remedium infirmitatis, hic gloria castitatis. Illa non reprehenditur, ista laudatur.

Et post pauca ait:

Dicit aliquis: Ergo dissuades nuptias? Ergo vero suadeo, & eos damno qui dissuadere consueverunt, ut pote qui Saræ ac Rebeccæ & Rachel ceterarumque veterum coniugia fœminarum pro documentis singularum virtutum recensere soleam. Qui enim copulam damnat, damnat & filios, & ductâ per successionem seriem, generis societatem damnat humani. Nam quemadmodum duratura in seculum ætas succedere posset ærati, nisi gratia nuptiarum procreandæ studium sobolis incitaret? Aut quomodo prædicari potest quòd immacularus Isaac ad altaria Dei victima paternæ pietatis accessit, quòd Israel humano situs in corpore Deum vidit, & religiosum populo dedit nomen, quorum originem damnat? Vnum sane licet sacrilegi homines habent, quod in his etiam à sapientissimis probetur: quòd coniugia damnando, profitentur se nasci non debuisse. Non utique dissuadeo nuptias, si fructus sacræ virginittatis enunero. Paucarum quippe hoc munus est, illud omnium. Nec potest esse virginitas nisi habeat vnde nascatur. Bona cum bonis cõparo, quo facilius quid præstet eluceat. Neque meam sententiam adfero, sed eam repeto, quã edidit Spiritus sanctus per Prophetam. Melior est, inquit, sterilitas cum virtute.

Tom. 1. lib. 1. de Virginibus.

\* Est etiã cœlesti voce probata virginitas, dominicisq; expetenda præceptis. Quo loco magisterium diuinæ vocis imitemur. Nam cum in superioribus coniugium memorauerit non esse soluendum

\* 1. Cor. 7.

\* Ibidem.

Castitas coniugii non reprehenditur, virginum etiam laudatur.

Ambrosius damnat eos qui nuptias dissuadere consueverunt.

Spiritus sancti oraculo virginitas matrimonio præferatur.

\* Matth. 19.

*Christus non dānat sed probat nuptias, ijs tamē præfert virginitatis studia.*

\* 1. Cor. 7.

\* *Ibidem.*

\* *Prover. 27.*

*Qui coniugium elegit nō reprehendat integritatē, et qui integritatem sequitur nō contemnet cōiugium.*

nisi ex causa fornicationis, in posterioribus integritatis gratiam donumque contexit, ut doceret non damnandas esse nuptias sed probandas, nuptijs tamen ipsis integritatis studia præferenda. Quis enim tam auersus à vero qui nuptias damnet? Sed quis tam alienus à ratione, qui coniugij onera non sentiat?

\* Etenim mulier innupta & virgo, cogitat quæ sunt Domini, ut sit sancta corpore & spiritu. Nam quæ nupta est cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat: viro. Et præter has molestias quamuis nubendo non peccet, contritionem tamen carnis habebit huiusmodi. Grauis enim partus labor est, grauis creatorum & erudiendorum liberorum molestia, Quibus ante præcipit, ne quis huiusmodi auerteretur iniurijs. Multæ enim in partus laboribus constitutæ coniugio se renunciare dicunt. Multi etiam matrimonij onera nō ferentes, alieno ab vxore auerturntur affectu. Et ideo Apostolus ante præmisit: \* Iunctus es vxori? noli querere solutionem. Et bene ait: Iunctus es. Quodam enim vir & vxor nexu inter se amatorio copulantur, & quibusdam inuicem sibi habentis amoris attricti sunt. Bona igitur vincula nuptiarum, sed tamen vincula: & si vincula, tamē vincula caritatis. Bonum coniugium, sed tamen à iugo tractum, & iugo mundi, ut viro potius cupiat placere, quam Deo. Bona etiam vulnera caritatis, & osculis præferenda. \* Vtiliora enim vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. Denique Petrus vulneratur, Iudas osculatur. Illum oscula cōdemnant, hunc vulnera emendant. Illius osculis proditionis vulnera funduntur, istius lacrymis culpa lauatur. Itaque ut ostenderet sermo propheticus bona vulnera caritatis, Ecclesia dicit in Canticis canticorū: Quia vulnerata caritate ego sum. Nemo ergo vel qui coniugium elegit, reprehendat integritatem: vel qui integritatem sequitur contemnet coniugium. Namque huius sententiæ aduersarios interpretes damnauit iam dudum Ecclesia, eos scilicet qui audeant soluere

re copulam coniugalem. *Tom. 1. lib. 3. de Virginitibus.*

\* In omni, inquit, tempore sint vestimenta tua candida. Quid candidius virginitate? quid niuidius intacti vestimento pudoris? Bona quidem castitas coniugalis, & castitas viduitatis. Munda omnis castitas, sed forte non omnis candida, aut non candida in omni tempore. Non candida, quando non habet quis sui corporis potestatem, quando ad tempus sequestratur oratio. De virginitate ergo pulcre dicitur: In omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum in capite tuo, vt faces tuæ semper possint lucere, nec extinguantur cum ceperit sponsus ille cœlestis venire. *Tom. 1. in exhortatione ad virgines.*

\* Eccles. 9.

*Bona est castitas coniugalis et vidualis, sed non candida in omni tempore.*

Agrestis vtilatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinē seruare, promiscue omnia velle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quandam cœlestium remunerationū inducere, quasi Christo vna sit palma quā tribuit, ac non plurimi abundant tituli præmiorum. Simulant se ista dare coniugio. Sed quæ potest esse laus coniugij vbi nulla virginitatis est gloria? Neque vero nos negamus sanctificatum à Christo esse coniugiū, diuina voce dicēte: \* Erunt ambo in carne vna & in vno spiritu. Sed prius est quod nari sumus, quā quod effecti, multo quæ præstātius diuini operis mysterium, quàm humanæ fragilitatis remedium. Iure laudatur bona vxor, sed melius pia virgo præfertur dicente Apostolo: \* Qui iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Hęc enim cogitat quæ Dei sunt, illa quæ mundi. Illa coniugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculorum: illa sub lege, ista sub gratia. Bonum cōiugium per quod est inuenta posteritas successionis humanæ, sed melior virginitas per quam regni cœlestis hereditas acquisita, & cœlestium meritorum reperta successio. Per mulierem cura successit, per virginem salus euenit. Denique speciale donum virginitatis Christus elegit, & integritatis munus exhibuit, atque ipse representat.

*Diuersi sunt gradus meritorum.*

*A Christo sanctificatum est ieiunium.*

\* Gen. 2.

*Iure laudatur bona vxor, sed melius pia virgo præfertur.*

\* 1. Cor. 7.

præsentauit quod elegit in matre. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 81.

*Diuersis virtutibus diuersa* Diuersis virtutibus merces diuersa proposita est. Nec aliud reprehenditur, vt aliud prædicetur, sed omnia prædicantur, vt quæ meliora sunt præferantur. Honorabile itaque coniugium, sed honorabilior integritas, nam & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit melius facit. Quod igitur bonum est, non vitandum est, & quod est melius eligendum est. Tom. 1. lib. de Viduis.

*Virginitatis via sublimis et ardua est.* Bona virginitatis via, sed sublimis & ardua validiores requirit. Bona etiam viduitatis, non tam difficilis vt superior, sed confragosa & aspera cautiore exigit. Bona etiam matrimonij, plana & directa longiore circuta ad castra sanctorum peruenit: ea plurimos recipit. Sunt ergo virginitatis præmia, sunt merita viduitatis, est etiam coniugali pudicitia locus. Gradus singularum sunt & incrementa virtutum. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 82.

*Gradus sunt singularium virtutum.*

II. Virginitati Deo sacrata aquare nuptias habere sinuisse Iouiniani, & quorundam præterea aliorum qui vitam monasticam deseruerant.

*Diabolus pudicitia est aduersarius, et luxuria magister. Iouinianus est qui cum eo virginitate acciesumma paruis aciesunt administri sunt diaboli.*

\* 1. Cor. 15.

SYRICIUS Mediolanensi Ecclesie. Optarem semper Fratres carissimi dilectionis & pacis vestrae sinceritatis gaudia nunciari, ita vt vicissim discurrentibus litteris sospitatis indicio iuuaremur vestro, quia non patitur nos quietos ab incursione sua vacare hostis antiquus ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem vt deciperet, se ante decipit. Pudicitia aduersarius, luxuria magister, crudelitatibus pascitur, abstinencia puniendus odit ieiunia, ministris suis prædicantibus dum dicit esse superflua, spem non habens de futuris, Apostoli sententia repercussus dicentis: \* Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. O infelix au dacia, o deperata

sperata mentis astutia. Tam incognitus sermo hæ-  
 reticorum intra Ecclesias cancri more serpebat, vt  
 occupans pectus totum hominem præcipitaret in  
 mortem. Et nisi Dominus Sabaoth laqueum quem  
 parauerat dirupisset, scena tanti mali & hypocrisis  
 publicata multorum simplicium corda traxerat in  
 ruinam: quia facile ad deteriorem partem mens hu-  
 mana traducitur, malens per spatiosa volare, quàm  
 arctæ viæ iter per laborem transire. Qua de re neces-  
 sarium satis fuit mihi quæ hæc gesta sunt, ad vestram  
 conscientiam cognoscenda mandare, ne ignoran-  
 tia Sacerdotis quispiam pessimorum Ecclesiam ir-  
 rumpentium sub religioso nomine contagio viola-  
 ret: sicut scriptum est Domino dicente: \* Multi ve-  
 nient ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt  
 lupi rapaces, à fructibus eorum cognoscetis eos. Ij  
 videlicet qui quasi vtilitate Christi nosse se iactent,  
 vt sub velamento pij nominis gradientes domum  
 orationis ingressi, sermonem serpentinae disputati-  
 onis effundant, \* vt sagittent in obscuro rectos cor-  
 de, atque veritatem Catholicam vertendo ad suæ do-  
 ctrinæ rabiem diabolico more traducât, atque oui-  
 um simplicitatem defraudent. Et quidem multarum  
 hæresium malignitatem ab Apostolis nunc vsque di-  
 dicimus, & experti abrogauimus: sed numquam ta-  
 les canes Ecclesiæ mysteriũ latratibus fatigauerunt,  
 quales nunc subito hostes fidei erumpentes doctrina  
 perfidie polluta, cuius sint discipuli, verborum  
 fructibus prodiderunt. Nam cum alij heretici singula  
 sibi genera quæstionum male intelligendo propo-  
 fuerint conuellere atque concerperere de diuinis in-  
 stitutionibus: \* isti non habentes vestem nuptialem,  
 sauciantes Catholicos, noui & veteris testamēti (vt  
 dixi) continentiam peruertentes, illecebroso atque  
 ficto sermone aliquot Christianos cœperunt iam va-  
 stare, atque suæ dementię sociare, intra se continen-  
 tes nequitie suę virus. Verum illecti blasphemias su-  
 as conscriptione temeraria publice prodiderunt, &

*Ad hæreticos  
 multitrãserunt,  
 quod ij, viam,  
 quæ ad cælum  
 ducit, latã faci-  
 ciant.*

\* Matth. 7.

\* Psal. 10.

\* Matth. 22.

*Nuptias Catholicæ veneratur, maiori tamen honorificètia dignatur virginitatem.*

desperatae mentis furore conciti passim in furorem gentilium publice à fidelibus Christianis viris genere optimis, religione præclaris ad meam humilitatem subito scriptura honorifica videntur esse delati, vt sacerdotali iudicio detecta diuinæ legi cõtraria spiritali sententia deleantur. Nos sane nuptias non aspernãter accipimus quibus velamine intersumus, sed virginum nuptias Deo deuotas maiore honorificentia veneramus. Facto igitur presbyterio constitit doctrinæ nostræ, id est, Christianæ legi esse contraria. Vnde Apostoli secuti præceptum quia aliter quàm quod accepimus annunciabant, omnium nostrum tam presbyterorum & diaconorum quàm totius etiam cleri vna scitata fuit sententia, vt Iouinianus cõ-

*Iouinianus cõsocijs ab Ecclesia damnatur.*

anus, Auxentius, Genialis, Germinator, Felix, Protinus, Martianus, Ianuarius & Ingeniosus, qui auctores nouæ hæresis & blasphemix inuenti sunt, diuina sententia & nostro iudicio in perpetuum damnati extra Ecclesiam remanerent. Tom 3. lib. Epist. 10. Epist. 80.

*Agrestis est vlulatus nulla esse virginis gratiam.*

Domino dilectissimo fratri Syricio Papæ, Ambrosius Episcopus, Bassianus Episcopus, & ceteri. Recognouimus litteris sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, qui fideliter cõmissam tibi ianuam serues, & pia sollicitudine Christi ouile custodias, dignus quem oues Domini audiant & sequantur, & ideo quia nostri ouiculas Christi, lupos facile deprehendes, & occures quasi prouidus Pastor, ne isti moribus perfidiæ suæ feralique vlulatu dominicum ouile dispergant. Laudamus hoc domine Frater, nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur si luporum rabie grex Domini perhorruit, in quibus Christi vocem non recognouit. Agrestis enim vlulatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem seruare, promiscue omnia velle confundere, diuersorum gradus abrogare meritõrum, & paupertatem quandam cœlestium remunerationum inducere, quasi Christo vna sit palma quam tribuit, ac

non plurimi abundant tituli præmiorum. Simulant se ita donare coniugio. sed que potest esse laus coniugij, vbi nulla virginittatis est gloria? Et paucis interiectis ita epistolam concludit: Scias itaque Iouinianum, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Protinum, Genialem, Martianum, Ianuarium & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnauit, apud nos quoque secundum iudicium tuum damnatos. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 81.

Audio venisse ad vos Sarmationem & Barbatianum vaniloquos homines, qui dicunt nullum esse abstinentiæ meritum, nullum frugalitatis, nullam virginittatis gratiam, pari omnes æstimari pretio, delirare eos qui ieiunij castigant carnem suam, vt menti subditam faciant. Quod numquam fecisser, numquam scripsisset ad instruendum alios Paullus Apollolus, si deliramentum putasset. Gloriatu itaque dicens: \*Sed castigo corpus meum, & seruituti redigo, ne alijs prædicans ipse reprobis inueniar. Ergo qui non castigant corpus suum, & volunt prædicare alijs, ipsi reprobi habeantur. An quicquam tam reprobum, quàm quod ad luxuriam, ad corruptelam, ad lasciuiam prouocat, quàm incitamentum libidinis, incontinentiæ fomes, incendium cupiditatis? Quæ istos Epicureos noua schola misit, non philosophorum, vt ipsi aiunt, sed imperitorum, qui voluptatem prædicant, delicias suadeant, castimoniam nullius esse dicant vtilitatis? Fuerunt nobiscum, sed non fuerunt ex nobis. Neque enim pudet dicere quod dicit \* Euangelista Ioannes. Sed hic positi primo ieiunabant, intra monasterium continebantur: nullus erat luxuriæ locus, interdita ludibriosa dispensationis licentia. Hoc delicati nõ potuerunt ferre. Abierunt, deinde volentes redire non sunt recepti. Pleraque enim audieram quæ deberent caueri. Monueram, nihil profeceram. Effruescentes itaque disseminare talia cœperunt, quibus incētores essent vitiorum omnium. Miserabiles, perdidērunt vtiq; quod ieiunauerunt.

*Nulla esse potest laus coniugij, vbi nulla est virginittatis gloria.*

\* 1. Cor. 9.

*Inter Christianos Epicurei sunt qui nullum meritum esse credunt.*

\* 1. Ioan. 2.



inuauerunt. Perdiderunt quòd se aliquo continerunt tempore. Nunc itaque diabolico studio inuidet aliorum operibus bonis, quorum ipsi fructu excederunt. Quæ virgo audiat nullum præmium esse integritatis, & non ingemiscat, (Absit enim vt facile credat) certe vt non studia deponat, & intentionem suæ mentis inflectat? Quæ vidua quum conceperit nullum esse fructum viduitatis, malit seruare fidem coniugij, & in tristibus degere, quàm latioribus se credere? Quæ coniugij districta vinculo, si audiat quòd nullus honos castitatis sit, non possit incuriositate tentari corporis aut mentis facilitate? *Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 82.*

III. *Castitatem donum esse Dei, quod tamen recte petenti numquam denegetur.*

**D**icentibus Apostolis, quia si ita est causa viri, vt non liceat illi uxorem dimittere, nisi ex sola causa fornicationis, non expedit nubere, respondit \* *Matth. 19.* Dominus; \* Non omnes capiunt verbum istud, sed illi soli continebuntur esse potestates esse potestates humanæ infirmitas, vt omnibus pateat: sed illis solis sunt, quibus diuina refulsit gratia, vt castrare se possint, quo regnû cœlorum adipiscantur. *Tom. 1. in exhortatione ad virgines.*

*Deus gratiam petentibus nunquam deesse solet.* Sed vnusquisque proprium donum habet à Deo, alius quidem sic, alius vero sic. ] Hoc est vnusquisque iuxta votum suum donum Dei habet, vt si velit, ipsius nutu Dei possibilitatē consequatur. Ideo non debet quis cōstringi, ne à licito prohibitus, illicita admittat, sed ipse sibi eligat quid sequatur. Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego. ] Postquam dixit vnusquemque proprium donum habere à Deo, ostendit in qua remelius est esse propensioem, quia in eo adiuuatur quis quod videtur auiditate mētis appetere. Quòd si se non continent, nubant. ] Illos vult cōtendere vt

*In eo quisq; adiuuatur quod videtur mētis auiditate appetere.*

se con-

se contineant. Quod si impulsu carnis perseverare se viderint non posse, quia nec sunt præiores in eo ipso ut adiuentur à Deo: (Illum enim Deus iuvat, quem videt tota virtute contendere) nubant itaque si vident. Forte enim poterunt hoc postea adipisci. Digesto enim impedimento reparat se voluntas robustiore virtute. *Tom. 5. in cap. 7. Epist. 1 ad Corinth.*

I III. Continentiam recte promitti ac voveri Deo, illudque votum fideliter servandum esse.

**A**ccusati sumus: & nisi fallor, accusatores nostri plerique de vobis sunt. Horum ego affectus redarguere malo, quam personas prodere. Criminis autem invidia hæc est, quia suadeo castitatem. Qui hoc non libèter accipit, ipse se prodit. Virginitatem, inquit, doces & persuades plurimis. Vtinam conuinceret, vtinam tanti criminis probaretur effectus. Non vererer inuidiam, si efficaciam recognoscerem. Atque vtinam me exèplis potius argueretis quam sermonibus caderetis. Sed vereor ne præuicariotum mihi apposuisse videar, qui me alienis commendent laudibus. Initiatas, inquit, sacris mysterijs, & consecratas integritati puellas nubere prohibes. Vtinam potuisssem reuocare nupturas. Vtinam possem flammæ meum nuptiale pio integritatis velamine mutare. An indignum videtur, ut sacratæ virgines à sacrosanctis altaribus non abducantur ad nuptias? Et quibus licet sponsum eligere, non licet Deum præferre? In me ergo facti conditio mutatur, ut pro opprobrio mihi cedat quod semper spectauit ad gratiam Sacerdotum, iacere semina integritatis, & virginitatis studia prouocare. Quæro enim utrum quasi improbum hoc, an quasi nouum, an quasi inutile reprehèdatur? Si quasi improbum, improba ergo sunt vota omnium, improba vita est Angelorum, quam gratia resurrectionis imitatur. Qui enim non nubunt neque nubentur, erunt sicut Angeli in celo: qui hoc utique re-

*Ad voverendam castitatem Ambrosius virgines incitauit.*

*Virgines Deo consecratæ nubere non debent.*

*Christus sponsus virginum.*

*Si improbi castitatem voverent, improbæ sunt vita Angelorum.*

prehendit, resurrectionis vota condemnat. Itaque improbum videri non potest, quod hominibus pro premio constitutum est. Nec potest eius rei species displicere, cuius veritas & in fructu est & in voto. Sed esto, non sit improbum, numquid nouum est? Nos enim noua omnia quæ Christus non docuit, iure damnamus, quia fidelibus via Christus est. Si igitur Christus non docuit, quod docemus, etiam nos id detestabile iudicamus. Discutiamus ergo utrū Christus integritatem docuerit an repudiandam putauerit: \* Et sunt, inquit, stadones, qui seiplos castrauerunt propter regnum cælorum. Est ergo præclara militia quæ regno cælorum militat. Itaque iam tunc Dominus docuit, esse debere intemerata studia castitatis. *Tom. 1. lib. 3. de Virginibus.*

*Christus integritatem docuit.*

\* *Matth. 19.*

\* *Psal. 118.*

*Nupta non potest dicere, Portio mea Dominus.*

Ideoque dicite vos Christo, confitemini ei, ut dicatis: \* Portio mea Dominus. Non potest hoc nupta dicere sed innupta. Nupta enim quærit viro suo, innupta autem Christo placere. Illa mundi, hæc Christi possessio est. Christi possessio Leuita est, qui nihil sibi de terris vindicat. Qui quærit uxorem, non potest dicere: Portio mea Dominus. Sit ergo vobis virgines portio Dominus, Dominus qui sterilem & parientem facit. Vtramque facit, sed altera in tristitia parit, altera in sterilitate lætatur. Cui dicitur: \* Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis. Habet filios sine partus dolore. Vnde & dicitur de Ecclesia: Quis audiuit si parturuit terra vno die, & gens nata est simul? Vno autem die terra non parturit, sed parit gratia. Venit paschæ dies, in toto orbe baptismi sacramenta celebrantur, velantur sacrae virgines. Vno ergo die sine aliquo dolore multos filios & filias solet parturire Ecclesia. Ideoque pulcre dicitur, Et gens nata est simul, de populo consecrato.

\* *Esa. 54.*

*Sequitur mox:*

Attrahite filia sapientiam in interiora vestri cordis promptuaria, quoniam ea est omni auro argenteoque

*In die pasche velantur sacrae virgines.*

que pretiosior, quam mors nescit, \* quia non mortui \* *Psal. 113.*  
 laudant Dominum sed viuentes. Et vos igitur ut vi-  
 uatis, laudate Dominum, & laudate eum diebus ac  
 noctibus. Laudabitis autem, si ab eo nulla vos auer-  
 tat cupiditas matrimonij & cura mundi, quoniam *Matrimonij*  
 quæ coniugium fortiuntur, sollicitantur mundi hu- *nos à contem-*  
 ius negotijs. Considerate filix quid vobis debeatis *platione cœle-*  
 parentum. Aperuimus ad Deum os nostrum, votum *stium rerum*  
 est voluntas parentum. Nos orauimus, vos soluite. *auocat.*

Quanta vis sit in votis parentum, \* Iepte Galaaditæ Parentes *sapo*  
 filia vos debet docere, quæ ne frustraretur oblatio- *destinat libe-*  
 nem patriam, etiam mortem suâ obtulit. Nam cum *vos virginita-*  
 ille sollicitus de belli periculo vouisset, si prosperior *ti ante quàm*  
 pugnæ euentus foret, id quod regredienti domum *nascantur.*  
 suam primo sibi occurreret, Deo se immolaturum: \* *Iud. 11.*

vbi victoria potius est, occurrit filia læta præ ceteris  
 gaudio victoriæ, & pietatis officio. Ingemuit pa-  
 ter non affectus immemor, sed memor voti. Quæsi-  
 uit causam filia, respōdit ille quid Domino promi-  
 sisset. Tum illa hortata est, ut promissum Deo munus  
 impleret. Itaque incautam patris oblationem san-  
 guine suo soluit. Hæc vobis filix sunt communia. Tu  
 autem fili quem mihi verus Helcana, id est, Dei de-  
 dit possessio, postularus meus, petitus meus. (Inde  
 etiam Samuel nomen accepit.) Tu inquam impetra-  
 tus meus & votiuus meus, qui quomodo in vterum  
 meum veneris nescio, (Iam enim desperaueram so-  
 bolem sexus virilis) quem mihi vota mea, nō aliqua  
 solemnis cœtus secreta formarunt. Tu inquam fili  
 agnosce à quo donatus sis mihi. Ille tua ora plasma-  
 uit, ille tua membra distinxit, ille mea orata suscepit,  
 cuius templo, cuius obsequio te ante quàm nascere-  
 ris sacraui. Non parentibus, non tibi, sed Deo natus  
 es, cuius ante quàm de vulua matris exires esse cœpi-  
 sti. Et omnes quidem illius sumus, sed tamē tu speci-  
 aliter promissus Domino tu redderis, quia scriptum  
 est: \* Vouete & reddite Domino Deo vestro. Ego \* *Psal. 75.*  
 misera, ego indigna, & tamen quasi Anna promissi,

*Exemplū An-  
ne matris Sa-  
muelis mulie-  
res Christia-  
ne imitantur.*

\* 1. Reg. 2.

vt omnibus vitæ tuæ diebus ac noctibus à conspectu Domini nō recedas. Ego promisi, tu exsequere. Dominus sibi hostiæ suę munus implebit. Hęc & alia pia mater, quæ postquam congruentem filiorum vidit affectum, abiactatum suum vberibus gratiæ spiritualis in replum Domini deducens conuersa ad preces: \* Confirmatum est, inquit, cor meum in Domino. Dilatarum est os meum super inimicos meos, lector in salutari tuo: quoniã non est sanctus alius quomodo Dominus, & non est iustus quomodo Deus noster, & non est sanctus præter te. Ista igitur ad filios mater dicit, quæ simul & viduitatis in se, & integritatis in liberis titulos in domū suam intulit quasi quosdam femineos principatus. Egregia sane femina, quę sibi nihil reliquit, totum quod habuit, Deo obtulit. Cuius vita institutio disciplinæ est, & quædam formula castitatis proposito, & meliore magisterio. Exemplū enim viduitatis, & virginitatis magisterium est. Procedit in Ecclesiam filiarum virginum septa comitatu, domesticum decus inuehens, & inuenit in Ecclesia quod suum dicat, filium sacrarum lectionum oracula personantem, vt videantur sibi sorores domi discere, cum frater auditur. Mater quoque ad imitationem cœlestis exempli gaudet se proficere de filio, & omnia legentis verba pio mandata affectu & sedulo corde conseruat. Sed quamuis nil maternis defuerit horrationibus, ego quoque vos filię vel paucis alloquar: Querite Dominum Iesum qui nos monet vt \* quæramus regnum Dei, & ecce omnia, inquit, suppetent vobis. Sed malo ego vos ante meritum deferre & sic exigere mercedem. bona merces, sed diuinior dispensator mercedis, & auctor muneris. In regno merces, in Christo remunerandi potestas. Tom. 1. in exhortatione ad virgines.

*Occupationes  
eorū qui Deo  
consecrati sūt*

\* Matth. 5.

*Graue crimen  
est vouere &  
non reddere.*

\* Eccles. 5.

Baptismum Ioannis vnde est, de cœlo au ex hominibus? Quam grauius vincula, promittere Deo, & non soluere. \* Melius est, inquit, non vouere, quam vouere & non reddere. Maior est contractus fidei, quam

quàm pecunia. Redde promissum dum in hoc corpore es, prius quàm veniat exactor, & mittat te in carcerem. \* Amen dico tibi, non exies inde, donec \* *Matth. 5.* reddas nouissimum quadrantem. *Tom. 5. lib. 9. Comment. in cap. 20. Luca.*

V. Castitatem Deo vouere, consilij atque supererogationis esse opus.

**B**Ene Apostolus dixit: \* De virginibus autē præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Etenim præceptum in subditos fertur, consilium amicis datur. Vbi præceptum est, ibi lex est: vbi consilium, ibi gratia est. Præceptum vt ad naturam reuocet, consilium vt ad gratiam prouocet. Et ideo lex Iudæis lata est, gratia autem electioribus reseruata est. Lex vt à naturæ finibus culpæ studio demeantes, ad naturæ obseruantiam pœnæ terrore reuocaret: Gratia autem vt electos tum studio bonorum, tum propositis etiam præmijs prouocaret. Et vt intelligas distantiam præcepti atque consilij, illum recorderis cui in \* Euangelio ante præscribitur, ne homicidium faciat, ne adulteriũ admittat, ne falsum testimonium dicat. Præceptum etenim ibi est, vbi est pœna peccati. At vero cum se præcepta legis memorasset implese, consilium ei datur vt vendat omnia, & sequatur Dominum. Hęc enim non præcepto imperantur, sed pro consilio deferuntur. Duplex namque forma mādati est, vna præceptiua, altera voluntaria. Vnde & Dominus in alia dicit: Non occides, vbi præcipit. In alia: Si vis perfectus esse, vende omnia tua. Ergo hic liber est à præcepto, cuius deseruit arbitrio. Itaque qui præceptũ impleuerint, possunt dicere: \* Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Hoc virgo non dicit. Non dicit ille, qui bona sua vendidit, sed quasi reposita expectat præmia, sicut sanctus Apostolus ait: \* Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, Quid ergo nobis erit? Non enim quasi inutilis seruus, quod debuit fa-

\* 1. Cor. 7.

*Distantia præcepti et consilij*  
\* *Matth. 19.*

\* *Luca 17.*

*Vouere virgin-*  
*nitatē, et pau-*  
*peratē consilij*  
*et supereroga-*  
*tionis opus est.*  
\* *Matth. 19.*

cere fecisse se dixit, sed quasi utilis Domino, qui commissa sibi talenta quæstus multiplicauit vsuris, mercedem fidei atque virtutis, bene sibi conscius meritorum quæ securus expectat. Et ideo ei cum ceteris dicitur: Vos qui securi estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & ipsi super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israël. At vero illi qui talenta seruauerunt, & si præmia, minora tamen præmia pollicetur, dicens: \* Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Fides igitur ex debito, misericordia in præmio. Qui bene credit, ut ei credatur emeruit. Qui bene contulit, quoniam suum non quæstuit, quod cæleste est impetrauit. Ideo ergo præceptum non datur, consilium datur. Tom. I. Lib. de Viduis.

\* Matth. 25.

*VI. Cælibatus & castitatis seruanda atque  
uouenda, Ambrosium sedulum esse  
se suasorem.*

**D**icet aliquis: Tu nobis quotidie virginum canis laudes: quid faciam qui eadem quotidie cantito & proficio nihil? Sed non mea culpa. Denique de Placentino sacrandæ virginis ueniunt, de Bononiensi ueniunt, de Mauritania ueniunt, ut hic uentur, magnam rem uideris: hic tracto & alibi persuadear. Si ita est, alibi tractemus, ut uobis persuadamus. Quid? quod etiã qui me non audiunt sequuntur, qui audiunt non sequuntur? Nam plerasque uirgines cognoui uelle, & prohiberi etiã prodire à matribus, & quod est grauius, uisus, cum quibus mihi hic sermo est. Nempe si hominem amarent filia uelut, per legem possent eligere quem uellent. Quibus igitur hominem eligere licet, Deum non licet? Conuertimini quàm dulcis pudicitia fructus sit, qui Barbaricis quoque inoleuit affectibus. Ex ultimis infra ultraque Mauritanie partibus deductæ uirgines hic sacrari gestiunt, & cum sint omnes familiae in uinculis, pudicitia tamen nescit esse captiua. Profitetur regnum

*Ambrosi<sup>o</sup> quod  
indie canit uir  
ginum laudes.  
Virgines magno  
numero Bononia,  
Placentia, & ex  
ultimis partibus  
Mauritania  
Mediolanum  
confluunt ut à  
B. Ambrosio  
sacrum uelamen  
accipiunt.*

regnum æternitatis, quæ moeret iniuriam seruitutis. Nam quid de Bononiensibus virginibus loquar, sæcundo pudoris agmine, quæ mundanis se delictijs abdicantes sacrarium virginitatis incolunt sine contubernali sexu, contubernali pudore prouectæ ad vicenarium numerum, & centenarium fructum, relictoque parentum hospitio tendunt in tabernaculis Christi indefessæ milites castitatis? Nunc canticis spiritualibus personant, nunc victum operibus exercent. Liberalitatis quoque subsidium manum quærunt. Quod si inuestigandæ virginitatis inoleuerit odor, (namque præ ceteris speculandi venatum pudoris explorant,) totis curarum veltigijs prædam latentem vsque ad ipsa cubilia persequuntur: aut si liberior alicuius volatus affulserit, totis omnes videas assurgere alis, cõcrepare pennis, emicare plausu, vt casto pudicitiaë choro cingant volantẽ, donec albenti delectata comitatu in plagas pudoris & indaginem castitatis, domus patriæque oblita, succedat. Bonum itaque si virgini studia parètum quasi flabra pudoris aspirent. Sed illud gloriosius, si tenere ignis ætatis, etiam sine veteribus nutrimentis spõre se rapiat in fomitem castitatis. Dotem negabunt parètès: sed habes diuitem sponsum, cuius contenta thesauro patriæ successions emolumenta non quæras. Quanto dotalibus præstat compendijs causta paupertas: & tamen quã audistis aliquando propter studium integritatis legitimæ factam successions extorrem? Contradicunt parentes. Sed volunt vinci. Resistit primo, qui credere timent. Indignantur frequenter, vt discas vincere: abdicationem minantur vt tentet, si potes damna seculi non timere. Quæ sitis blandiuntur illecebris, vt videant si variarum mollire te nõ queat blanditia voluptatum. Exerces virgo dum coges. Et hæc tibi prima certamina, anxia parentum vota proponunt. Vince prius puella pietatem. Si vincis domum, vincis & seculum. Sed esto, maneant vos damna patrimonij. Nonne cadauca

*Virgines Deo  
consecrate di-  
uitem habent  
sponsum.*

*Prima certam  
mina virginum.*



caducarum & fragilium dispendium facultatum, futura cœlestibus credimus, \* nemo est qui reliquerit domum aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat septies tantum in hoc tempore, in seculo autem venturo vitam æternam possidebit. Crede fidem tuam Deo, quæ hominibus pecuniam credis, fœnerare Christo. Bonus depositæ spei custos, multiplicatis fidei tuæ talætum soluit vsuis. Non fallit veritas, non circumscribit iustitia, non decipit virtus. *Tom. 1. lib. 1. de Virginibus.*

Accusati sumus, & nisi fallor, acculatores nostri plerique de vobis sunt. Horum ego affectus redarguere malo, quàm personas proderè. Criminis autem inuidia hæc est, quia suadeo castitatem. Qui hoc non libenter accipit, ipse se prodit. Virginitatem, inquit, doces, & persuades plurimis. Vtinã cõuinceret, vtinam tanti criminis probaretur effectus. Non vereretur inuidiam, si efficaciam recognoscerem. Atque vtinam me exemplis potius argueretis quàm sermonibus cæderetis. Sed vereor ne præuicariatores mihi apposuisse videar, qui me alienis commendent laudibus. Inicitatas, inquit, sacris mysterijs, & consecratas integritati puellas nubere prohibes. Vtinam potuissem reuocare nupturas. *Tom. 1. lib. 3. de Virginibus.*

V II. Voto castitatis obstrictos, si matrimonium contrahant, in salutis suæ extremo discrimine versari.

*Illicitas nuptias prohibet Ambrosius exemplo Ioannis Baptistæ.*

QVo in negotio etiam nos vocamur in culpam. Quam tandem? Quia nuptias prohibuimus illicitas. Vocent ergo in eandem culpam etiam Ioannem Baptistam. Et cum aliud nihil forte et habeamus quod probetur in nobis, hoc solum condemnetur in nobis, quod probatũ est in Propheta. An erubescendum protulimus auctorem? Quam vero causam aliam habuit ille martyrij, repetitè animo. Causa illius passionis certe hæc fuit: \* Non licet, inquit, tibi

\* *Matth. 14.*

causa

*Virginitatem docet & persuadet plurimis Ambrosius.*

*Puellis integritati consecratis non licet nubere.*

eam vxorem habere. Si hoc de vxore hominis, quanto magis de virgine cōsecrata? Si hoc dictum est re-  
 gi, quanto magis dicendum est priuatis? Gratias itaque diuinitati quòd hīc nullus Herodes, atque vti-  
 nam nulla Herodias. Non licuit ergo pro virginitate sermonem dicere? Et cur scriptum est: \*Iudicate pupillo, & iustificare viduam? Et cur scriptum est: \*Patris orphanorum & iudicis viduarum? Ergo castimonie & integritati deditas deseremus, aut etiam condemnabimus? At certe ipsi gentilibus inter aras & focos venerabilis solet esse virginitas, & in quibus nulla meritorum est pietas, nulla mentis integritas, in ijs tamen carnis virginitas predicatur. A prophanis igitur cæremonijs virgines nemo prohibebit, ab Ecclesia Dei virginitas arcebitur? Illic coguntur quod non docentur, hīc interdicitur quod non licet non doceri. Illic præmijs reuocantur à nuptijs, hīc ad nuptias coarctabuntur iniurijs? Illic violentia fit vt capiantur, hīc fiet violentia ne profiteantur? Et potest esse patientia Sacerdotum, vt non vel morte oblata, si ita necesse est, virginitatis sacrificium vindicetur? *Tom. 1. lib. 3. de Virginibus.*

Si Herodi non licuit habere vxorem fratris, nunquā licet virginitatem hominibus sponsam Dei.

\*Psal. 81.  
 \*Psal. 67.

*Virginitas etia gentilibus est venerabilis.*

Non es memorata diei sanctæ dominicæ resurrectionis, in quo diuino altari te obtulisti velandam? In tanto itaque solemnī conuentu Ecclesiæ Dei, inter lumina illa splendida, inter candidatos regni celestis quasi regina regi nuptura processeras. Non es memorata qualis allocutio facta est illa die ad te: \*Aspice filia & intuerē, & obliuiscere populum tuū & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum, quia ipse est Dominus Deus tuus? Aspice ergo quantus ad sponsi tui & Domini nuptias conuenerit populus. Seruare te oportuit fidem quam sub tantis testibus pollicita es, semper cogitare cui virginitatem sponsonderis. Facilius te oportuit sanguinē cum spiritu fundere, quàm perdere castitatem tuam. His tunc in illo die cōsecrationis tui dictis, & multis supra castitatem tuam præconijs, sacro velamine tecta

\*Psal. 44.

*Virginitas semper cogitandū est cui se deuouit.*

es,

es, vbi omnis populus dotem tuam subscribens, non a tramento sed spiritu, pariter clamauit, amen. Vincor lacrymis cum hæc recordor, compungor stimulis cum hæc exempla considero. Nam si inter decem testes confectis sponsalijs, nuptijs cõsummatis, quæuis viro fæmina coniuncta mortali non sine magno periculo perpetrat a luterium, quid putes fore si inter innumerabiles testes Ecclesiæ, coram Angelis, exercitibus cœli facta copula spiritalis per adulterium soluitur? Nescio an possit ei digna mors aut pœna cogitari. Dicit aliquis: \* Melius est ergo nubere

\* 1. Cor. 7.

quàm vri. Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam. Ceterum quæ se sponspondit Christo & sanctum velamen accepit, iam nuplit, iam immortali iuncta est viro. Et iam si voluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, a tali iuncta est cilla mortis efficitur. Si hoc ita est, quid de illa dicendum est quæ occulta & furtiua turpitudine constupratur, & fingit se esse quod non est? Habitu virgo, facto nõ virgo. Bis adultera, & in actu, & in aspectu. *Tom. 1. lib. ad virginem lapsam, Cap. 5.*

### V III. Obiecta contra continentiam quomodo refellat Ambrosius.

**N**onnullos dixisse audiui quod perijt mundus, defecit genus hominum, coniugia labefacta sunt. Quæro quis tandem quæsiuit vxorem, qui non inuenerit? Quando fuerint bella pro virgine? Quis vmquam pro virgine sit peremptus? De coniugijs autem ista nascuntur, vt perimatur adulter vxoris, raptor prælijs appetatur. Ita reipublicæ semper damno fuerunt. Pro virgine sacra nemo damnatus est, quia castitatem non pœna cohibet, sed religio auget, fidesque conseruat. Si quis igitur putat cõsecratione virginum minui genus humanum, consideret quia vbi pauca virgines, ibi etiam pauciores homines, vbi virginitalis studia crebriora, ibi numerum quoque hominum esse maiorem. Discite quantas

Alexan-

*Gravius peccant qui Christo datam fidem fallunt, quam qui alioqui adulterium committunt.*

*Virgo quæ sacrum velamen accepit immortali iuncta est viro. Et si nubere voluerit adulterium perpetrat.*

*vbi studia virginitalis crebriora sibi numerus hominum maior est.*

Alexandrina, totiusque Orientis & Africana Ecclesia quotannis sacrare consueverint. Pauciores hinc homines prodeunt, quam illic virgines consecrantur. Ex ipsius igitur orbis terrarum vsu non inutilis virginitas existimatur, præsertim cum per virginem salus venerit orbem fecundatura Romanum. Quod si quis hoc prohibet, prohibeat igitur pudicas vxores degere, quia frequentius possunt parere incontinentes. Nulla peregrinanti marito fidem seruet, ne damnum faciat proles futura, & partus frequentioris amittat etatē. Sed difficilior fit via adoleſcētibus ad nuptias impetrandas. Quid si forte cōmodior? Quæro enim cū his aliquem habere tractatū, qui arcendæ virginitatis sententiā gerunt. Itaq; qui sunt isti, discutere debemus, vtrū qui vxores habēt, an qui nō habēt. Si qui habent, timere nō debent: vxores eorū iam virgines esse nō possunt. Si qui non habent, non sibi iniuriam faciant, quod eius tantum nuptias sperauerint, quæ nuptura non esset. An fortasse patres pro filiarū coniunctione solliciti, moleste ferunt virgines consecrari? Nec hi quod vereantur habent, si sequantur consilium. Inter paucas suæ citius eligentur. Aiunt etiam plerique maturioris ætatis virgines esse velandas. Neque ego abnuo, sacerdotalis esse cautionis debere, vt non temere puella veletur. Spectet plane, spectet ætatem Sacerdos, sed fidei vel pudoris. Spectet & maturitatem verecundiæ, examinet grauitatis caniciem, morum senectam, pudicitia: annos, animos castitatis. Tum deinde si matris tuta custodia, comitum sobria sedulitas, si hæc præsto sunt, non deest virgini longæua canicies. Si hæc desunt, differatur puella moribus quam annis adoleſcentior. Non ergo ætas rejicitur florentior, sed animus examinatur. Et certe Theclam nō senectus sed virtus probauit. Et hinc quid plura contexam, cū omnis ætas habilis Deo, perfecta fit Christo? Denique non virtutem ætatis appendicem dicimus, sed virtutis etatem. Nec mirere in adoleſcentulis

An consecratione virginū adoleſcentibus difficilior fiat ad impetrandas nuptias via.

Aiunt quidam etiā maturioris tantū ætatis virgines velandas esse.

Maior ratio habēda est maturitatis morū quā ætatis.

Thecla admodū adoleſcentula virginitatē professu est.

\* Psal. 8.

tulis professionem, cum legeris in paruulis passionem. Scriptum est enim: \* Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Tom. 1. lib. 3. de *Virginitate*.

IX. *Hæreticum esse dogma negare Mariam Deiparam in virginitate ad extremum vitam spiritum perseuerasse.*

\* *Beatam Mariam, virginem perseuerasse negarunt Cerinthus, Ebion, Valentinus, Theodotus Byzantius, Iovinianus, Heluidius, & in uersum oēs Heluidij discipuli, quos Heluidij nocte prætermissi, Antidiscorianitas veteres dixerunt, quem admodum testantur Epiphanius hæres. 28. & 78. Hieronymus contra Heluidium, Augustinus de hæresibus ad Quoduulideum hæres. 56. 82. & Damascenus lib. de hæresibus.*

\* Ioan. 2.

\* Matth. 1.

\* Ibidem 12.

\* Galat. 4.

*Eua mulier dicitur prius, quam Adâ eam cognouisset.*

ET tamen cum omnes ad cultum virginitatis, sanctę Marię aduocentur exemplo, fuerunt \* qui negarent eam virginem perseuerasse. Hoc tantum sacrilegium silere iam dudum maluimus, sed quia causa vocauit in medium, ita ut eius prolapsionis etiam Episcopus argueretur, indemnatum non putauimus relinquendum: & maxime quia & mulierem eam legimus, sicut in Cana Galilęe ipse Dominus dicenti sibi: \* Vinum non habent sili, respondit: Quid mihi & tibi est mulier? Et alibi legimus quod dixerit Matthæus de Ioseph & Maria: \* Inuenta est antequam conuenirent, in utero habens de spiritu sancto. Et infra: Non cognouit eam donec peperit.

Et iterum de Ioseph: Noluit eam traducere. \* Et fratres Domini videntur significare quod de Maria suscepti sint. Et Apostolus ait: \* Postquam venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Quę singula notanda nobis sunt, ut qui illa legit, sermonis huiusmodi vinculo non alligetur. Respondeamus itaque suo ordine. De mulieris nomine quid mouemur? Ad sexum retulit: non enim corruptelę sed sexus vocabulum est. Vulgi vsus non præiudicat veritati. Denique virginitas primum hoc nomen accepit. Nam cum sumisset Deus vnā de costis Adę, & suppleuisset carnē in locum ipsius: Aedificauit, inquit, eam in mulierem. Vtique adhuc virum non cognouerat, & iam mulier

lier vocabatur. Rationē quoque nominis huius Scri-  
ptura non tacuit, dicens: Quia dixit Adam: \* Os de \* *Gen. 2.*  
ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur  
mulier, quoniam de viro suo sumta est. Quia sumta  
est, inquit, de viro suo, non quia virum experta. Ita-  
que quamdiu in paradiso fuit, mulier vocata est, &  
cognita viro non erat. Vbi autem eiecta est de para-  
diso, tunc legitur, \* quia Adam cognouit Eam mu- \* *Gen. 4.*  
lierem suam, & tunc concepit & peperit filium. Pri-  
mus igitur solutus est nodus. Secunda quæstio, quia  
scriptum est: \* Antequam conuenerent, inuenta est \* *Matth. 1.*  
in vtero habens. Consuetudo autem diuine Scriptu-  
ræ est, vt causam quæ suscepta est astruat, inciden-  
tem differat. Quo soluitur etiam tertia quæstio, qua  
dictum est: Non cognouit eam donec peperit filiū.  
Quid ergo? Postea cognouit? Minime. Denique  
scriptum est: Ego sum Deus, & donec senescatis ego  
sum. Numquid igitur postquā senuerūt, quia donec  
dictū erat, Deus esse desinit? Item in Propheta Da-  
uid legimus: \* Dixit Dominus Domino meo, sede à \* *Psal. 109.*  
dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum  
pedum tuorum. Numquid subiectis populis natio-  
num, qui ante videbātur inimici, cū salutis aucto-  
rem negarent, simulacris seruirent: ad dextram Pa-  
tris Filius sedere desinit, aut in perpetuum non sede-  
bit? Quid autem præiudicat Mariæ, si cœlestis con-  
silio mysterium Ioseph non intellexit, & putauit vir-  
ginem non esse quam prægnantem videret? Resur-  
rectionem eius Angeli ignorauerunt, quod signifi-  
cant versiculi: \* Tollite portas principes vestras, &  
112.  
eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. \* *Psal. 23.*  
Quis est iste Rex gloriæ? Interrogant quasi ignorēt,  
& alij respondēt: Dominus fortis & potens, Domi-  
nus potens in prælio, ipse est Rex gloriæ. Et repeti-  
uit Propheta eosdem versiculos, & nihilominus illi  
quasi ignorantes, iterum interrogauerunt. Sic enim  
scriptum est: Tollite portas principes vestras, & ele-  
uamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.

*An dubitatio  
Ioseph quic  
quæ obsit viri  
ginitati B. Ma  
112.  
Psal. 23.  
Resurrectione  
Christi Angeli  
ignorauerunt.*

Quis est iste Rex gloriæ? Quomodo ergo homo potuit diuinum scire secretum, quod Angeli nesciebant? Et in Esaiæ libro habes: \* Quis est iste qui aduenit ex Edom, rubor vestimentorum ex Bosor? Et utique minus erat hominem resurrexisse, quam virginem parturire. Enim iam Helix precibus, \* Helixi orationibus, mortui resurrexerat, numquam autem ante, numquam postea virgo generauit. Hoc autem opinatus est quod traduceret eam quasi ream, antequam ab Angelo moneretur: postea autem quasi fidelis nec dubius, virginittatis eius seruauit oraculum.

Tom. 1. Cap. 5. institut. virginis.

\* Matth. 1. Nec illud moueat quod ait: \* Quia Ioseph accepit coniugem suam, & profectus est in Aegyptum.

Virgo desponsata coniugis nomen accepit. Cum enim initiatur coniugium, tunc coniugij nomen adsciscitur. Non enim desoratio virginittatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Denique cum iungitur puella, coniugium est, non cum virili admixtione cognoscitur.

Quod autem fuit desponsata coniugio, licet alibi plenius dixerimus, libare satis est causam cœlestis mysterij: vt ab his qui Mariam grauem vtero cernerent, non adulterium virginittatis, sed desponsatæ partus legitimus crederetur. Maluit enim Dominus aliquos de sua generatione, quam de matris pudore dubitare. Fratres autem gentis & generis, populi quoque consortio nuncupari docet Dominus ipse qui dicit: \* Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te. Paulus quoque ait: \* Optabam ego ipse anathema esse pro fratribus meis. Potuerunt autem & fratres esse ex Ioseph, non ex Maria. Quod quidem si quis diligentius prosequatur, inueniet. Nos ea persequenda non putauimus, quoniam fratrum nomen liquet pluribus esse commune. An vero Dominus Iesus eam sibi matrem eligeret, quæ virili semine aulam posset incestare cœlestem: quasi eam cui impossibile esset virginittatis pudoris seruare custodiam? Cuius exemplo ceteræ ad in-

Cur B. Maria Ioseph fuerit desponsata.

Christi qui fuerint fratres.

\* Psal. 21.

\* Rom. 9.

Exemplo B. Maria ad per-

ad integritatis studiū prouocantur, ipsa ab huiusmo-  
 di quod per se ceteris propositum foret, munere de-  
 uiaret? Et quæ esset, cui in auius quàm matri Dominus  
 meritum reponeret, præmium reseruaret? Nulli enim  
 vberiora quàm virginitati deputauit munera, sicut  
 Scriptura nos docet. Sic enim per Esaïam Dominus  
 locutus est: \* Ne dicat spado, quia ego sum lignū ari-  
 dum. Hæc dicit Dominus spadonibus: *Quicumque*  
 custodierint præcepta mea, & elegerint quæ ego vo-  
 lo, & amplectentur testamentum meum: dabo illis  
 in domo mea, & in muro meo locum nominatū me-  
 liorem filiorum & filiarum, nomen æternum dabo  
 illis, & non deficient. Alijs promittit vt non defici-  
 ant: matrem suam deficere patiebatur? Sed non de-  
 ficit Maria, non deficit virginitatis magistra, nec fi-  
 eri poterat, vt quæ Deum portauerat, portandū homi-  
 nem arbitraretur. Nec Ioseph vir iustus in hanc  
 prouisisset amentiam, vt matri Domini corporeo con-  
 cubitu misceretur. Sed tamen Maria suis, non alienis  
 moribus defendatur. Non defecit, vt dixi. Ipse testis  
 est Filius Dei, \* qui cū esset in cruce, discipulum  
 matri commendabat vt filium, discipulo eam trade-  
 bat vt matrem. Docuit hoc Ioānes, qui mystica magis  
 ser pñt. Alij enim Euangelistæ scripserunt, quod in  
 passione Domini terra cotremuit, sol refugit, per-  
 secutoribus venia postulata est. Iste dilectus Domini  
 qui è pectore eius hauserat secreta sapientiæ, & piæ  
 voluntatis arcana, ab alijs dicta præterijt, hoc dili-  
 gentius profecutus est, vt maternæ pietatis perseueran-  
 tiam suo iudicio comprobaret, quasi filius de ma-  
 tris pudore sollicitus, ne quis eam tanto conuitio tem-  
 peratæ integritatis aspergeret. Dignū quippe erat,  
 vt qui latroni veniam donabat, matrē dubio pudoris  
 absolueret. Dicit ergo ad matrē: Mulier, ecce filius  
 tuus. Dicit ad discipulum: Ecce mater tua. Ipse est  
 discipulus, cui mater cōmendabatur. Quomodo ma-  
 rito vxorē tolleret, si Maria mixta cōiugio, aut vsu  
 thori cōiugalis cognouerat? *Tom. I. Cap. 6. institut. virg.*

*per nā integritatem incita- mur.*  
*Virginitati maxima præmia constituta à Deo.*  
*\* Esa. 56.*

*\* Ioan. 19.*



- \* *Exech. 44.* Hæc, inquit, (Ezechiel) \* porta clausa erit, & non aperiatur. Bona porta Maria, quæ clausa erat, & non aperiatur. Transiit per eam Christus, sed non aperuit. Et ut doceamur, quia portam habet omnis homo per quam Christus ingreditur, \* Tollite, inquit, portas principis vestri, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Quanto magis ergo porta erat in Maria, in qua sedit Christus corporaliter, & exiuit? Est enim & porta ventris, unde ait Iob sanctus: \* Intenebrescant, inquit, stellæ noctis illius, quia non conclusit portas ventris matris meæ. Est ergo & porta ventris, sed non omnis clausa semper, verum vna sola potuit manere clausa, per quam sine dispendio claustrorum genitalium, virginis partus exiuit. Ideo ait Propheta: \* Porta hæc clausa erit, & non aperierur, & nemo transibit per eam, hoc est, nemo hominum: quoniam Dominus, inquit, Deus Israel transibit per eam. Eritque clausa, id est, & post transitum Domini erit clausa: & non aperiatur à quouam. Nec aperta est, quoniam habuit semper ianuam suam, Christus qui dixit: \* Ego sum ianua, quam nemo ab eo potuit auellere. Hæc porta ad orientem aspicebat, quoniam verum lumen effudit, quæ generauit orientem, peperitque Solem iustitiæ. Audiant ergo imprudentes, clausa, inquit, hæc porta est, quæ solum recepit Deum Israel. Si igitur de eo dictum est ad Ecclesiam: \* Quoniam confortauit seras portarum tuarum, suam portam confortare non potuit? Sed confortauit profecto, & seruauit intactam. Denique non est aperta: audiant igitur Prophetam dicentem: Non aperiatur, eritque clausa, hoc est, non aperiatur ab eo cui desponsabitur. Non licebit enim ut aperiatur per quam Dominus transibit. Et post eum, inquit, erit clausa: hoc est, non aperiet eam Ioseph: quoniam dicitur ei: \* Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim ex ea nascetur de Spiritu sancto est. Porta ergo clausa virginitas est, & hortus clausus virginitas, & fons signatus virginitas.
- \* *Iob 3.*
- \* *Exech. 44.*
- \* *Ioan. 10.*
- \* *Psal. 147.*
- \* *Matth. 1.*

ginitas. Tom. 1. cap. 8. institut. virginis. Vide plura pro defensione perpetue virginis sanctiss. Matris Christi Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 81. Tom. item 4. lib. 5. Hexaemeron, Cap. 20. Tom. 5. lib. 2. Comment. in cap. 1. Luca.

Numquid Ambrosium ô Pelagiani & Cælestinia-  
ni audebit dicere Manichæum, quod eum dicebat  
esse Iouinianus hæreticus, contra cuius impietatem  
vir iste sanctus etiam post partum permanētem vir-  
ginitatē sanctæ Mariæ defendebat? Augustinus Tom.  
7. lib. 2. ad Valerium de nuptijs & concupiscentia, Cap. 5.

Iouinianus B.  
Ambrosiu Ma-  
nichæu appel-  
lauit, quod B.  
Mariâ virgine  
nē perseverasse  
diceret.

## CAPVT SEPTIMVM De Cœlibatu Sacerdotum.

### I. Clericos, præsertim Diaconos, Sacerdotes & Episcopos Ambrosij seculo cœ- libes exstitisse.

**I**psum diuum Ambrosium felicem quandam hominem se-  
cundum seculum opinabar, quem sic tantæ potestates ho-  
norarent, cœlibatus tantum eius mihi laboriosus videba-  
tur, quid autem ille spei gereret, & aduersus ipsius excellen-  
tia tentamenta quid luctaminis haberet, quid de solaminis in  
aduersis, & occultum os eius, quod erat in corde eius, quàm  
sapida gaudia de pane tuo ruminaret, nec coniungere noueram,  
nec expertus eram, nec ille sciebat astus meos, nec foueam pe-  
riculi mei. Augustinus Tom. 1. lib. 6. Confessionum, Cap. 3.

Augustino la-  
boriosus vide-  
tur Ambrosij  
cœlibatus.

Quòd si euāgelio Domini etiam populus ipse ad  
despiciētiam opum informatus atque institutus est,  
quanto magis vos Leuitas oportet terrenis non te-  
neri cupiditatibus, quorum Deus portio est? Nam  
cùm diuideretur à Moyse possessio terrena patrum  
populo, excepit Leuitas Dominus à terrenæ posses-  
sionis consortio, quòd ipse illis esset funiculus hæredita-  
tis meę. Vnde ait Dauid: \* Dominus pars heredita-  
tis meę & calicis mei, tu es qui restitues hereditatem  
meam mihi. Denique sic appellatur Leuita, ipse me-

Ministros Eco-  
clesiæ nō oportet  
teneri cupi-  
ditatibus ter-  
ranis.

\* Plal. 15.

us, vel ipse pro me. Magnum ergo munus eius, vt de  
 co Dominus dicat, ipse meus. Vel quemadmodum  
 Petro dixi de state. e in ore piscis reperto: \*Dabis eis  
 pro me & pro te. Vide & Apostolus \* cùm Episcopū  
 dixisset debere esse sobrium, pudicum, ornatum, ho-  
 spitem, docibilem, non auarum, nō litigiosum, do-  
 mui suæ bene præpositum: addidit, Diaconos simi-  
 liter oportet esse graues, non bilingues, non multo  
 vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes  
 mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem pro-  
 bentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes.  
 Aduertimus, quanta in nobis requirantur.  
 Vt abstinens sit à vino minister Domini, vt testimo-  
 nio bono fulciatur, nō solum fidelium, sed etiam ab  
 his qui foris sunt. Deceat enim actuum operumque  
 nostrorum testem esse publicam existimationem &  
 attestationem, ne derogetur muneri: vt qui videt  
 ministrum altaris congruis ornatu virtutibus, au-  
 ctorem prædicet, & dominum veneremur, qui tales  
 seruulos habeat. Laus enim domini, vbi munda pos-  
 sessio, & innocens familiaris disciplina. De castimonia  
 autem quid loquar, quando vna tantum, nec repeti-  
 ta permittitur copula? Et in ipso ergo coniugio lex est,  
 non iterare coniugium, nec secundæ coniugis sorti-  
 ri coniunctionem. Quod plerisque mirum videtur,  
 eum etiam ante baptismum iterati coniugij ad ele-  
 ctionem muneris & ordinationis prærogatiuam im-  
 pedimenta generentur, cùm etiam debita obesse non  
 soleat, si lauari remissa fuerint sacramento. Sed in-  
 telligere debemus, quia in baptismo culpa dimitti  
 potest, lex aboleri non potest. In coniugio non cul-  
 pa sed lex est. Quod culpa est igitur, in baptismate  
 relaxatur: quod legis est, in coniugio non soluitur.  
 Quomodo autem potest hortator esse viduitatis,  
 qui ipse coniugia frequerit? Inoffensum autem  
 exhibendum & immaculatum ministerium, nec vl-  
 lo coniugali coitu violandum cognoscitis, qui inte-  
 gro corpore, incorrupto pudore, alieni etiã ab ipso  
 confor-

*Multa à Chri-  
 sti ministro  
 Paulus requi-  
 rit.*

*Dignus non  
 debet admitti  
 ad sacros or-  
 dines.*

Cap. VI  
 Confessio e  
 his Quod e  
 nichil loci  
 dicitur in  
 veteri det  
 vitiu  
 populus  
 um par  
 \* Et la  
 uantia  
 vitiu  
 pus  
 ne ab  
 acceder  
 te corp  
 ministr  
 Opo  
 mine et  
 tracon  
 vritis  
 sibi d  
 Hæc  
 magi  
 endos  
 rum p  
 ugi  
 ugal  
 que ite  
 muter  
 rons  
 con  
 vni  
 quò  
 imp  
 laun  
 pus  
 rit, re  
 ur si

confortio cōiugali, sacri ministerij gratiam recep-  
 stis. Quod eo non præterij, quia in plerisque abdi-  
 toribus locis cū ministerium gerent, vel etiam  
 sacerdotium, filios susceperunt, & id tamquam vsu  
 veteri defendunt, quando per intervalla dierum sa-  
 crificium deferebatur, & tamen castificabatur etiam  
 populus per biddum aut per triduum, vt ad sacrifici-  
 um purus accederet, vt in veteri testamēto legimus:

\* Et lauabat vestimenta sua. Si in figura tanta obser-  
 uantia, quāta in veritate? Disce Sacerdos atque Le-  
 uita, quid sit lauare vestimenta tua, vt mundum cor-  
 pus celebrandis exhibeas sacramentis. Si populus sine  
 ablutione vestimentorum suorum prohibebatur  
 accedere ad hostiam suam, tu illotus mente pariter  
 & corpore, audes pro alijs supplicare, audes pro alijs  
 ministrare: *Tom. 1. lib. 1. Offic. Cap. 50.*

Oportet, inquit Apostolus, \* Episcopum sine cri-  
 mine esse sicut Dei dispensatorē, non superbum, non  
 iracundum, non vinolentum, non percussorem, non  
 turpis lucri cupidum. Nam quomodo conueniunt  
 sibi dispensantis misericordia, & cupientis auaritia?  
 Hæc posui quæ cauenda acceperim. Virtutū autem  
 magister Apostolus est, qui cum patientia redargu-  
 endos \* doceat contradicentes, qui vnus vxoris vi-  
 rum præcipiat esse: non quo exsortē excludat con-  
 iugij, nam hoc supra legem præcepti est: sed vt con-  
 iugali castimonia seruet ablutionis sue gratiam. Ne-  
 que iterum vt filios in sacerdotio creare Apostolica  
 inuiteret auctoritate. Habentem enim dixit filios,  
 non facientem, neque coniugium iterare. Quod id-  
 eo non prætermisit, quia plerique ita argumentantur,  
 vnus vxoris virum dici post baptismum habitæ, eo  
 quod baptismo vitium sit ablutum, quo aserebatur  
 impedimentum. Et vitia quidem atque peccata dil-  
 luuntur omnia, vt si quis contaminauerit suum cor-  
 pus cum plurimis, quas nulla lege coniugij sociauerit,  
 remittantur ei omnia: sed coniugij nō reuoluntur  
 si quis iterauerit. Culpa enim lau. cro nō lex sol-

*An exēplo Sa-  
 cerdotum ve-  
 teris legis ex-  
 cusari possint  
 nostri qui p. 20  
 creandis libera-  
 ris operē dāt.*

\* Exod. 19.

\* Ad Titum 1.

\* 1. Tim. 3.

*Paull' Sacer-  
 dotes ab vsu  
 matrimōij  
 excludit.*

uitur. Nulla enim culpa coniugij, sed lex est. Quod legis est igitur, non remittitur quasi culpa, sed tenetur quasi lex. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 82.

11. *Qua de causa Episcopos & reliquos Presbyteros atque Diaconos cælibes esse deceat.*

*Cur Sacerdos* **D**iacones sint vnus vxoris viri, filios bene regentes, & domos proprias. ] Veteribus idcirco concessum est Leuitis & Sacerdotibus vxores ad vsum habere: quia multum tempus otio vacabant à ministerio aut sacerdotio. Multitudo enim erat Sacerdotum, & magna copia Leuitarum, & vnusquisque certo tempore seruebat diuinis cæremonijs secundum institutum Dauid. Hic enim viginti & quatuor classes constituit Sacerdotum, vt vicibus deseruerent. Vnde Abia octauam classem habuit, cuius vice Zachariasungebatur sacerdotio, sicut continetur in Paralipomenon, ita vt tempore quo nō illos continebat deseruire altari, domorum suarum agerent curam. At vbi autem tempus imminebat ministerij, purificati aliquantis diebus accedebāt ad templum offerre Deo. Nunc autem septē Diaconos esse oportet, aliquantos Presbyteros, vt bini sint per Ecclesias, & vnus in ciuitate Episcopus, ac per hoc omnes à conuentu fœminę abstinere debere, quia necesse est eos quotidie præsto esse in Ecclesia, nec habere dilationem vt post conuentum legitime purificentur sicut veteres. Omni enim hebdomada offerendum est, etiam si non quotidie peregrinis, incolis tamen vel bis in hebdomada: & non desunt qui prope quotidie baptizentur ægri. Nam veteribus ideo concessum est, quia multo tempore in templo nō videbantur, sed erāt priuati. Si enim plebeis hominibus orationis causâ ad tempus abstinere se præcipit vt vacent orationi quanto magis Leuitis & Sacerdotibus, quos die noctuque pro plebe sibi commissa oportet

*tibus et Leuitis veteris testamenti permissum fuerit matrimonium. Dauid viginti & quatuor classes Sacerdotum instituit. 2. Paralip. 13.*

*Ministri noui testamenti abusu matrimonij abstinere debent, quia necesse est eos quotidie ad sacrificandū se reparatos esse*

Cap. V  
propter or  
qua a flor  
111. ill  
patem  
cete  
N  
Dom  
cum p  
ras ob  
etim  
tum  
funt  
mini  
& B  
di  
sed  
hon  
ieci  
Quis  
pali  
Nam  
num  
eade  
mor  
fa  
er  
Ta  
aut  
dic  
sic  
tan

oportet orare? Mundiores ergo esse debent ceteris, quia actores Dei sunt. *Tom. 5. cap. 3. Epist. 1. ad Timoth.*

III. Illud 1. Cor. 9. Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & ceteri Apostoli, &c. non esse de vxore intelligendum, atq; Apostolum Paullum continentia perfectioris fuisse cultorem.

NUMQUID non habemus potestatem mulieres circumducendi, sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini & Cephas? ] Ideo addidit & Cephas, quia cum primus esset inter Apostolos, non refutabat sumtus oblatos. Cephas ipse est Simon Petrus. *Mulieres quatenus pie desiderant doctrinam & cupidam virtutum sequebantur Apostolos, & ministrabant eis & seruitia, sicut & Saluatorem sunt secuta dominica Apostoli ministrantes ei de facultatibus suis. Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? ] Hoc est, habemus potestatem hoc operandi, sed nolumus. Pro accipiendi tamen operandi ait, ut honestius loqueretur. Et ut hoc firmet, exemplum subiicit, dicens: Quis militat stipendijs suis unquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem ouium, & de lacte earum non percipit? Numquid secundum hominem hæc loquor? ] Id est, numquid humanam sententiam sequor? An & lex eadem dicit? ] Concordare docuit supra dicta testimonia documentis diuinis, ut ostendat non sine causa utriusque nolle se ab illis sumtus accipere, quando tot exemplis ostendit & dandum & accipiendum esse. *Tom. 5. in cap. 9. 1. ad Corinth.**

Quid Apostolus dicat, percipite auribus. \* Volo \* 1. Cor. 7. autem omnes homines esse sicut meipsum. Et iterum dicit de non nuptis & viduis: \* Bonum est illis, si \* *ibidem.* sic maneant, sicut & ego. Volo vos imitatrices esse tanti Apostoli, ut vitam eius sequamini, qui coniu-

*Apostolo Paul* gij vinculū refugit, vt vincētus esset Christi Iesu. Non  
*lus cōiugij vin* potuisset ad tantam apostolatus sui peruenire grati-  
*culum refugit* am, si fuisset alligatus coniugij contubernio. Quōd  
*vt vincētus es* si ille qui & doctrina præstantissimus erat, & tantum  
*set Christi Iesu* Christi donum habebat, iudicauit tantum momen-  
 ti esse si abstineret ab vsu copulæ coniugalī, & ideo  
 sic mansit, ne plurimum suo munere decerperetur:  
 quōd neque orationi vacare semper liceret, neque  
 semper diuinis intendere mandatis, quem coniugij  
 cura reuocaret, vt placere vxori esset necesse: quid  
 vti que vos eligere oportet, quibus sola virginitas  
 potest libertatem dare? *Tom. 1. in exhortat. ad virgines.*

*Paulus nisi ef* Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis  
*set integer cor* si sic permaneant, sicut & ego. Non diceret, Bonum  
*pore nō diceret* est innuptis vt sint sicut & ego, nisi esset integer cor-  
*innuptis, bonū* pore. Nec diceret, Omnes homines volebam esse sicut  
*est illis si sic p* me ipsū. Si enim habuerit vxorem, & hoc dixit,  
*maneant sicut* virgines esse noluit: sed abst. Sic enim à pueritia spi-  
*& ego.* ritui seruiuit, vt huius rei studium nō haberet: quip-  
 pe cū iuuenulus anticipatus sit à gratia Dei. Post-  
 quam dixit vnumquemque proprium donum habe-  
 re à Deo, ostēdit in qua re melius est esse propensio-  
 rem, quia in eo adiuuatur quis quod videtur aui-  
 ditate mentis appetere. *Tom. 5. in cap. 7. 1. ad Corinth.*

## CAPVT OCTAVVM De Monachorum instituto.

1. *Monachorum & virginum Deo consecratarum  
 institutum esse, vitam solitariam & ab ho-  
 minum societate seclusam, et si in am-  
 plissimis etiam vrbibus ha-  
 buent, agere.*

*Ps. 44.*

**A** Vdi filia & vide, & inclina aurem tuā, & ob-  
 liuiscere populum tuū & domum patris tui:  
 quoniam cōcupiuit rex speciem tuam: quo-  
 niam

Cap. VIII. De Monachorum instituto. 395

nã ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.  
 Ipfus te deuouisti esse sponfam, deuota Deo dice- *virgo qua car-*  
 ris. Quid tibi cum hominibus secularibus, aut quem *stuitatem uouit*  
 tractatum habes cum illis? Quid vis scire cum ipsis? *sponsa est Dei.*  
 perditione quam ipsi sequuntur? Si castitatem que-  
 ris, hanc illi non habent. Si fidem quæris, quis est  
 fidelis in illis, quem tu comitaberis? Si autem Chri- *Virgines sas*  
 stum quæris, non manet in illis. Nescio quid queras, *era consuetu-*  
 quales amicitias vel quales fabulas habeas cum il- *dinem seculari*  
 lis. Deuouisti animam tuam ad destruenda omnia *rum vitare*  
 quæ sunt huius seculi. Quomodo autem quæris se- *debent.*  
 culum cui renunciasti? *\* Reuerti vis ad vomitum tu-*  
 um sicut canis, aut velut sus lota iterum in volutati- *\* 1. Pet. 2.*  
 onem, sicut scriptum est, dicente Apostolo: *\* Si que-*  
 destruxi iterum reedificabo, præuaticatorem legis *sacra.*  
 me constituo. Iterum ipse reperit dicens: *\* Quid quid* *\* Galat. 2.*  
 in seculo est, concupiscentia carnis est, & concupi- *\* 1. Ioan. 2.*  
 scentia oculorum, quod non est de Deo, sed de hoc  
 mundo est. Item alibi dicit: *\* Si quis voluerit ami-* *\* Iacob. 4.*  
 cus esse huius mundi, inimicus Dei constituetur.  
 Quid dicis deuota Deo? Quid vis hominibus place-  
 re? Quid desideras, vel quid quæris? Si Deum quæris,  
 tecum est. Si autem hominem quæris, non hoc deuoui-  
 sti. Quid sunt homines? Homines huius seculi. *\* Et se-* *\* 1. Ioan. 2.*  
 culum transit, & concupiscentia eius. Qui autem fece-  
 rit quæ scripta sunt, manet in æternum. Quid desi-  
 deras nescio. Si aurum, argentum, si vitam, si vestem  
 splendidam, hoc tibi non placuit cum Deo: hoc De- *\* Psal. 50.*  
 us non admiratur, sed cor contritum & humiliatum.  
 Quid quæris homines seculi, quos sanctus Aposto- *\* Philip. 3.*  
 lus iudicat Paullus, dicens: *\* Quorum Deus venter*  
 est & gloria in pudendis ipsorum, qui terrena sapi-  
 unt, nostra autem conuersatio in cælis est? Si ergo  
 conuersationem in cælo habemus, quæ *\* sursum sunt,* *\* Colos. 3.*  
 quærere debemus, ubi Christus est, non quæ super  
 terram. Rogo soror, qui sunt isti homines huius se-  
 culi? Fratres tuos spirituales homines non sequeris,  
 & sequeris carnales, qui si non saturentur, murmu-  
 rabunt.



\* Philip. 3.

rabunt. Misisti margaritas tuas ante porcos, qui cõculcent eas pedibus suis, & conuersi elidant te. Non audisti? \* Virate canes, virate malos operarios? Qui sunt isti? Homines huius seculi, qui non sequuntur vestigia Christi. Rogo te quid tibi demonstrant? Dic mihi, castitatem quam non habent? Quid? fidem quam non inueniunt? Doctrinã quam non sequuntur, nisi diabolicam sapientiam huius seculi? Ieiunium quod odiunt? Abstinenciam quam iudicant? Humilitatem quam opprimunt? Sobrietatẽ quam negligunt? Sinceram mentem quam non habent, nisi duplicem? Verecundiam quam proijciunt à se? Nescio autem quid vis studere cum ipsis. *Tom. 1. ad virginem deuotam, Cap. 1.*

*Non expedit virginib<sup>9</sup> Deo consecratis cũ hoĩbus secularibus viuere familiariter.*

\* 1. Ioan. 4.

Sed quid dicis? Ego autem conuerto eos ad me. Si autem ad te conuersi fuerint, non tibi expedit. Quid querit lupus cum agno? vel quid querit canis nisi panem? Quare autem rugit leo nisi pro præda? Tu te ipsam castam custodi si potes: quid vis docere, quod tu ipsa non facis? Sicut dicit Apostolus: \* Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt. Si autem ab ipsis doctrinam accipias, docebunt te quod faciunt, vel quod sequuntur, concupiscentiam, fornicationẽ, libidinem, auaritiã, fraudem, immunditiam, impudicitiam, luxuriam, ebrietatem, improbitatem, turpiloquium, stultitiam, maleficia, homicidia, iram, rixam, & omnem malitiam. Quid dicis misera, vel quid excuses? Deuouisti animam tuam vt ab ipsis hominibus recederes, nunc autem quid queris? Rogo non confunderis, quando de te illi sibi fabulas faciunt, dicentes: Ecce deuota Deo, quæ nos sequitur. Dereliquit enim viam suam, & per terminos agri sui errauit, viam habitationis suæ non inuenit: Venite præoccupemus eam & ducemus in viam nostram. Cecidisti misera \* in via lata & spatiosa quæ ducit ad mortem. *Deinde post pauca sequitur: Oculi tui obsecrati sunt nimio ardore libidinis, in quibus trabes subiacet. Aures tuæ ple-*  
næ sunt

*Virgo deuota quæ homines mundanos sequitur fabula est vulgi.*

\* Matth. 7.

næ sunt omni spurcitia virili. Pedes vero tui veloces sunt, & non sunt pigri ad ianuã foris. Vbi sanctitas? vbi verecundia? vbi sobrietas? vbi grauitas? vbi castitas? vbi modestia? vbi fides? vbi continentia? vbi pura mens? vbi sunt illa omnia pro quibus fidem tuam opposueras quam perdidisti? Melius enim fuerat te non vouisse & facere, quàm vouere, & non facere.\* Non potes duobus dominis seruire, aut Deo, aut mammonæ, sicut scriptum est: \* Cum peruerso subuerteris.\* Non potest comitti pannus vetus cum nouo. Tollit enim fortitudinem eius, & peior scissura fit. Volatilia ad sibi similia conueniunt, & \* veritas ad eos qui operantur eam reuertetur. Absit vt tu mihi soror esse dicaris, quæ cum talibus conuersaris.

*Votũ Deo factum nõ absq; graui scelere violatur.*

\* Matth. 6.

\* Psal. 17.

\* Matth. 9.

\* Eccli. 27.

*Et mox subiicit:*

Tunc reuerteris in domum tuam cum fletu, vnde exieras gaudens. Sedebis in angulo domus tuæ, lugens & contristata plorans die ac nocte, \* quærens \* *Psal. 68.* qui simul tecum contristetur, & non erit, & cõsolantes te & non inuenies. Et dabunt tibi eleemosynam quos ante oderas, & mouebũt capita sua super te dicẽtes: Ecce quæ erat deuota Deo, modo facta est vt stercora terræ, & sicut ciuitas quæ expugnatur. Vbi est castitas illius? Vbi sunt omnia illa quæ eam sequebantur? Dereliquerũt enim illam, quia castitas erat dux eorum, perdidit castitatem & fugerunt omnia illa. Modo autem quid facies misera? Vbi sunt illi quos insequeris? Redimant te si possunt. \* *Quam* \* *Matth. 16.* potes dare cõmutationem pro anima tua quã fraudasti per inobedientiam tuam, vt non audires fratres tuos vel sorores quæ tibi demonstrabant, ne te iungeres cum hominibus secularibus? Nunc autem quid faciemus tibi, vel quid dicemus quos audire noluisti? nisi vt nos ipsos plangamus super te dicentes: Parce Domine, parce. Qui forte fletũ nostrum & gemitum exaudire dignetur, vt det tibi animum conuertendi ad ipsum denuo, vt rememores peccata tua dicẽdo: \* *Quantis panibus mercenarij patris* \* *Luc. 15.* mei

mei abundant, ego autem fame pereō? Surgam itaque & vadam ad patrem meum, & dicam illi: Pater peccavi in cælum & coram te, iam non sum digna vocari filia tua, suscipe me sicut vnam ex ancillis tuis vt viuam. Quid si forte pro te occiderit vitulum sacrificatum? *Tom. 1. lib. 2. ad virginem deuotam, Cap. 2.*

Quòd si in alijs Ecclesijs tanta suppetit ordinandi Sacerdotis consideratio, quanta cura expetitur in Vercellenſi Ecclesia, vbi duo pariter exigi videntur ab Episcopo, monasterij continentia, & disciplina

*Eusebius in ciuitate postus Monachorum instituta tenet.* Ecclesiæ? Hæc enim primus in occidentis partibus diuersa inter se Eusebius sanctæ memoriæ coniunxit, vt & in ciuitate postus instituta monachorū teneret, & Ecclesiam regeret ieiunij sobrietate. Multum enim adiuuenti accedit ad Sacerdotis gratiam, si ad studium abstinentiæ, & normam integritatis iuuentutem astringat, & vesantes intra urbem abdicet vsu vrbis & cōuersatione. Hinc illi processerunt viri, Helias, \*Heliseus, Ioannes, qui pelliceis tunicis & caprinis exuuijs induti, inopes atque egentes, angustijs & doloribus afflicti, in solitudinibus errabant, inter alta & condensâ montium, in uirupium, speluncarum horrida, fouearū vadosa, quorum cōuersatione dignus orbis terrarum non erat. Hinc illi Daniel, Ananias, Azarias, Misael, qui in aula regia pascebantur, ieiunio alebantur tamquam in desertis, cibo aspero, potuque obuio. *Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 82.*

\* *Heb. 11.*

*II. Ambrosij atate virgines magno numero castitatem perpetuam vouisse, & ab eo instituto, nec precibus, nec minis, nec tormentis etiam reuocari potuisse.*

*Alex andrina totiusq; Oriens & Africana Ecclesia singula*

**S**I quis igitur putat consecratione virginum minui genus humanum, consideret quia vbi pauca virgines, ibi etiam pauciores homines: vbi virginum studiâ crebriora, ibi numerū quoque hominum esse

esse maiorem. Discite quantas Alexandrina, totius  
 que orientis, & Africana Ecclesia quotannis sacrare  
 cōsueuerint. Pauciores hīc homines prodeūt, quā  
 illie virgines consecrantur. *Tom. 1. lib. 3. de Virginibus. crare confue*

Dicitur de Ecclesia: \*Quis audiuit si parturuit ter-  
 ra vno die, & gēs nata est simul? Vno autem die ter-  
 ra non parturit, sed parit gratia. Venit pascha dies, *Ecclesia in die*

in toto orbe baptismi sacramenta celebrantur, ve-  
 lantur sacre virgines. Vno ergo die sine aliquo dolo-  
 re multos filios & filias solet Ecclesia parturire. Id-  
 eoque pulcre dicitur: Et gens nata est simul, de po-  
 pulo consecrato. *Tom. 1. in exhortatione ad virgines. \* Esa. 66.*

Memorie nostre puella dudum nobilis in seculo,  
 nunc nobilior Deo, cum vrgeretur ad nuptias a pa-  
 rentibus & propinquis, ad sacrosanctum altare con-  
 fugit. Quod enim melius virgo recurreret, quā vbi  
 sacrarium virginitatis offertur? Ne is quidem finis  
 audacia. Stabat ad aram Dei pudoris hostia, victi-  
 ma castitatis, nunc capiti dexteram Sacerdotis im-  
 ponens, precem poscens, nunc iustæ impatiens mo-  
 ræ, ac summum altari subiecta verticem. Num meli-  
 us, inquit, tu mater me quā altare velabis, quod  
 sanctificat ipsa velamina? Plus talis decet flammeus,  
 in quo caput omnium Christus consecratur. Quid  
 agitis vos propinqui? quid exquirēdis adhuc nuptijs  
 sollicitatis animus? Iam dudū prouisas habeo. Spon-  
 sum offertis? meliorem reperi. Quaslibet exaggerate  
 diuitias, iactate nobilitatem, potentiam prædicare.  
 Habeo enim cui nemo se comparet, diuitem mūdo,  
 potentem imperio, nobilem cælo. Si talem habetis,  
 non refuto optionem: si non reperitis, non prouide-  
 tis mihi, sed inuidetis. Silentibus ceteris vnus abrup-  
 tius, quid si, inquit, pater tuus viueret, innuptam te  
 manere pareretur? Tum illa maiori religione, mode-  
 ratore pietate: & ideo fortasse defecit, ne quis im-  
 pedimentum posset afferre. Quod ille responsum de  
 patre, de se oraculum, maturo sui probauit exitio.  
 Ita ceteri eadem quisque metuentes, fauere crepe-  
 runt

*Virgo nobilis  
 dū a parentio  
 bus adnuptias  
 vrgeretur, ad  
 altare consu-  
 git, vt à Sacer-  
 dote velaretur.*

*Propinquis sua-  
 dentibus nu-  
 ptias respōdes*

runt qui impedire quærebant: nec dispendium debitarum attulit virginitas facultatum, sed etiam emolumentum integritatis accepit. Habetis puellæ deuotionis præmium, parentes cauete offensionis exemplum. *Tom. I. lib. I. de Virginibus.*

*Thecla copulã fugiens contusã gale, sponsi furore bestiã de moranda obijcitur.*

*Bestia beatã Theclã violare nõ audet.*

*Virginitatem & leones admirantur.*

*Thecla B. Pauli discipula.*

*Exemplũ semperna memoria dignum.*

Beata virgines quæ tam immortalis spiratis gratia, vt horti floribus, vt templa religione, vt altaria sacerdote. Ergo sancta Maria disciplinam vitæ informet, Thecla doceat immolari, quæ copulam fugiens nuptialem, & sponsi furore damnata, naturam etiam bestiarum virginitatis veneratione mutauit. Namque parata ad feras, cum aspectus quoque declinaret virorum, ac vitalia ipsa læuo offerret leoni, fecit vt qui impudicos detulerant oculos, pudicos referrent. Cernere erat lingentem pedes bestiam, cubitare humi, muto testificantẽ sono, quod sacrum virginis corpus violare non posset. Ergo adorabat prædam suam bestia, & propria oblita naturæ, naturam induerat quã homines amiserant. Videres quædam naturæ transfusione homines feritatem indutos læuitiam imperare bestię, bestiam ex osculãtem pedes virginis docere quid homines facere deberent. Tantum habet virginitas admirationis, vt eam etiã leones mirerentur. Non in pastos cibis flexit, non citatos impetus rapuit, non stimulas ira exasperauit, non vsus decepit assuetos, non feros natura possedit. Docuerunt religionem, dum adorant Martyrem: docuerunt etiam castitatem, dum virgini nihil aliud nisi plantam exosculantur, demersis in terram oculis, tamquam verecundantibus ne mas aliquis vel bestia nudam virginem videret. Dicit aliquis: Cur exemplum attulisti Marię, quasi reperiri queat, quæ matrem Domini possit imitari? cur etiam Theclæ, quam gentium Doctor instituit? Da huiusmodi Doctorem, si discipulam requiris huiusmodi. Recens vobis exemplum profero, vt intelligatis Apostolum non vnus esse doctorem, sed omnium. Antiochiæ nuper virgo quædam fuit fugitã publici vsus aspectum,

aspectum, sed quo magis virorū euitabat aspectum, eo amplius incendebat. Pulcritudo enim audita nec visa plus desideratur, duobus stimulis cupiditatum, amoris cognitionis: dum & nihil occurrit quod minus placeat, & plus putatur esse quod placeat, quod non iudex oculus explorat, sed animus amator exoptat. Itaque sancta virgo ne diutius alerentur potiendæ spe cupiditatis, integritatem pudoris professa, sic restinxit improborū faces, vt non iam amaretur, sed produceretur. Ecce persecutio. Puella fugere nescia, certe pauida ne incideret in insidiatores pudoris, animum ad virtutem parauit: tam religiosa vt mortem non timeret, tam pudica vt expectaret.

*Virgo Antiochena nobilis castitatē profertur vt amatores à se alienet.*

Venit coronæ dies. Maxima omnium expectatio. Producitur puella, duplex professa certamen & castitatis & religionis. Sed vbi viderunt constantiam professionis, metum pudoris, paratam ad cruciatus, erubescerent ad aspectus, excogitare cœperunt,

*Callidum inuentū Satana*

quemadmodum specie castitatis religionem tollerent, vt cum id abtulissent quod erat amplius, etiam id eriperent quod reliquerant. Aut sacrificare virginem, aut lupanari prostitui iubent. Quomodo deos suos colunt, qui sic vindicant? aut quemadmodum ipsi viuunt qui ita iudicant? Hic puella, non quod de religione ambigeret, sed de pudore trepidaret, ipsa secum: Quid agimus? Hodie aut Martyr, aut virgo altera nobis inuidetur corona. Sed nec virginis notatio periculo men agnoscitur, vbi virginittatis auctor negatur. Nā quemadmodum virgo, si meretricem colas? quemadmodum admodū virgo, si adulteros diligas? quemadmodum virgo, si amorem petas? Tolerabilius est enim mentem virginem quam carnem habere. Vtrumque bonum, si liceat: si non liceat, saltem non homini castę, sed Deo sumus. \* Et Raab meretrix fuit, sed postquā Deo credidit, salutem inuenit. \* Et Iudith se, vltulo proplaceret, ornauit: quæ tamen quia hoc religione non amore faciebat, nemo eam adulteram iudicabat. Bene successit exemplum. Nam si illa quæ se

*Virgo Antiochena iubetur aut dijs sacrificare, aut lupanari ingredi*

*Virgo quid in tanto periculo constituta cogitavit.*

*\* Ios. 2. & 6. \* Iudith 6.*

commisit religioni, & pudorem seruauit & patriam: fortassis & nos seruando religionem, seruabimus etiam castitatem. Quod si Iudith pudicitia religioni præferre uoluisset, perdita patria etiam pudicitia perdidisset. Itaque talibus informata exemplis, simul animo tenens uerba Domini quibus ait: \*

\* *Matth. 10.*

Quicumque perdidit animam suam propter me, inueniet eam, fleuit, tacuit, ne eam uel loquentem adu-  
ter audiret: nec pudoris elegit iniuriam, sed Christi recusauit. Existimate utrū adulterare potuerit corpus, quæ nec uocem adulterauit? Iam dudum uerecundatur oratio mea, & quasi audire gestorum seriem criminofam atque explanare formidat. Claudi-

*Virgo Dei ad  
lupanar duci-  
tur.*

te aures uirgines, ducitur puella Dei ad lupanar: sed aperite aures uirgines Dei, Christi uirgo prostitui potest, adulterari non potest. Vbi cumque enim Dei uirgo est, Dei templum est: Nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam. Ingens petulantium concursus ad fornicem. Discite martyrum miracula sanctæ uirgines, dediscite locorum uocabula. Clauditur intus columba, strepunt accipitres foris, certat singuli quis prædam primus inuadat. At illa manibus ad cælum leuatis, quasi ad domum uenisset orationis, non ad libidinis di-

*Oratio uirginis in lupanari.*

\* *Dan. 13.*

uerforium: Christe, inquit, qui domuisti Danieli uirgini feros leones, potes etiam domare hominum feras mentes. Chaldæis rorauit ignis: Iudæis se uinda suspendit misericordia tua, non natura sua. \* Susanna ad supplicium genu fixit, & de adulteris triumphant. Aruit dextera quæ templi tui dona uolabat, nunc templum ipsum attrectatur tuum, ne patiaris incestum sacrilegi, qui non passus es furtum. Benedicatur & nunc nomen tuum, ut quæ ad adulterium ueni,

*Vir quidam  
militis specie  
terribilis in lu-  
panar irruit  
ut uirginem  
de liberet.*

uirgo discedam. Vix compleuerat precem, & ecce uir militis specie terribilis irruit. Quæma dmodum eum uirgo ut uidit, tremuit, cui populus tremens cessit? Sed non illa immemor lectionis: Et Daniel, inquit, supplicium Susannæ spectaturus aduenerat: &

quam

quam populus damnauit, vnus absoluit. Poteſt & in hoc lupi habitu ouis latere. Habet & Chriſtus milites ſuos, qui etiam legiones habet. Aut fortatte percuſſor intrauit, ne vereare anima, talis ſolet martyres facere. O virgo, fides tua te ſaluam fecit. Cui miles: Ne quaſo puaeas ſoror: Fraſter huc veni, ſaluare animam nō perdere. Serua me, vt ipſa ſerueris. Quaſi adulter ingreſſus, ſi vis martyr egrediar. Veſtimenta mutemus, conueniunt mihi tua, & mea tibi, ſed vtraque Chriſto. Tua veſtis me verum militē faciet, mea te virginem. Bene tu veſtieris, ego melius exuar, vt me perſecutor agnoſcat. Sume habitum qui abſcondat fœminam, trade qui conſecret martyrem. Induere chlamydem quæ occultet membra virginis, ſeruet pudorem. Sume pileum qui tegat crines, abſcondat ora. Solent erubere qui lupanar intrauerint. Sane cū egreſſa fueris, ne reſpicias retro, memor vxoris Loth, quæ naturam ſuam, quia impudicos licet caſtis oculis reſpexit, amiſit. Nec vereare ne quid pereat ſacrificio: Ego pro te hoſtiā Deo reddo, tu pro me militem Chriſto habens bonam militiam caſtitaſis, quæ ſtipendijs militat ſempiternis: loricam iuſtitia, quæ ſpiritali munimine corpus includat: ſcutum fidei quo vulnus repellas, galeam ſalutis. Ibi enim eſt præſidium noſtrę ſalutis, vbi Chriſtus eſt: Quoniam mulieris caput vir, virginis Chriſtus. Et inter hæc verba chlamydem exiit. Suſpectus tamen adhuc habitus, & perſecutoris & adulteri. Virgo ceruicem, chlamydem cepit miles offerre. Quæ pompa illa, quæ gratia, cū in lupanari de martyrio certarene: Additur perſonæ, miles & virgo, hoc eſt, diſſimiles inter ſe natura, ſed Dei miſeratione conſimiles, vt compleatur oraculum, \* Tūc lupi & agni ſimul paſcentur. Ecce agna & lupus non ſolū paſcuntur ſimul, ſed etiam immolantur. Quid plura? Murato habitu euolat puella de laqueo, iam non ſuis alis, vt pote quę ſpiritalibus ferebatur: & (quod nulla vquam viderūt ſecula,) egreditur de lupanari virgo,

*Mulieris caput  
vir, virginis  
Chriſtus eſt.*

*In lupanari de  
martyrio certatur.*

*\* Eſa. 65.*

*Mutato habitu  
egreditur  
puella è lupanari.*



sed Christi. At illi qui videbant oculis & non videbant corde, ceu raptores ad agnam lupi fremere ad prædam. Vnus qui erat immodestior, introiuit. Sed vbi hausit oculis rei textum: *Quid hoc, inquit, est?* Puella ingressa est, vir videtur. Ecce non fabulosa illud, cerua pro virgine, sed quod verum est, miles ex virgine. At etiam audiebam & non credideram, quod aquas Christus in vina conuertit, iam mutare cepit & sexus. Recedamus hinc dum adhuc qui fuimus sumus. Nunquid & ipse mutatus sum, qui aliud cerno quam credo? Ad lupanar veni, cerno vadimonium: & tamen mutatus egrediar, pudicus exibo, qui adulter intraui. Indicio rei, quia debebatur tanto corona victori, damnatus est pro virgine qui pro virgine comprehensus est. Ita de lupanari non solum virgo, sed etiam martyres exierunt. Fertur puella ad locum supplicij cucurrisse, certasse ambo de nece, cum ille diceret: Ego sum iussus occidi, te absoluit sententia virgo sacrata quando me tenuit. At illa clamare cepit: Non ego offero se morti te mortis vadem elegi, sed prædem pudoris optaui. Et cum viro, a quo liberata erat, de nece certas. Si pudor quaeritur, manet nexus: si sanguis exposcitur, fidei iustorẽ non desidero, habeo vnde dissoluam. In me lata est ista sententia, quæ pro me lata est. Certe si te pecuniæ fidei iustorem dedissem, & absente me iudex tuum censum sceneratori adiudicasset, eadem me sententia conuenires, meo patrimonio soluerem tuos nexus. Si recusarem, quis me indignam morte censeret? Quæto maior est capitis huius vsura? Moriar inuocens, ne moriar nocens. Nihil hic medium est, hodie aut rea ero tui sanguinis, aut martyr mei. Si cito redij, quis me audet excludere? Si moram feci, quis audet absolvere? Plus legibus debeo: rea non solum fugæ meæ, sed etiam cædis alienæ. Sufficiunt membra morti, quæ non sufficiebant iniuriæ. Est in virgine vulnere locus, qui non erat cõumelia: Ego opprobrium declinaui, nõ martyrium tibi cessi. Vestem non professionem mutauit. Quod si mihi præripis mortem nõ redemisti me, sed circumuenisti. Ca-

\* Ios. 2.

*De lupanari  
nõ solum virgo,  
sed et martires  
exierunt.  
Virgo sacrata  
quando me tenuit,  
offerit se morti  
Et cum viro, a  
quo liberata  
erat, de nece  
certas.*

ut ne quæso contendas, caue ne contradicere audeas. Noli eripere beneficium quod dedisti. Dum mihi hanc sententiam negas, illam restituis superiorem, Sententia enim sententia superiore mutatur. Si posterior me non tenet, superior tenet. Possumus uterque satisfacere sententiæ, si me prius patiaris occidi. In te non habent aliam quam exerceant penam, in virgine obnoxius pudor est. Itaque gloriofior eris, si videaris de adultera martyrem fecisse, quam de martyre adulteram reddidisse. Quid expectatis? Duo contenderunt, &ambo vicerunt. nec diuisa est corona sed addita. Ita sancti martyres inuicem sibi beneficia conferentes, altera principium martyrio dedit, alter dedit effectum. *Tom. 1. lib. 2. de Virginibus.*

Et bene procedit, ut quoniam hodie natalis est virginis, de virginibus sit loquendum, & ex prædicatione liber sumat exordium. Natalis est virginis, integritatem sequamur. Natalis est martyris, hostias immolemus. Natalis est sanctæ Agnes, mirentur viri, non desperent paruuli, stupeant nuptæ, imitentur innuptæ. Sed quid dignum ea loqui possumus, cuius ne nomen quidem est vacuum luce laudis? Fuit deuotio supra ætatem: virtus supra naturam, ut mihi videatur non hominis habuisse nomē, sed oraculum martyris, quæ indicauit quid esset futura. Habeo tamen vnde mihi subsidium comparerer. Nomen virginis titulus est pudoris. Appellabo martyrem. Prædicauit satis. Prolixa laudatio est quæ non quæritur, sed tenetur. Faceffant igitur ingenia, eloquentia conticescat. Vox vna præconiū est. Hanc senes, hanc iuuenes, hanc pueri canant. Nemō est laudabilior quàm qui ab omnibus laudari potest. Quot homines, tot præcones, qui martyrem prædicant dum loquuntur. Hæc duodecim annorum martyrium fecisse traditur. Quo deestabilior crudelitas quæ nec minusculæ pepercit ætati. Imo magna vis fidei quæ etiam ab illa testimonium inuenit ætate. Fuit ne in illo corpusculo vulnere locus? Et quæ non habuit quo

*Natalis beate Agnes.*

*B. Agne ætatis  
anno duodecim  
mo martyr facta.*

ferrum reciperet, habuit quo ferrū vinceret. At istius ætatis puellæ toruos etiam vultus parentum ferre non possunt, & acu districta solent puncta flere quasi vulnera. Hæc inter cruentas carnificum impauida manus, hæc stridentium grauibus immobilis tractibus catenarum, nunc furentis mucroni militis totum offerre corpus, mori adhuc nescia, sed parata, vel si ad aras inuita raperetur, tendere Christo inter ignes manus, atque in ipsis sacrilegis focus trophæum: Domini signare victoris nunc ferratis coila manusque ambas inferere nexibus. Sed nullus tam tenuia membra poterat nexus includere. Nouum martyrij genus. Nondum idonea pœnæ, & iam matura victoriæ, certare difficilis, facilis coronari: magisterium virtutis impleuit, quæ præiudicium vehabat ætatis. Non sic ad thalamum nupta properaret, vt ad supplicij locū, læta successu, gradu festina virgo processit, nō in torto crine caput comta, sed Christo: nō flosculis redimita, sed moribus. Flere omnes, ipsa sine steru. Mirari plerique quod tam facile vitæ suæ prodiga, quam nondum lauserat, iam quasi perfuncta donaret: Stupere vniuersi, quod iam diuinitatis testis existeret, quæ adhuc arbitra sui per ætatem esse nō posset. Effecit denique vt ei de Deo crederetur, cui de homine adhuc non crederetur: quia quod vltra naturā est, de auctore naturæ est. Quanto terrore egit carnifex vt timeretur, quantis blanditijs vt suaderet, quantorum vota vt sibi ad nuptias proueniret. At illa: Et hæc sponsi iniuria est, inquit, exspectare placituram. Qui me sibi prior elegit, accipiet: Quid percussor moraris? Pereat corpus quod amari potest oculis, quibus nolo. Stetit, orauit, ceruicem inflexit. Cerneret trepidare carnificem, quasi ipse addictus fuisset, tremere percussoris dexteram, pallere ora alieno timentis periculo, cum puella nō timeret suo. Habetis igitur in vna hostia duplex martyriū, pudoris & religioais. Et virgo permāsit, & martyrium obtinuit. *Tom. I. lib. I. de Virginitate.*

II I. Facul-

*Agne ad necem  
properat magis  
quā noua nuptia  
ad thalamum.*

*Nuptias beatæ  
Agnes mulierum  
ambiant.*

*Mori maluit  
Agne quā virginitatis  
propositum mutare.*

III. *Facultates relinquere propter Christum, consilij esse Evangelici & meriti singularis.*

**O**fficium autem omne, aut medium, aut perfectum est, quod æque Scripturarum auctoritate probare possumus. Habemus etenim in Evangelio dixisse Dominum: \* Si vis in vitam æternam venire, serua mandata Dicit ille: Quæ? Iesus autem dixit illi: Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falsum testimonium dices, Honora patrem & matrem, Et diliges proximum tuum sicut teipsum. Hæc sunt media officia, quibus aliquid deest. Denique dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea. Quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade, vende bona tua, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me. \* Et supra habes scriptum, ubi diligendos inimicos, & orandum dicit pro calumniantibus & persequentibus nos, & benedicere maledicentes. Hoc nos facere debemus, si volumus perfecti esse, sicut pater noster qui in cælo est, qui super bonos & malos solem suum iubet radios suos effundere, & pluuia & rore terras vniuersorum sine vlla discretionem pinguescere. Hoc est igitur perfectum officium quod *κερδεύματα* dixerunt Græci, quo corriguntur omnia, quæ aliquos lapsus potuerunt habere. *Tom. I. lib. I. Officiorum, Cap. II.*

*Officiū omne, aut medium, aut perfectū est.*

\* *Matth. 19.*

*Christus ijs qui perfecti esse cupiunt, cōsulit vt facultates suas omnes pauperib⁹ largiantur.*

\* *Matth. 5.*

*Officio perfectō corriguntur omnia quæ aliquos lapsus potuerunt habere.*

IIII. *Placere Deo obedientiam, qua superioribus propter Deum exhibetur.*

**S**ed & ille iter facit Domino Christianus, qui professionis suæ exhibet ei fidele seruitium, & castitatem quam promisit, custodit tam mēte quam corpore. Sunt enim plerique qui singularem vitam proponentes, singuli esse non possunt: sed quærunt sibi contubernia, atque vtinam fratrum. Inuenisti Chri-

*Ille clericus  
iter Domino  
facit, qui per  
oia obieperat  
Sacerdoti cui  
subiectus est.*

\* 2. Tim. 4.

ftianum Monachum, cui cum fratre non conuenit, & libentius ei conuenit cum sorore, qui non sequitur seniore[m] ut ilia commo[n]entem, & sequitur adolefcentulam incongrua cachinnantem: eius si sincere corpus sit, anima non potest esse sinceris. Sed & ille clericus iter Domino facit, qui secundum Euangelium uiuit, & per omnia obtemperat Sacerdoti. Aliqui enim cum sint minus subditi, moleste ferunt cum à senioribus arguantur. Dicunt, grauit[er] irascitur Episcopus, patientior esse deberet. Audi ergo optime clericice, Sacerdotis exigis patientiam, & tui non exigis disciplinam. Nescis quia mihi salutis causa arguere aliquando permillum est, tibi numquam peccare concessum est? Dicit enim *Paulus*: \* Increpa opportune, importune argue. Esto ergo in omnibus subditus Sacerdoti, si vis eum esse mansuetum. *Tom. 3 Sermone 65.*

#### V. Coniugatos nonnumquam Monachos factos.

*Paullinus vir nobilis Aquitania rediit in saccultatibus tam suis quam coniugatis, sit Monachus.*

**A**Mbrosius Sabino Episcopo. Paullinum splendore generis in partibus Aquitaniæ nulli secundum, venditis facultatibus tam suis quam coniugatis, in hos se induisse cultus ad fidem comperi, ut ea in pauperes conferat quæ redigit in pecuniam, & ipse pauper ex diuite factus tamquam deoneratus graui sarcina, domus, patriæ, cognationi quoque ualedicat, quo impèsius Deo seruiat. Elegisse secretum affirmatur Nolanæ urbis, ubi tumultum fugitans, auum exigit Matrona quoque virtuti & studio eius proxime accedit, neque à proposito viri discrepat. Denique transcriptis in aliorum iura suis prædijs, virum sequitur, & exiguo illic coniugis contenta cespite solabitur se religionis & caritatis diuitijs. Soboles eis nulla, & ideo meritum posteritas desiderata. Hæc ubi audierint proceres viri, quæ loquentur? Ex illa familia, illa profapia, illa indole, tanta præditum eloquentia migrasse à Senatu, interceptam familiæ

*Vxor Paullini idē ritū generis amplectitur.*

*Paullini & vxoris institutum homines huius seculi imitantur.*

familię nobilis successionem, ferri hoc non posse? Et cum ipsi capita & supercilia sua radant, si quādo Iſtidis ſuſcipiunt ſacra, ſi forte Chriſtianus vir attentior ſacroſanctę religioni veſtem mutauerit, indignum facinus appellāt. Equidem doleo tantā eſſe in mendacio obſeruantiã, in veritate negligentĩã vt confundantur plerique attentiores ad ſacroſanctam religionem videri, non conſiderātes vocem dicentis: \* Qui me confuſus fuerit coram hominibus, confundar & ego eum coram Patre meo qui eſt in cęlis. Sed non confuſus eſt \* Moyses, qui cum eſſet aſcitus in domum regiam, theſauris Aegypti opprobrium Chriſti præferendum putauit. \* Non confuſus eſt Dauid, qui ante arcam teſtimonij coram omni populo ſaltauit. \* Non confuſus eſt Eſaias, qui nudus & diſcalciatus ibat per populos oracula clamans cęleſtia. Quid vtique tam deforme viſibili ſpectaculo, quã hũtrionicos ſinuare geſtus, & ſceminico vſu mollire membra? Delitiarum comes & luxurię ludibrium eſt laſciua ſaltatio. Quid illud quod ipſe cecinit, dicens: \* Omnes gentes plaudite manibus? Nempe ſi corporalia conſideremus, tamquam muliebribus intermixtum choreis putamus eum concrepare manibus, & turpi ſono plaudere. Nam & de Ezechiele dictum eſt: \* Plaudite manu, & percutite pede. Sed hæc quę corporeo aſpectu ſiunt turpia, ſacroſanctę religionis contemplatione reuerēda ſunt, vt qui iſta reprehendunt, ipſi in laqueos reprehensionis animas ſuas inducant. Tom. 3 lib. Epiſt. 6. Epiſt. 36.

VI. Commemorantur caremonia quibus ſancti Patres in conſecratione ſacrarum virginum vſi fuerunt.

QVoniã quę habuimus digeſſimus ſuperiori- bus libris duobus, tempus eſt ſoror ſanctã, ea ſij in tēplo D. quę mecum conferre ſoles, beatę memorię Liberij Petri à Libera præcepta reuoluere, vt quo vir ſanctior, eo ſermo ac- rio Papa vco ſedat gratior. Namque is, cum in Saluatoris natali, lata eſt.

*Virgines votū castitatis mutatione vestis obsignant.* ad Apostolum Petrum, virginittatis professionem, vestis quoque mutatione signares (quo enim melius die quam quo virgo posteritatem acquisiuit) atque astantibus etiam puellis Dei compluribus quæ certarent inuicem de tua societate: bonas, inquit, filia nuptias desiderasti. *Tom. 1. lib. 3. de Virginibus.*

*In die resurrectionis ante altare in frequentu cætu hominum virgines solebāt relari.* Non es memorata diei sanctæ dominicæ resurrectionis, in quo diuino altari te obtulisti velandam? In tanto itaque solemnī conuentu Ecclesiæ Dei, inter lumina splendida, inter candidatos regni cœlestis quasi regina regi nuptura concesseras. Nō es memorata qualis allocutio facta est ad te illa die: \*Aspice filia & intueri, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum, quia ipse Dominus Deus tuus? Reminiscere ergo quantus ad sponsi tui & Domini nuptias conuenit populus. Seruare te oportuit fidem, quā sub tantis testibus pollicita es, semper cogitare cui virginittatem sponponderis. Facilius te oportuit sanguinem cum spiritu fundere, quā perdere castitatē tuam. His tunc in illo die consecrationis tuæ dictis, & multis supra castitatem præconijs, sacro velamine tecta es, vbi omnis populus dotem tuam subscribēs, non atramento, sed spiritu, pariter clamauit, Amen. *Tom. 1. lib. ad virg. lapsam, Cap. 5.*

*Oratio B. Ambrosij ad Deū Patrem, qua in consecratione virginis vsus videtur.* Nunc ad te decutis omnibus Pater gloriæ vota conuerto, cuius pietati incessabiles gratias agimus, quod in virginibus sacris Angelorum vitā videmus in terris, quam in paradiso quondam amiseramus. Quid enim vel ad inuitada virginum studia, confirmandamque virtutem, vel ad concelebrandam virginittatis gloriam plus cōferre potuisti, quā vt Deus ex virgine nasceretur? Amplius nobis profuit culpa, quā nocuit: in quo redemptio quidē nostra diuinum munus inuenit. Sed ipse quoque vnigenitus Filius tuus vterus in terras suscipere quod amissum est, puriorem carnis suæ generationem reperire non potuit, quā vt habitatione cœlesti aulam virginis dedi-

Cap. VIII. De Monachorum instituto. 411

dedicaret, in qua esset & immaculata castitatis sa-  
 crarium & Dei templum. Quid autem illud atrox am-  
 quod diuino tuo munere cum sanctis \* Moysē & Aa- \* *Exod. 15.*  
 ron virgo pedes per fludus duxit Hebræorum exer-  
 citum? Relinquo vetera, priuata non quæro, satis  
 est ista nobilitas familiæ virginali. Te quæso vt tue  
 aris hanc famulam tuâ, quæ tibi seruire, tibi animam  
 suam, tibi integritatis suæ studium dicare præsumsit. *Virgo sacra to-  
 tam se Deo deo  
 nouet.*  
 Quâ sacerdotali munere offero, affectu patrio com-  
 mendo, vt propitius & præsul conferas ei gratiam,  
 quo cælestium thalamorum immorantem adytis,  
 sponsum excutiat, mereatur videre, introducatur in  
 cubiculum Dei sui regis, mereatur audire dicentem  
 sibi: \* Ades huc à Libano sponsa, ades huc à Libano, \* *Cant. 4.*  
 transibis & pertransibis à principio fidei, vt transeat  
 seculum, ad illa æterna pertranséat. Intende igitur  
 Pater in tuum munus, cui sanctificando nullius con-  
 silium requisisti: sed ipse sine vlllo petitor & atque ar-  
 bitro tantam contulisti gratiam, quantam ante ora-  
 cula diuina credere nemo potuisset, vt in suo vtero  
 Deum virgo portaret. Cuius prærogatiua muneris  
 prouocata crebescunt studia virginitatis, & faciæ  
 integritatis exempla. Quibus hæc quoque famula  
 tua ad huiusmodi virtutis gratiam lacessita, tuis  
 assistit altaribus, non rutilanti cæsarie flauum defe-  
 rens crinem, flammeo nuptiali dicatum: sed illum  
 crinem quo euangelica illa mulier \* sancta Maria \* *Luc. 7.*  
 pedes Christi sedula pietate detererit, & domum to-  
 tam effuso impleuit vnguento, sacro offerens vela-  
 mine consecrandum. Adest puella quam non nupti-  
 arum festa, non præmia, non onerati pondus vteri,  
 voriuo nupturis dolore sollicitent: sed quæ imma-  
 culatos sibi fidei partus & pietatis exposcat, vt in  
 vtero accipiat de Spiritu sancto, & spiritum salutis  
 Deo scera parturiant. Sed vt ista procedere possit me-  
 ritorum gratia, tu Deus Pater omnipotens suffragia  
 commendationis adiunge. Non enim solitaria dos  
 pudoris est. Succingat sacræ virginis crinem mode-  
 stia,



\* 1. Cor. 4.

stia,, sobrietas, continētia, vt virtutum accincta comitatu, purpureo dominici sanguinis redimita velamine, \* mortificationem Domini Iesu in sua carne circumferat. Hæc sunt enim meliora velamina, quæ sunt indumenta virtutum, quibus culpa obtegatur, innocentia reuelatur. His igitur famulam tuam indue vestimentis, quæ in omni tempore munda sint.

\* Eccles. 9.

Mundum enim manet, quicquid nulla interueniens culpa fuscauerit, vt ei iure dicatur: \* Quoniã placuerunt Deo facta tua. In omni tēpore sint vestimenta sua candida, & oleum in capite non deficit, quo facies suas mysticas possit accendere: vt cūm venerit

\* Matth. 25.

sponsus, \* inter illas sapientes virgines cœlesti thalamo digna numeretur, quæ deuotionis ac fidei suæ grauitatis quæ lumine munus sacræ professionis illuminet. Tuere igitur ancillam tuam Pater caritatis & gloriæ, vt quasi in horto clauso & fonte signato teneat claustra pudicitia, signacula veritatis. Agrū suum colere nouerit, quem colebat sanctus Iacob, & sexagesimos & centesimos quoque fructus capessat in huius virtutibus & fortitudinibus agri. Suscita

\* Cant. 3.

in ea gratiam, & resuscites caritatē. \* Inueniat quem dilexit, teneat eum, nec dimittat eum donec bona illa vulnera caritatis excipiat, quæ osculis preferuntur. Semper parata, noctibus & diebus, toto spiritu mentis inuigilet, ne vniquam verbum eam inueniat dormientem. Et quoniam vult se dilectus tuus sapius quærri, vt exploret affectum recurrentem, sequatur, exeat fides, & anima eius in verbo tuo peregrinetur corpore, vt assit Deo: vigilet cor eius, caro dormiat, ne male incipiat vigilare peccatis. Tu Domine adiunge alios sacræ virginittatis ornatus. Adiunge sedulos pios cultus: vt nouerit possidere vas suum, nouerit humiliari, dilectionem teneat, veritatis murum, pudoris septū: non pineæ, velamen eius non vincant cupressi: pudicitiam eius non turtures, simplicitatem eius non vincant columbæ. Sit in corde simplicitas, in verbis modus, erga omnes pudor,

pietas

pieras erga propinquos, circa egenos & inopes mi-  
 sericordia, quod bonum est teneat, ab omni specie  
 abstineat mala: veniat super eam benedictio mori-  
 tury, & os viduæ benedicat eam. \* *Cant. 8.*  
 luum verbum tuum in corde eius, in brachio eius, &  
 in omnibus sensibus & operibus eius Christus eluce-  
 at: Christum intēdat, Christum loquatur. Aqua mul-  
 ta non possit eius excludere caritatem, \* *Rom. 8.*  
 cutio, nec gladius, nec periculum: sed confirmata in  
 omni verbo & opere bono, gloriam tuam induat, &  
 in tua gratia conuerfetur in hoc mundo. Sanctifices  
 eam in veritate, in virtute cōfimes, in caritate con-  
 nectas, atque ad illam cœlestem gloriam pudicitia  
 & integritatis coronam illibaram immaculatamque  
 diuino tuo fauore perducas: \* *Apo. 14.*  
 tur vestigia, in meridiano pascatur, in meridiano ma-  
 neat, nec in greges sodalium incidat, sed agnis tuis  
 admixta sine offensione versetur comes virginum,  
 pedisequa Mariarum. Egredere itaque tu Domine  
 Iesu in die spōsalium tuorum, suscipe iam dudum de-  
 uotam tibi sp̄ritu, nunc etiam professione, imple ag-  
 nitione voluntatis tuæ, assume ab initio in salutem  
 in sanctificatiōe sp̄ritus & fide veritatis, vt dicat fa-  
 mula tua: \* *Psal. 72.*  
 voluntate tua deduxisti me, & in gloria assumisti  
 me. \* *Psal. 144.*  
 aperui manum tuam, & imple animam eius ben-  
 edictione: vt saluam facias sperantem in te, \* & fi-  
 at vas in honorem sanctificatum, vtile Domino, ad  
 omne opus bonum probatum: per illam æternalem  
 crucem, per illam venerabilem gloriam Trinitatis.  
 Cui est honor, gloria, perpetuitas, Patri Deo & Filio  
 & Sp̄ritui sancto, à seculis nūc & semper, per omnia  
 secula seculorum, Amen. *Tom. 1. institut. virg. Cap. 17.*

*VII. Monachos apostatas, & sacras virgines à vo-  
 to continentia relapsas cum suis corruptoribus,  
 nisi penitentiam agant, in aperto salu-  
 tis discrimine versari.*

Vidi

*Exercitia Mo-  
nachorum.*

*Præpostera pœ-  
nitentia eorum  
qui vitã mona-  
sticam deseru-  
erunt.*

\* 1. Ioan. 2.

*Apostatas non  
regit Dominus.*

\* Rom. 9.

\* 1. Cor. 3.

**V**idi impium superexaltatum & eleuatum su-  
per cedros Libani: & transiui, & ecce nõ erat.]  
Considera aliquem per aliquot annos habuisse stu-  
dium probitatis, castitatis custodiam, vitæ attentio-  
ris affectum, piæ propositionis seruitutis, sedulæ ob-  
seruationis officium: subitoque eum esse mutatum,  
dissessisse de monasterio, valedixisse ieiunijs, conti-  
nentiæ renunciaisse, indulgere delitijs, studere luxu-  
riæ. Dudum de monasterijs exierunt, & nunc luxu-  
riæ sunt magistri, disseminatores incontinentiæ, in-  
centores petulantia, obrectatores pudoris. Nonne  
de his pulcre dixeris: Effusi sunt gressus eorum? quos  
bene vixisse pœnituit. Egerunt itaque noui generis  
pœnitentiam pro virtutibus, & non agunt pro delictis.  
\* Sed hi ex nobis exierunt, dicit Ioannes: sed non erant ex nobis. Si enim ex nobis fuissent, nobiscum  
perseuerassent. Hi ergo viam suam condemnauerunt,  
quibus conuenit dici: O qui dereliquistis semitas  
rectas, abeundo in vias tenebrarum, & qui letamini in  
malis, & gaudetis in euerfione mala, quorum semitæ  
prauæ, & flexuosi cursus eorum, sicut lubricus & flexu-  
osus auctor ipforum: cur odisse cepistis viam rectam,  
& iustum consiliũ deseruistis? Non vos direxit Dominus.  
Quem autẽ dirigit Dominus, viam eius cupiet sicut scri-  
ptum est: & ipsius semitis delectabitur. Vtrumque tamen  
intelligi potest. Ita est medium, quod & ipse qui à Do-  
mino dirigitur, viam Domini cupiet: quia duce ipso omnis  
leuatur labor, omnia impedimẽta remouentur, incertiua  
subminitrantur, & ipse Dominus non aspernatur, sed  
libenter accipit viam viri quem ad virtutem ipse direxerit.  
Pulcre autem viri gressus dirigi dicuntur à Domino,  
\* quia non volentis, neque currentis, sed miseretis est  
Dei, sine offensione seruare vestigium. \* Qui enim plantat  
& rigat, nihil sunt, sed qui dat incrementum Deus. Ipsi  
foli gloria virtutum iure deferuntur. Denique etiam iustus  
cedit interdum: sed si iustus est, cum ceciderit, non  
conturbabitur. Quod

con-

conditionis est, cadit: quod iustitiæ, resurgit: quoniam iustum Deus non derelinquit, sed confirmat manum eius. *Tom. 4. in enarratione psalmi 36.*

Sed ad te iterum redeo, (virginem lapsam alloquitur) quæ obliuionem tantorum passa bonorum, receptaculum tantorum malorum facta es. Quomodo tibi in actu illo ignominioso non veniebat in mentem habitus virginitatis, processus in Ecclesiam inter virgineos choros? Quomodo oculos tuos non perstringebat lux vigiliarum? Aures tuas non penetrabat hymnorum spiritalium cantus? Mentem tuam non ventilabat lectioinum celestium virtus? hinc vel maxime clamate Apostolo: \*Fugite fornicationem,

\* 1. Cor. 6.

*Fornicatio graue crimen.*

quia omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Et cum dicit, In corpus suum, tamen in Christo eum peccare demonstrat. Nam subiungit: Nam estis vestri. Emi enim estis precio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Et iterum dicit: \*Fornicatio autem & omnis immunditia nec nominetur inter vos, sicut decet sanctos. Et seposita omni adulatione sententiam figit Apostolus: Hoc, inquit, scitote intelligentes, quia omnis fornicator aut immundus, aut auarus non erit hæres in regno Dei. Hæc tanta & tam terribilia non tibi veniebat in mentem, cum ad illud opus nefarium tua membra peterentur? Sed mortifera te obliuio tamquam in gurgitem altissimum demergebat, & quasi captiuam execrabilis libido ducebat. Nonne vel illum locum tabulis separatim in quo in Ecclesia stabas recordare debuisti, ad quem religiosæ matronæ & nobiles certatim currebant, tua oscula petentes, quæ sanctiores & meliores te erant? Nonne vel illa præcepta quæ oculis tuis ipse scriptus paries ingerebat, recordari debuisti? Diuisa est mulier & virgo: quæ non est nupta, cogitat quæ Domini sunt, quomodo sit sancta corpore & spiritu. Tu autem in contrarium vertens dictum, ita cogitans, ita agens, vt nec corpore

\* Ephes. 5.

*Virgines sacra in quanto pretio fuerint Ambrosij tem*

*Virgines in fornicatione prolapsæ, nec*

corpore nec spi-  
ritu sancta  
sunt.

pore esles sancta nec spiritu: Corpore quidem for-  
nicando, spiritu autem virginitatem mentiendo.  
Proh nefas, solet fama subsequi factum, tua autem  
ad malum fama preuenit. Nam cum ante triennium  
rumor quidam & susurratio de te fuisset, tu sinceritatem  
pretendebas, vindictam de maledicis in Ec-  
clesia postulabas publice. Quos æstus ego sustinui?  
Quos pater tuus pro tua opinione sustinuit labores,  
requireres singulos, singulos astringentes, vt ad au-  
ctorem infamiae veniremus. Graue enim erat nobis  
& intolerabile de Dei virgine, vel turpe aliquid dici,  
vel credi. Ne hoc verita es, nec ante oculos habuisti,  
ne venires inimicis tuis in gaudium, & eos haberes  
inensos qui pro tua opinione laborabāt. Multum  
audax, multum temeraria, vt te conscientia tua non  
terreret, simulata virginitate, putares te etiam  
Deum posse decipere. Sed ille qui dixit: \* Nihil occultum  
quod nō reueletur, Et vos, inquit, fecistis in occulto,  
ego autē in manifesto vos faciam. Ille qui non mentitur,  
furtiuum scelus deduxit in publicum, & in conspectu  
solis huius tenebrarum velstrarū opera denudauit. O  
quicquid pretendit sermo, crudeliora occurrunt, & cupiens  
moderari non inuenit modum. Oblita es propositum,  
oblita parentes, oblita es Ecclesiam, oblita gloriam  
dignitatis tuæ, oblita honorem virginitatis, etiam  
oblita promissionem regni, oblita iudicium terribile,  
amplexa es corruptionem, protulisti fructum confusionis,  
finem vero mortem leuissimam, & interitum sempiternum.  
Tom. 1. cap. 6. lib. ad virginem lapsam.

\* Esa. 1.  
Quam grauis  
est peccet vir-  
gines Deo con-  
secratae si in  
fornicationem  
prolabantur.

Cupio prodesse, sed subuenire non possum, quia  
totum caput in dolore, & totum cor in maestitia est,  
à pedibus vsque ad caput, sicut ait Esaias: \* Non est  
malagma imponere. Infirmas tua omne humanæ  
medicinæ exclusit auxilium. Et licet tam boni quam  
mali iusta indignatione permoti, te omni depopulatione  
dignam, omni tormentorum genere discruciatam iudicent  
morte mulctandam, aut ignibus exurendam,

tentandum, Ego tamen qui scio grauiora facinorosis  
 feruari tormenta, & sine fine impias animas crucia-  
 tus manere, non temporales utique, sed æternos, ali-  
 js volo te cruciatibus affici, profuturis utique, non  
 animam perdituris. Ego secundum diuinam senten-  
 tiam dabo cõsiliũ. Solum enim & vnicum tentan-  
 dum est remedium, illud quod diuina vox per Eze-  
 chielem miseris porrigit. \* Nolo, inquit, mortẽ pec-  
 catoris, sed tantũ vt conuertatur & viuat. Et iterum:  
 Post hæc, inquit, dixi: Conuertere ad me, numquid  
 resina nõ est in Galaad, aut medicus nõ est ibi? Qua-  
 re non ascendit sanitas filiaẽ populi mei? Hęc utique  
 dicta pœnitentiam sapiunt, hæc sententię Dei vocant  
 ad pœnitentiam peccatores. Pœnitudo enim neces-  
 saria est, sicut vulneratis sunt necessaria medicami-  
 na. Sed quanta putas, & qualis necessaria pœniten-  
 tia, quæ aut æquet crimina, aut certe excedat? Vide  
 ergo si simplex hoc peccatũ adulterij est, an duplex  
 sit per illam necem quæ facta dicitur in occulto: &  
 secundum conscientiaẽ molem exhibenda est pœ-  
 nitentiaẽ magnitudo. Pœnitentia ergo non verbis  
 agenda est, sed & actu. Hęc autem sic agitur: Si tibi  
 ante oculos ponas de quanta gloria rueris, & de quo  
 libro vitæ nomen tuum deleterum sit, & si te iam cre-  
 das prope ipsas positã \* tenebras exteriores, vbi erit  
 fletus oculorum & stridor dentium sine fine. Cũ hæc  
 certa fide sicut est animo conceperis, quia necesse  
 est prauaricatricem animam tartareis pœnis & ge-  
 hennæ ignibus tradi, nec aliud remedium constitu-  
 tum esse post baptismũ quàm pœnitentiæ solatium,  
 quantumuis afflictionem, quantumuis laborem, &  
 indecorem subire, esto contenta: dummodo ab æter-  
 nalibus pœnis libereris. Ergo hæc tu tecũ cogitans,  
 & mente retractans, proprij facti tu ipsa iudex esto  
 crudelior. In primis omnis cura vitæ huius inter-  
 menda tibi est, & quasi mortuam te existimans, sic-  
 ut es, quomodo possis reuiuiscere cogita. Deinde lu-  
 gubris tibi accipienda est vestis, & mens ac membra

*Virgines la-  
psæ nõ exclus-  
duntur à pœni-  
tentia.*

*\* Ezech. 33.*

*Pœnitentiã nõ  
saria est,  
necessaria est  
peccatoribus,  
quemadmodũ  
vulneratis me-  
dicamina.*

*Virgo lapsa  
quomodo pœ-  
nitentiã agen-  
re debeat.*

*\* Matth. 8.*

singula digna castigatione puniēda. Amputentur crines, qui per vanam gloriam occasionem luxuriæ præstitulerunt. Defluāt oculi lacrymas, qui masculum simpliciter nō aspexerūt. Pallefcatur facies, quæ quondam viruit impudice. Denique totum corpus incuria maceretur, cinere aspersum & opertum cilicio perhorrescat, quia male sibi de pulcritudine placuit. \* Cor vero sit liquefcens sicut cera, ieiunij inquiritans seipsum, & cogitationibus ventilans quare sit ab inimico subuersum. Sensus etiā crucietur, quia in membra corporis cū haberet dominationem, malo cessit imperio. Talis vita, talis actio pœnitentiæ si fuerit, perseverās audebit sperare, & si non gloriam, certe pœnæ vacationem. Dicit enim Deus: \* Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Conuertimini ex toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu: dirumpite corda vestra, & non vestimentum, quoniam pius & misericors sum. \* Sic conuersus magnus ille David iustificatus est. \* Sic Ninive peccatrix illa ciuitas incumbentem sibi euasit interitum. Peccator ergo si sibi ipsi non pepercerit, à Deo illi parçitur. Et si futuras pœnas, gehennæ præcipuas in hoc paruo vitæ spatio compensauerit, seipsum ab æterno iudicio liberat. Grandi plagæ, alta & proluxa opus est medicina. Grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem. Nam non est dubium leuius esse crimen, vbi peccatum suum vltro homo confitetur & pœnitet. At vbi celans mala sua inuitus detegitur, & nolens publicatur, illud grauius scelus est, quod tibi vtiq; prouenisse negare non poteris. Et ideo fortius est dolendum, quia peccatum est fortius. Si mente cernerent homines peccatores quale iudicium imminet mundo, sensus humanus non dispergeretur vanitate seculari, si non infidelitate grauaretur. Quantumuis & qualemuis cruciatum gligior vita duceret, optarent: dummodo in illas pœnas æterni ignis non incurrerent. Sed tu quæ iam ingressa es agonem pœnitentiæ, insiste misera fortiter, inhære tamquam

\* Psal. 118.

*Post pœnitentiam virgo lapsa sperare remissionem criminum potest.*

\* Iohel. 2.

\* 2. Reg. 12.

\* Ionæ 3.

*Grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem.*

Cap. VIII. De Monachorum instituto. 419

tamquam naufragus tabulæ, sperans per ipsam te de profundo criminum liberari. Inhære pœnitentiæ usque ad extremū vitæ, nec tibi præsumas ab humano die posse veniam dari, quia decipit te qui hoc tibi polliceri voluerit. Quæ enim proptie in Dominum peccasti, ab illo solo te conuenit in die iudicij expectare remedium. Tom. 1. lib. ad virginem lapsam, Cap. 8.

De te autem filii serpentis, minister diaboli, violator templi Dei, qui vno scelere duo crimina perpetrasti, adulterium vtique & sacrilegium. Sacrilegium plane, vbi vas Christo oblatum, Domino dedicatum, dementi temeritate polluisti. \* Balthasar rex ille Perfarum, qui in vas Domini quæ de templo Hierosolymis fuerat à patre eius ablata, bibere cum suis amicis & concubinis vsurpauit, ipsa nocte Angeli manu percussus, crudeli morte punitus est. Quid de te arbitraris perditæ pariter & perditor, qui vas rationabile consecratum Christo, sanctificatum Spiritui sancto impie temerasti, polluisti sacrilege, & tui propositi immemor, & iudicij diuini contemtor? Melius enim fuerat omnino te non esse natū, quàm sic natum vt te sibi gehenna proprium filium vindicaret. Et licet ipsa conscientia sceleris te agat per diuersa præcipitem: \* (Fugit enim impius nemine persequente se,) licet de te diuæ imagines peccati dormientem quoque perterreant, non solū vigilantem: tamen ne quid à pastore etiam oui morbide vel mortuæ medicaminis denegatum sit, do cõsiliū: Petas vltro carcerem pœnitentiæ, obstringas carenis viscera, animam tuam tuam gemitibus ieiunijque disercucias, sanctorum petas auxilium, iaceas sub pedibus electorum, \* vt non per cor impœnitens thesaurizes tibi iram in die iusti iudicij Dei, qui reddet singulis secūdam opera sua. Nec te in eorum numero constituas, quos luget Paulus: \* Qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione, & libidine quæ gesserunt. Nec

Qui virgines  
sacras violat  
cõmittunt ad-  
ulterium &  
sacrilegium.  
\* Dan. 5.

\* Proverb. 28.

Quid Ambrosius facie dum  
putet corrupto  
virginis sacra.

\* Rom. 2.

\* 2. Cor. 12.



*Multitudo peccantium non facit impunitatem criminum.*

tibi de multitudine peccantium similium blandiaris & dicas: Non solus hoc ego egi, multos habeo socios: sed recogita, quia multitudo sociorum impunitatem non facit criminum. Nam Sodoma & Gommorra in totis quinque ciuitatibus innumerabiles utique habitabant populi, & omnes pariter qui libidinose corpora sua tractauerunt, igneis imbribus conflagrati sunt: solus autem Loth de illo inuitabili incendio euasit, qui ab illa turpitudine se alienum præstiterat. Exclue ergo vel nunc infelix de corde tuo blandimenta serpentis, & luctu & fletu continuo, dum in corpore tuo immundo anima illa tenebrosa versatur, remedium tibi in die necessitatis acquire, semper ante oculos tuos habens Apostoli sententiam: \* Quia omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis sui secundum quæ gessit, siue bonum siue malum. *Tom. 1. lib. ad virginem lapsam, Cap. 9.*

\* 1. Cor. 5.

\* Thren. 2.

\* Quis consoletur te virgo hlia Sion, quia magna facta est sicut mare contritio tua. Effunde sicut aquam cor tuum ante faciem Domini: Extolle ad eum manus pro remedio animæ tuæ, & peccatorum tuorum. Accipe igitur lamentum. Et primum quidem nullo die quinquagesimus psalmus intermitatur, quia in negotio tali cantatus est. Et vsque versiculum illum: Cor contritum & humiliatum Deus non spernit, cum lacrymis gemituque percurrens. Insuper etiam hanc lamentationem non sine compunctione cordis in conspectu Dei iudicis funde: \* Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, ut desciam vulnera animæ meæ? Conuersi sunt dies festi mei in luctum, & cantica in lamentationem, recessit sonus hymnorum, & læticia psalmorum, & successit stridor dentium & fletus oculorum. \* Obmutui & humiliata sum & filii à bonis, & dolor meus renouatus est. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ. *Abyssus*

*Virgo lapsa singulis diebus magna attentione leget psalmum quinquagesimum.*

\* Hier. 9.

*Quomodo virgo lapsa suam conditionem coram Deo deplorare debet.*

\* Psal. 38.

fus circumdedit me, postremo merfit caput meum  
 in fissuras mōtium. Heu me, quia facta sum sicut So-  
 doma & combusta sum sicut Gomorha, quis misere-  
 bitur cineres meos? \*Durius offendi quàm Sodoma, \*Gen. 19.  
 quia illa legem nesciens deliquerat, ego autem ac-  
 cepta gratia peccaui in Dominum. \* Si homo peccet \* 1. Reg. 2.  
 in hominem, erit qui interueniat: Ego quæ peccaui  
 in Dominum, quem propitiatorem inueniā? \* Con- \* Psal. 7.  
 cepti dolorem, & peperini iniquitatem. Lacum aperui  
 & effodi eum, & incidi in foueam quam feci: Ideo  
 conuersus est dolor meus in capite meo, & in vertice  
 meo iniquitas mea descēdit. Immunditia mea ante  
 pedes meos, nō fui memor nouissimorum meorum,  
 & cecidi miserabiliter, nec est qui consoletur me. O  
 quàm acerbus fructus luxuriæ, amarior felle, crude-  
 lior gladio. Quomodo facta sum in desolationem?  
 Subito defeci, perij propter iniquitatem meam, ve-  
 lut è somno exsurgens: ideo in ciuitate Domini villi-  
 ficata est imago mea. \* Deletū est de libro vitæ no- \* Psal. 109.  
 men meum, facta sum sicut noctua in domicilio, sic-  
 ut passer vnicus in edificio, nō est qui consoletur me.  
 \* Considero à dextris & video, & nō est qui agnoscat \* Psal. 141.  
 me. \* Perijt fuga à me, & nō est qui requirat animam \* Psal. 30.  
 meam. Facta sum sicut vas perditum, quoniam audi-  
 ui vituperationem omnium circa me habitantium.  
 Vē diei illi in quo me infelix vterus genuit, & lux ista  
 crudelis excepit. Oportuerat me potius non fuisse  
 natam, quàm sic in gentibus fabula fierem. Propter  
 me confusio & improprium factum est omnibus fa-  
 mulis Domini, & eum digne colentibus. Lugete me  
 montes & colles, lugete me fontes & flumina, quia  
 fletus filia ego sum. Lugete me bestię siluarum, repti-  
 lia terræ, & volucres cœli, & omnis anima quæ vita  
 frueris. Nam vos beatæ feræ & volucres, quibus nul-  
 lus metus de inferis, neque post mortem reddenda  
 est ratio, nos manet pœna crudelis tartari, qui ha-  
 bentes sensum delinquimus, & ideo non est pax pec-  
 catoribus, Meum est peccatum, mea iniquitas. Non

sunt similia offensa hominum, quia horribilis hæc impietas est, carne pollicita seruare virginem & castitatem professâ publicæ, meatita sum Domino, id eo non est mihi fiducia, inuocandi Dominum altissimum, quia obstructum est os delinquentium. Nam meum malum Propheta cecinit: \* Quod qui elongant se à Deo peribunt, disperdit omnem fornicantem à se. Et iterum: \* Adhæsit anima mea faucibus meis, & in puluerem mortis deducta sum. Verumtamen clamabo ad Dominum cum adhuc tempus est, dum datur spatium, quia in morte nō est memoria, & in inferno non est confessio. \* Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripas me. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & non est sanitas in carne mea à vultu iræ tuę. Non est pax ossibus meis à facie irę tuę. Quoniam iniquitates meę superposuerunt caput meum, sicut onus graue grauata sunt super me. Computruerunt & deteriorauerunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. Miserijs afflicta sum vsque in finem, rugio à gemitu cordis mei. Cor meum conturbatum est intra me, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum Deus repulisti me, & destruxisti me, ostendisti mihi dura, potasti me vino compunctionis, expulsa sum ab oculis tuis, iam non adijciam vt respiciam ad templum sanctum tuum, & facta sum in exterminio. Quæ utilitas in sanguine meo, dū descendendo in corruptionem? Numquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt? Tuus sermo est, tua promissio est: \* Nolo mortem peccatoris, sed conuersionem, vt possit viuere. Ad te Deus meus conuersio, quia tu solus potes renouare omnia, & ab inferis animas reuocas. Tu solus compeditos, tu Deus elisos erigis, cæcos illuminas, mortuos suscitās. \* Erraui sicut ovis perdita, require famulam tuam, ne lupus crudelis glutiat me. \* Multi dicunt animę meę, nō est salus in Deo eius. Sed tuum cōsiliū tecū est. \* Quot sunt dies famulæ tuę, quādo facies meum iudicium?

Defecit

\* Psal. 72.

\* Psal. 21.

\* Psal. 37.

\* Ezech. 33.

\* Psal. 118.

\* Psal. 38.

\* Psal. 118.

Defecit in salutari tuo anima mea, defecerunt in lacrymis oculi mei, effusa est in terra gloria mea. Quando respiciens restitues animam meam? \* Propter iniquitatē corripuisti me, & tabescere fecisti sicut araneam animam meam. Memento Domine quòd pulvis sum, vide humilitatem meam, & laborem meum, & remitte omnia peccata mea. Remitte mihi vt refrigerer prius quàm abeā, & amplius non ero, \* nec in inferno erit confessio. Potens es Domine dirumpere vincula mea quibus ligata sum atque contricta, qui Raab fordidam non aspernatus es. Iram tuam Domine aufer à me, quia peccaui tibi crudeliter, donec iustifices causam meam & educa me in lumine Deus virtutum. Da pœnitentię effectum, confessionis perseverantiã, ne me induret deceptor animæ. Hoc mihi donum, hãc mihi gratiam de tuo fonte præstari cupio Deus, vt in æternum tibi confitear. Qui viuus & regnas in Trinitate in secula seculorum, Amen. Tom. 1. lib. ad vrg. lapsam, Cap. 10.

## CAPVT NONVM

## De diuersis Cæremonijs antiquissimisq̃ue nonnullis Ecclesiæ consuetudinibus.

I. *Hymnos & cantica Ecclesiastica ab Ambrosio defendi atque commendari.*

**L**ibrum etiam contra epistolã Donati qui patris Donati secundus post Maiorinum Episcopus apud Carthaginem fuit, eodem presbyterij mei tẽpore scripsi, in qua epistola ille agit, vt non nisi in eius communionem bap̃isma Christi esse credatur, cui nos contradicimus. In hoc libro dixi in quodam loco de Apostolo Petro, quòd in eo tamquam in petra fundata sit Ecclesia, qui sensus etiam cantatur ore multorum in versibus beatissimi Am-

*Ambrosius ait  
Et or est hymno  
rũ quoridano  
qui in Ecclesiæ  
canuntur.*

brofij, vbi de gallo gallinaceo ait: Hoc ipsa petra Ecclesie canente, culpam diluit. *Augustinus Tom. 1. lib. 1. Retractationum, Cap. 21.*

*Cantici, Te Deum laudamus*, A beato Ambrosio cunctis fidelibus vrbis astantibus & videntibus, in nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Augustinus baptizatus & confirmatus est. In quibus fontibus, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, Te Deum laudamus cantantes, cunctis qui aderant audientibus & vidētibus, simulque morantibus ediderunt, quod ab vniuersa Ecclesia Catholica vsque hodie tenetur & religiose decantatur. *Dacius Mediolanensis Episcopus Chron. lib. 1. Cap. 10.*

*Arriani aies* Hymnorum quoque meorum carminibus deceptum populum ferunt. Plane hoc non abnuo. Grande carmen istud est, quo nihil potentius. Quid enim potentius quam confessio Trinitatis, quæ quotidie totius populi ore celebratur. Certatim omnes student fidem fateri, Patrem & Filium, & Spiritum sanctum norunt versibus predicare. Facti sunt igitur omnes magistri qui vix poterant esse discipuli. *Tom. 3. lib. 5. Epist. in oratione in Auxentium de basilicis tradenda.*

Quantum fleui in hymnis & canticis tuis (alloquitur Deū) suave sonantis Ecclesie tuæ vocibus, commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea astuabat inde affectus pietatis, & currebant lacrymæ: & bene mihi erat cum eis. Non lōge cōperat Mediolanensis Ecclesia genus hoc consolationis & exhortationis celebrare, magno studio fratrum, concipientium vocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multo amplius, cū Iustina Valentiniæ regis pueri mater, hominem tuum Ambrosium persequeretur hæresis suæ causā, quæ fuerat seducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs in Ecclesia, mori parata cum Episcopo seruo tuo. Ibi mater ancilla tua, sollicitudinis & vigiliarum primas partes tenēs, orationibus vivebat. Nos adhuc frigidi à calore spiritus tui, excitabamur tamē ciuitate attonita atque turbata.

*Iustina Valentiniæ mater persequitur Ambrosium.*

*Singularis affectus ciuium Mediolanensium in Ambrosio.*

bata. Tunc hymni atque psalmi, vt caneretur secundum morem orientalium partiū, ne populus macrocedætales secundum morem orientalium partiū rēdio contabesceret, institutum est: & ex illo in hodiernum retētum, multis iam ac pene omnibus gre- gibus tuis, & per cetera orbis imitantibus. *Augustinus hymnos et psalmos vt populus canat institutum est Ambrosius sę tempore.*

II. *Quanta sit signi crucis dignitas & quanta virtus.*

**H**abet Helena quæ legat vnde crucem Domini recognoscat. Inuenit ergo titulum, regem adorauit non lignum vti que, quia hic Gētilis est error & vanitas impiorum. Sed adorauit illum qui pependit in ligno, scriptus in titulo. Illum qui sicut scarabæus clamauit vt peccatoribus suis peccata donaret. Auida mulier festinabat tangere remedium immortalitatis, metuebat calcare sacramētum salutis. *Helena auide festinabat tangere crucē Domini.* Læto corde, & trepidanti vestigio quid faceret nesciebat. Pertendit tamen ad cubile, veritatis lignum refalsit, & gratia micuit, vt quia iam fceminam visitauerat Christus in Maria, Spiritus in Helena visiteret: docuit etiam quod mulier ignorabat, & deduxit in viam, quam mortalis scire non poterat. *Tom. 3. in oratione funebri de obitu Theodosij.*

Diximus hesternā die quod crux Domini salutem generi contulerit humano, & verum est. Passio enim illius nostra redemptio est, mors eius vita nostra est. Ideo autem mala hæc cuncta sustinuit, vt nos bona omnia sentiremus. Ideo crudelitatem in se exerceri maluit, vt nobis misericordiam largiretur. Bonus ideo in nos ita esse voluit, vt ante in se esset immitis. Auferens enim per crucem humani generis iniurias, omnes eas in sua passione consumpsit, vt ulterius non esset homini quod noceret. Grande ergo crucis est sacramentum: & si intelligamus, per hoc signum etiam mūdus ipse saluatur. Nam cum à nautis scinditur mare, prius ab ipsis arbor erigitur, velū distenditur, vt cruce Domini facta, aquarum fluēta rum-

*Nauta signo crucis securi portum salutis petunt et moris periculum enadunt.* panunt, & hoc dominico securi signo portum salutis petunt, periculum mortis euadunt. Figura enim sacramenti quædam est velum suspensum in arbore, quasi Christus sit exaltatus in cruce: atque ideo confidentia de mysterio veniente homines ventorum procellas negligunt, peregrinationis vota suscipiunt. Sicut autem Ecclesia sine cruce stare non potest, ita

*Per signum crucis diaboli iniquitas depellitur.* & sine arbore nauis infirma est. Statim enim diabolus inquietat, & illam ventus allidit: at ubi signum crucis erigitur, statim & diaboli iniquitas repellitur, & ventorum procella sopitur. Sed & bonus agricola cum parat terræ solum vertere, & vitæ alimenta perquirere, nõ nisi per signum crucis id facere conatur.

*Agricole dum terram colunt guram crucis exprimunt.* Dum enim aratro dentale subijcit, affigit aures, stiuam inserit, figuram crucis imitatur. Compactio enim ipsa similitudo quædam est dominicæ passionis. Cælum quoque ipsum huius signi figura dispositum est. Nam cum quattuor partibus, hoc est, oriente & occidente, ac meridiano & septentrione, distinguitur, quattuor quasi crucis angulis continetur. Ipsi etiam incessus hominis cum manus leuauerit, crucem

*Eleuatis manibus orare precipimur, ut ipso quoque membrorum gestu passionem Domini fateamur.* pingit: atque ideo eleuatis manibus orare precipimur, ut ipso quoque membrorum gestu passionem Domini fateamur. Tunc enim citius nostra exauditur oratio, cum Christum, quem mens loquitur, etiam corpus imitatur. Hoc etiam exemplo Moyses sanctus cum contra Amalech bellum gereret, non armis, sed eleuatis eum ad Deum manibus superauit. Sic enim habes scriptum: \* Cum eleuasset manus suas Moyses, vincebat Israel: cum autem deposuisset manus suas, conualecebat Amalech. Hoc igitur dominico signo scinditur mare, terra colitur, cælum regitur, homines conseruantur. Hoc inquam dominico signo etiam referantur inferna. Nam ex quo homo Dominus Iesus qui ipsam crucem gestabat, sepultus in terra est, veluti dirupta ab eo exarata terra omnes quos retinebat mortuos germinauit. Tom.

\* Exod. 17.

Signaculum Christus in fronte est, signaculum in corde. In fronte, vt semper confiteamur, in corde, vt cor crucis si-  
semper diligamus, signaculum in brachio, vt semper *igno signemus*.  
operemur. *Tom. 4. lib. de Isaac & anima, Cap. 8.*

Debemus ergo surgentes gratias Christo agere, & *Omne diei op<sup>o</sup>*  
omne diei opus in signo facere Saluatoris. Nōne *in signo Sal-*  
cūm adhuc gentilis esses solebas signa perquirere: *uatoris aggre-*  
quæ signa quibus rebus essent prospera, magna in- *diemur.*  
quisitione colligere? Iam nunc nolo erres in nume-  
ro, scito quia in vno signo Christi omnium rerum est  
tuta prosperitas. Qui in hoc signo seminare cœpe-  
rit, vitæ fructum consequetur æternæ. Qui in hoc si-  
gno iter facere aggreditur, ad cælum vsque perueni-  
et. *Tom. 3. Sermone 43.*

III. *Defunctorum corpora Ambrosij ætate in  
templis sepulta fuisse.*

Locus qui sequitur, habet mortem vxoris, fletum  
mariti, sepulturæ officium, quibus maritalis af-  
fectus probatur. Et surrexit, inquit, \* *Abrahā à mor-*  
tuo. Docemur vt non diutius inhæreamus mortuis,  
sed quantum satis est officij, deferamus. Festinauit  
autem pro loco sepulcri pretium soluere, cūm gratis  
daretur, vt nō in alienis locis, sed nostris potius ædi-  
ficemus tumulos parentum, vel proximorum. Sæpe  
enim cum alienationibus possessionum venales fi-  
unt, quæ in ijsdem locis sepulturæ sunt. Hoc autem  
ideo Abraham fecit, quia nondum erant huiusmodi  
Dei templa, in quibus fidelium in Domino reliquiæ  
conderentur. *Tom. 4. lib. 1. de Abraham patriarcha, Cap. 9.*

*Abrahami tē-  
pore nondum  
erāt Dei tēpla  
in quibus mor-  
tuorū in Domō  
no reliquiæ cō-  
derentur.*

IIII. *Loca sancta iam olim fuisse deuotis  
Christianorum peregrinationibus  
frequentata.*

Comperi relatum & præceptum vt in Monachos  
vindicaretur, qui prohibentibus iter Valenti-  
aniani quo psalmos canentes ex cōsuetudine vsuque  
veteri



Monachi per- veteri pergebant ad celebritatem Machabæorum  
 gunt ad celebri martirum, moti insolentia incenderunt phanum co-  
 tatè Machabæorum in quodam rurali vico tumultuarie conditum.  
 beatorum mar- Tom. 3. lib. Epist. 5. Epist. 29.

tyrum. An putatis illum ieiunare fratres qui primo dilu-  
 ieiunantes bea- culo non ad Ecclesiam vigilat, non beatorum Mar-  
 torum Martyrum tyrum loca sancta perquirat, sed surgens congregat  
 loca inuisere seruulos, disponit retia, canes producit, saltus siluas  
 debet ut ieiun- que perlustrat: Tom. 3. Sermones 33.

nium fructuosi-  
 us fiat.

V. Diem dominicum, & alia complura festa  
 Christi, statis diebus magna deuotio-  
 ne à Christianis cele-  
 branda.

Huius titulus hic est: Psalmus cantici filij Cho-  
 re secunda sabbati.] Quid est secunda sabbati,  
 nisi dominica dies, quæ sabbatum sequebatur? Dies  
 ut em sabbati erat dierum ordine posterior, sancti-  
 ficatione legis anterior. Sed vbi finis legis aduenit,  
 qui est Christus Iesus \* (finis enim legis Christus, ad  
 iustitiam omni credenti) & resurrectione sua octa-  
 uam sanctificauit, cæpit eadem prima esse, quæ octa-  
 ua est, & octaua quæ prima, habens ex numeri ordi-  
 ne prærogatiuam, & ex resurrectione Domini sancti-  
 tatem. \* Vnde & in Euangelio legimus *ἡ πρώτη ἡμέρα*  
*τοῦ σαββάτου*, sabbatum quod Latine dicitur secundo primum.  
 \* Luc. 6. Vbi enim dominica dies cæpit præcellere qua Do-  
 minus resurrexit, sabbatum quod primum erat, se-  
 cundum haberi cæpit à primo. Prima enim requies  
 cessauit, secunda successit. Vnde & ad Hebræos scri-  
 bens Apostolus ait: \* Postera ergo die restat requies  
 populo Dei. Tom. 4. in psal. 47.

Libenter nos prædicare, & gratanter opus Dei fa-  
 cere manifestum est. Sed cum videmus plures è fra-  
 tribus pigrius ad Ecclesiam conuenire, & dominicis  
 præcipue diebus minime cælestibus inter esse myste-  
 rij, prædicamus inuiti: non quo nos pigeat loqui,  
 sed

\* Rom. 10.

Sabbato apud  
 Christianos  
 successit dies  
 dominica in  
 memoria res-  
 surrectionis.

\* Luc. 6.

\* Hebr. 4.



rere Sacerdotes? Si quidem & quòd tunc ad illos super gregem suum vigiliis obseruantes, nocte interpesta locuti sunt, huius temporis mysteriũ designabant. Nam illo facto hoc vtiq̃ monstrabatur, gregem populum, noctem seculum, Sacerdotes esse pastores, qui iugi super plebem sollicitudine vigilantes propter Christum ab Angelis minime deseruntur.

Tom. 3. Sermone 13. de natali Domini.

*Ad Imperatoris* Lætitia quanta sit, quantusq̃ concursus, cùm  
*vis huius mundi* Imperatoris mundi istius natalis celebrandus est,  
*natalem cele-* bene nostis: quemadmodum duces & principes, oēs  
*brādū magna* etiam militantes accurat sericis vestibus accincti,  
*cura et diligē-* operosis cingulis auro fulgente pretiosis ambiunt  
*tia præparant* solito nitidius in conspectu regis incedere. Credunt  
*se subditi.* enim maius esse Imperatoris gaudiũ, si viderit maiorem suæ apparitionis ornatum, tantoq̃ue illum lætum futurum, quanto ipsi fuerint in eius festiuitate deuoti: vt quia Imperator tamquam homo corda non conspicit, affectum eorum circa se probet vel habitum contuendo: ita fit vt splendidius se accuret quisquis regem fidelius diligit. Deinde quia in die natalis sui sciunt eum largum futurum, ac donaturum plurima vel ministris suis, vel ijs qui in domo eius abiecti putantur & viles, tanta prius thesaurus eius replere diuitiarũ varietate festinant, vt in quantum prorogare voluerit, in tantum prorogatio copiosa nõ desijt, & ante voluntas donandi deficiat quàm substantia largiendi. Hęc autem ideo solícite faciunt, quia maiorem sibi remunerationem pro hac sollicitudine sperant futuram. Si ergo Fratres seculi istius homines propter præsentis honoris gloriam terreni regis sui natalis diem tanta apparatione suscipiunt, qua nos accuratatione æterni regis nostri Iesu Christi natalem suscipere debemus? qui pro deuotione nostra non nobis temporalem largietur gloriam, sed æternam, nec terreni honoris administrationẽ dabit, quę successore finitur, sed cœlestis imperij dignitatem, quæ nõ habet successorem. Qualis autem nota

*Quã sint re-  
munerationẽ  
habitori qui  
memoriã na-  
tuitatis reli-  
giõe colunt.*

stra

stra remuneratio sit futura, dicit Propheta: \* Quæ \* *Esa. 64.*  
 oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor homi-  
 nis ascendit, quæ præparauit Dominus diligentibus  
 se. Quibus indumentis nos exornari oportet? Quod  
 autem diximus nos, hoc est, animas nostras, quia rex  
 noster Christus nõ tam nitorem vestium, quàm ani-  
 marum requirit affectum, nec inspicit ornamenta  
 corporum, sed considerat corda meritorum, nec fra-  
 gilis cinguli præcingentis lumbos operositatem mi-  
 ratur, sed fortis castimonix restringentis libidinem  
 ad pudicitiam plus miratur. Ambiamus ergo inueniri  
 ante ipsum probati fide, comiti misericordia, mo-  
 ribus accurati: & qui fidelius Christum diligit, niti-  
 dius se mandatorum eius obseruatione componat,  
 vt vere nos in se credere videat, cum ita in eius sole-  
 mnitate fulgemus, & magis lætus sit quo nos perspé-  
 xerit puriores. Atque ideo ante complures dies ca-  
 stificemus corda nostra, mundemus conscientiam,  
 purificemus spiritum, ac nitidi & sine macula im-  
 maculati Domini suscipiamus aduentum, vt cuius  
 natiuitas per immaculatam virginem constitit,  
 eius natalis per immaculatos seruulos procuretur.  
 Quisquis enim in illa die sordidus fuerit ac pollutus,  
 natalem Christi orumque non curat, interfit licet  
 dominicæ festiuitati corpore, mente tamen longius  
 à Salvatore separatur, nec societatem habere pote-  
 runt immundus & sanctus, auarus & misericors, cor-  
 ruptus & virgo, nisi quod magis ingerendo se in di-  
 gnus offensionem contrahit, cum minime se cogno-  
 scit. Dum enim vult officiosus esse, iniuriosus existit:  
 \* sicut ille in Euangelio, qui in cætu sanctorum in-  
 uitatus ad nuptias venire ausus est, vestem non ha-  
 bens nuptialem. & cum alius niteret iustitia, alius lu-  
 ceret fide, alius castitate fulgeret: ille solus consci-  
 entię scditate pollutus, cunctis splendentibus defor-  
 mi horrore fordebat. Et quanto plus simul discubentium  
 beatorum candebat sanctitas, tanto magis peccatorum  
 illius apparebat improbitas, qui potuerat  
 minus

*Qui homo  
 Christianus se  
 ornare debeat  
 ad Christi na-  
 talē celebran-  
 dum.*

\* *Matth. 22.*

minus displicuisse forsitan, si in confortiū iustorum minime se dedisset. Propterea ergo sublatu manibus & pedibus in tenebras exteriores expellitur, non solū quod peccator erat, sed quia cū peccator esset, sanctitatis sibi meritum vindicabat. Igitur Fratres suscepturi natalē Domini, ab omni nos delictorum fæce purgemus, repleamus thesauros eius diuersorum munerum donis, vt in die sancta sit vnde peregrini accipiant, reficiantur viduæ, pauperes vestiantur. Nam quale erit si in vna eademque domo inter seruulos vnius domini alter exsulet in holosericis, alter cōsumatur in pannis: alius estuet cibo, alius famem frigusque sustineat: ille eructet hesternā indigestionis crapulam, hic hesternam ieiunij inediam non resoluat? Aut quis erit nostre orationis effectus, si petimus vt liberemur ab inimico, qui non sumus liberales in fratres? Sumus imitatores Domini nostri. Si enim ille pauperes in cœlesti gratia voluit nobis esse consortes, cur nobis non sint in substantia terrena consortes? Nec extranei sint alimonijs qui fratres sunt sacramentis, nisi quod rectius apud Dominum per ipsos agimus causam nostram, vt nostris eos alamus sumtibus qui illi gratias agant. Quisquis autem pauper Dominum benedicit, illi proficit, quo faciente Dominus benedicit: Et sicut scriptum est de illo: \* Væ illi homini per quem nomen Domini blasphematur, ita & de isto scriptū est: \* Pax huic homini, per quem nomen Domini benedicitur Saluatoris. Quale autem est meritum largientis, vt solus quis operetur in domo, & per multos Ecclesia Dominum deprecetur? Et quod ille fortassis petere de diuinitate non audeat, plurimorum interpellantium orationibus etiam quod nō sperabat accipiat. Quod adiutorium nostrum commemorans beatus Apollolus ait: \* Vt per multos gratiarum actio referatur pro nobis. Et iterum: Vt fiat oblatio nostra accepta & sanctificata in Spiritu sancto. *Tom. 3. Sermones 14. de natalis Domini.*

\* Rom. 2.

\* Math. 10.

Eucl. 10.

\* Rom. 15.

Est mihi aduersus plerosq; de vestris Fratres que-  
 rela non modica, de his loquor qui nobiscum nata-  
 lem Domini celebrantes, gentiliū se ferijs dede-  
 runt, & post illud cœleste conuiuium supersticiosi  
 sibi prandium parauerunt, vt qui ante lætificati fue-  
 rant sanctitate, inebriarentur postea vanitate, igno-  
 rantes quòd qui vult regnare cum Christo, non pos-  
 sit gaudere cum seculo: & qui vult inuenire iustiti-  
 am, debeat declinare luxuriam. Alia enim ratio est  
 vitæ aternæ, alia desperatio lasciuia temporalis. Ad  
 illam virtute ascēditur, ad istam perditione descen-  
 ditur. Atque ideo qui vult esse diuinorum particeps,  
 non debet esse socius idolorum. Idoli enim portio  
 est inebriare vino mentem, ventrem cibo distēdere,  
 saltationibus membra torquere, & ita prauis actibus  
 occupari, vt cogaris ignorare quod Deus est. Vnde  
 sanctus Apostolus hæc prauidens dicit: \* *Quæ por- \* 2. Cor. 6.*  
 tio iustitiæ cū iniquitate, aut quæ societas luci cum  
 tenebris, aut quæ pars fidei cum infidei, qui autem  
 consensus templo Dei cum idolis? Ergo si nos sumus  
 templum Dei, cur in temp'o Dei colitur festiuitas  
 idolorū? Cur vbi Christus habitat, qui est abstinen-  
 tia, temperantia, castitas, inducitur comestatio, ebrita-  
 etas, atque lasciuia? Dicit Saluator: \* *Nemo potest \* Matth. 6.*  
 duobus dominis seruire, hoc est, Deo, & mammonē.  
 Quomodo igitur potestis religiose Epiphaniā Do- *Epiphania*  
 mini procurare, qui iam Kalendas, quantum in vo- *Domini.*  
 bis est, deuotissime celebrastis? Ianus enim homo  
 fuit vnus conditor ciuitatis quæ Ianiculum nuncu-  
 patur, in cuius honorem à gentibus Kalendæ sunt  
 Ianuariæ nuncupatæ, vnde qui Kalendas Ianuarias  
 colit, peccat: quoniam homini mortuo defert diui-  
 nitatis obsequium. Inde est quod ait Apostolus: \* *Di. \* Gal. 4.*  
 es obseruatis, & menses, & tempora, & annos: timeo *Quos Apосто-*  
 ne sine causa laborauerim in vobis. Obseruauit *lus notet cum*  
 enim diem & mēsem qui his diebus aut non ieiuna- *ait, dies obser-*  
 uit, aut ad Ecclesiam nō processit. Obseruauit diem *uatis & men-*  
 qui hesternā die non processit ad Ecclesiam, proces- *ses.*

fit ad campum. Ergo Fratres omni studio gentiliam festiuitatem & ferias declinemus, vt quâdo illi epulantur & læti sunt, tunc nos simus sobrii atque ieiuni, quo intelligant lætitiâ suam nostra abstinentia condemnari. *Tom. 3. Sermones 17. de kal. Ianuarijs.*

Exultandum est nobis Fratres carissimi, quod votis nostris vota succedunt, quod gaudijs gaudia cumulantur. Ecce enim adhuc natalis dominici solemnitate corda nostra perfultant, & iam festiuitate sanctæ Epiphaniæ gloriamur. Gratias igitur agere debemus Domino, qui nos frequenter visitat vt sæpe lætificet, & iam copiosius requirit vt numerosius benedicat. Quamuis igitur gentilis (licet vane) numerosa sollemnitate lætetur propter diuersitatem dæorum suorum, tamen plures nobis festiuitates præstat vnus Dei visitatio, quàm illis multorum dæmoniorum superstitiosa præsumtio. Nam sicut eos veritate religionis vincimus, ita votorum numero superamus. Epiphaniæ ergo hodie procuramus gaudia. *Tom. 3. Sermones 19. de sancta Epiphania.*

*Festum Pasche.*

Paschæ mysterium de fide omnibus credentibus in Christo renatis, recidiuatum fidei annuæ felicitatis gaudiû & gloriam subministrat. *Tom. 2. lib. de mysterio pasche, Cap. 1.*

Hæc, inquam, illa est cœlestium mysteriorum gratia, hoc paschæ donum, hæc optabilis anni festiuitas, hæc exordia gignentium rerum. Hinc vitalis lauari sacre Ecclesiæ editi puerperio infantes paruulorum simplicitate renati, baratro innocentis perstreperunt conscientiarum. Hinc casti patres, pudicæ etiam matres, nouellam per fidem stirpem prosequuntur innumeram. Hinc sub fidei arbore ab vtero fontis innocui cæreorum splendet ornatus. Hinc cœlestis meriti sanctificantur munere, & sacramenti spiritalis celebri mysterio saginantur. Hinc vnus plebis gremio beatæ Ecclesiæ nutrita fraternitas, vnice diuinitatis substantiam, ac virtutis trinum nomen adorantes, psalmum annuæ festiuitatis cum Propheta concele-

*In paschate Ecclesia canit cū propheta, Hic dies, quem fecit Dominus,*

concelebrant: \* Hic est dies quem fecit Dominus, *exsultemus et letemur in eo.* Quis, inquã, dies? Nempe ille qui attribuit principium, lucis exordium, auctor luminis, id est, ipse Dominus Iesus Christus, qui de semetipso ait: \* Ego sum, inquit, dies: qui per diem ambulat nõ offendit: id est, qui Christũ in omnibus sequitur, per eius vestigia, usque ad æternę lucis solium transmeabit, sicut ipse Patrem pro nobis adhuc in corpore constitutus, orat, dicens: \* Pater, volo ut ubi ego sum, ibi sint & hi qui in me crediderũt, ut sicut tu in me, & ego in te, ita & illi maneãt in nobis. Hic, inquam, exultationis & lætitię dies est, in quo promissum perfectę glorię consecuti, recte plebs sancta ad initar Angelorum futurę laudis mysterium, adhuc in hoc seculo cõstituti Domino cum Propheta cantamus: Hic est dies quem fecit Dominus, exsultemus & letemur in eo, id est, auctor institutionis, redõtionis, & vitę perpetuę, Dominus Iesus Christus, qui est rex regum, & Dominus dominorum absque initio, sine fine in Patre regnans cũ Spiritu sancto, nunc & semper & in secula seculorum, Amen. *Tom. 2. lib. de mysterio paschę, Cap. 5.*

Hoc igitur tempus præcipue scire debemus, quo per vniuersum orbem consona sacrę noctis fundatur oratio, quia & tempore commendantur preces, sicut scriptum est: \* Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Hoc est tẽpus de quo Apostolus dixit: \* Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Vnde necesse fuit, quia etiam post Aegyptiorum supputationes, & Alexandrinę Ecclesię definitionem, Episcopi quoque Romanę Ecclesię per litteras plerique meam adhuc expectãt sententiã, quid existimem scribere de die paschę. Nam licet futuri diei paschę inciderit quęstio, tamen etiã in reliquum quid tenendum videatur aperimus, si qua quęstio talis incurrerit. Duo autem sunt seruanda in solemnitate paschę, quartadecima luna, & primus mensis qui dicitur nouorum. Itaque ne à

*Oratiões quę in paschate sunt Deo sunt gratissimę.*  
\* *Esa. 49.*  
\* *2. Cor. 6.*

*Episcopi Romanę Ecclesię Ambrosij sententiã de obseruatione paschatis audire cupiunt.*



\* Exod. 12.

veteri testamēto videamur discedere, ipsum de pascha celebrandę die capitulum recēseamus. \* Monet Moyfes populum dicens custodiendum mēsem novorum, eum esse primum mēsem prædicans. Ait enim : Hic mēsis vobis principium mēsum, primus in mēsis anni, & facies pascha Domino Deo tuo quartadecima die mēsis primi. \* Lex nempe per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Ipse ergo qui legem locutus est, postea veniens per virginem novissimis temporibus, plenitudinem legis consummavit, quia venit nō \* legem solvere sed implere, & celebrauit pascha hebdomadę in qua fuit quartadecima luna, quinta feria. Deniq; ipsa die (sicut superiora docent) pascha cum discipulis manducauit. Sequenti autem die, hoc est, sexta feria, crucifixus est, luna quintadecima. Sabbato quoq; magno illo sextadecima fuit. Ac per hoc septimadecima luna resurrexit à mortuis. Vnde hæc lex paschæ nobis seruanda est, vt non quartadecimā obsetuemus in die resurrectionis, sed in die magis passionis aut certe alijs pximis superioribus diebus. Quia resurrectionis celebritas die dominica celebratur: Dominica autem ieiunare nō possumus, quia Manichæos etiā ob istius diei ieiunia iure damnamus. Hoc est enim in resurrectionē Christi non credere, si legem quis ieiunij die resurrectionis indicat, cum lex dicat pascha edendum cum amaritudine, hoc est cum dolore, quòd tanto sacrilegio hominum, aucto salutis sit interemptus. Die autem dominica exsultandum Propheta docet dicens: \* Hic est dies quem fecit Dominus, exsultemus & lætemur in ea. Ergo nō solum passionis diem sed etiam resurrectionis obseruari oportet à nobis, vt habeamus & amaritudinis & lætitię diem, illa ieiunemus, isto reficiamur. Vnde si inciderit, sicut futurū est proxime, quartadecima luna mēsis primi die dominica, quia neque dominica ieiunare debemus, neque tertiadecima luna die sabbati incidente ieiunium solvere, quod

\* Ioan. 1.

\* Matth. 5.

*Quo tempore Christus pascha celebrauerit.*

*Christus septimadecima luna à mortuis resurrexit.*

*Resurrectionis celebritas die dominica celebranda.*

*Eo die quo Christus mortem ppter peccata nostra perit in Ecclesia iuget, in die autem resurrectionis gaudet & exultat.*

\* Psal. 117.

quod maxime die passionis est exhibendum, in altera hebdomada celebritas paschæ est differenda. Si quidem sequitur quintadecima luna qua passus est Christus, & erit secunda feria: tertia quoque feria erit sextadecima luna, qua Domini caro in sepulcro quieuit, cum quarta etiam feria septimadecima luna futura sit, qua Dominus resurrexit. Cum igitur triduum illud sacrum in hebdomadâ proxime concurrat vltimam, intra quod triduum & passus, est & quieuit, & resurrexit, de quo triduo ait: \*Soluite hoc

\*Ioan. 2.

templum, & in triduo resuscitabo illud: quid nobis potest molestiam dubitationis afferre? Nam si ea res scrupulû mouet, quia quartadecima luna non celebramus ipsum diem vel passionis vel resurrectionis, ipse Dominus non quartadecima luna passus est, sed quintadecima, & septimadecima resurrexit. Quod si mouet quia quartadecimam lunam transeunt, quæ die dominica incidit, hoc est, quarto decimo Kalendas Maij, sequenti dominica instaurandam celebritatē suademus, auctoritas exstat huiusmodi. Nam tēporibus paullo superioribus cum incidisset quartadecima luna mensis primi in dominicam diem, sequenti altera dominica celebrata solēnitatis est. Octogesimo autem anno & nonagesimo tertio, ex die imperij Diocletiani: cum quartadecima luna esset nono Kalēdas Aprilis, nos celebrauimus pascha pridie Kalendas Aprilis. Alexandrini quoque & Aegyptij, vt ipsi scripserunt, cum incidisset quartadecima luna & vigesimo & octauo die Pharmutij mensis, celebrauerunt pascha quinta die Pharmutij mensis, quæ est pridie Kalendas Aprilis, ac sic conuenēre nobiscum. Rursus nonagesimo & tertio anno à die imperij Diocletiani, cum incidisset quartadecima luna in quartumdecimum diem Pharmutij mensis, quæ est quinto idus Aprilis, quæ erat dominica die, celebratum est pascha dominica Pharmutij vigesimo & primo die, qui fuit secundum nos quintodecimo Kalendas Maij. Vnde cum & ratio sit & exemplum, nihil

\* Exod. 12.

super hoc mouere nos debet. Nunc illud est, quod enodandum videtur, quia plerique putant secundo mense nos celebraturos pascha, cum scriptum sit: \* Custodi primum menssem nouorum pascha celebrabit, vt præter menssem nouorum pascha celebrabit, nisi qui quartadecimam ita obseruant secundum litteram, vt non alio, nisi ipso celebrent die. Denique in futurum Iudæi duodecimo, non primo mense celebraturi sunt pascha, hoc est, tertio Kalendas Aprilis secundum nos: secundum Aegyptios autem vigesimoquarto die Phamenoth mensis, qui est non primus mensis, sed duodecimus, & incipit sexto Kalendas Aprilis, & finitur septimo Kalendas Maij. Ergo secundum Aegyptios primo mense celebraturi sumus dominicam pasche, hoc est, septimo Kalendas Maij, qui est dies trigessimus Pharmutij mensis. Nec absurdum arbitror vt inde obseruandi mensis trahamus exemplum, vbi primum pascha celebratum est. Vnde & Maiores nostri in tractatu cõcilij Niceni, eum diem endecateride, si quis diligenter intēdat, statuentum putarunt, & ipsum menssem nouorum recte custodierunt, quia in Aegypto hoc primo mense noua secantur frumenta. Hic autem mēsis & primus est secundum Aegyptiorum prouētus, & primus secundum legem, & octauus est secundum cõsuetudinem nostram. Indictio enim Septembri mense incipit. Octauo igitur mense Kalendæ Aprilis sunt. Incipit autem mensis non secundum vulgarem vsum, sed secundum consuetudinem peritorum ab aquinoctio, qui dies est duodecimo Kalendas Aprilis, & finitur vndecimo Kalendas Maij. Inde maxime intra hos triginta & vnum dies saepe celebrati pasche dies. Sed cum ante biennium celebrauerimus pasche dominicam vndecimo Kalendas Maij, hoc est trigesimo die mensis, secundum nostram scilicet calculationem, moueri non debemus si & proxime trigesimo die Pharmutij mensis celebraturi sumus pasche dominicam. Verum si quis menssem secundum inde existimat, quia

quia post triduum completi mensis qui completi videtur vndecimo Kalendas Maij, paschæ dominica erit: illud consideret, quia quartadecima luna quæ quaritur, quartodécimo Kalēdas Maij erit, hoc est, intra præscriptum mensis numerum. Lex autē diem passionis exigit, intra primum nouorum debere celebrari. Satisfactum est igitur secundum plenitudinem lunæ, cui ad complendum mensem supersunt tres alij dies. Non ergo in alterum mensem recidit, quando intra eundem mēsem qui primus est, pascha celebrabitur. Ad litteram autem nos teneri nō oportere (licet cōsuetudo celebrandi pascha ipsa nos instruat) tamen & a postolus docet, qui ait: \* Pascha nostrum immolatus est Christus. \* Sed proposita lectio docet litteram nō consequendam. Sic enim habes: Et facies pascha Domino Deo tuo quartodécimo die mensis primi. Diem pro luna dixit. Vnde peritissimi quoque secundum legem lunari cursu computant mensem, & ideo cū a pluribus nonis lunæ cursus incipiat, hoc est, dies primus, vides nonas Maij adhuc ad mensem primum nouorum computari posse. Ergo & iuxta legis sententiam primus hic mensis est. Denique *μηνων* lunam vocant Græci, vnde *μηνων* Græce dicunt menses, & naturalis vsus nationum exterarum, lunam pro diebus appellat. Alium autem diem passionis, aliū resurrectionis celebrandum, veteris quoque testamenti series ostendit. Sic enim habes: \* Agnus sine macula mundus consummatus anniculus masculus erit vobis, ab ouibus & hædis sumeris, & erit vobis in obseruatione vsque in quartadecimam mensis huius, & occideris illum tota multitudo synagogæ filiorum Israel ad vesperum, & sument de sanguine eius, & ponent super duos postes, & super limē ostij domus, in quibus manducabunt eum inter semet ipsos: manducabunt carnem hanc noctu igni assam. Et infra: Et edetis illum cū sollicitudine paschæ. Pascha est enim Domini, & pertransibo in terram Aegyptiorum in nocte illa, &

\* 1. Cor. 4.

\* Exod. 12.

\* Ibidem.

percutiam omne primitiuum in Aegypto ab homine usque ad pecus, & in omni terra Aegypti faciam vindictam, ego Dominus. Et erit vobis sanguis in sanguine, & protegam vos, & non erit in vobis plaga exterminij. Et conteram terram Aegypti, & erit dies hic vobis memorabilis & solemnus, & diem festum ageris eum Domino in progenies vestras, legitimum sempiternum, diem festum ageris illud. Aduertimus & passionis diem descriptum in ieiunio, quia ad vesperum occidendus est agnus, licet vltimum tempus pro vespere possimus accipere, secundum Ioannem qui ait: \* Pueri, nouissima hora est. Sed & iuxta mysterium vesperæ diei constat occisum, quando tenebræ statim factæ sunt: & ieiunium deferendum eo die verum est, quia ita edetis eum cum sollicitudine. Ieiunantibus enim sollicitudo adheret. Resurrectionis autem die exultatio refectionis est atque latitiæ, quo die videtur exisse populus ex Aegypto primitiuus Aegyptiorum necatis, quod posteriora euidentius docent, quibus ait Scriptura: \* Quia postquam fecerunt Iudæi pascha, sicut præcepit Moyses, factum est circa mediã noctem, & Dominus percussit omnem primitiuum in terra Aegypti à primitiuo Pharaonis. Et vocauit Pharaon Moysen & Aaron nocte, & dixit illis: Surgite & exite de populo meo, & vos & filij Israel ite & seruite Domino Deo vestro. Et urgebant Aegyptij populum festinantes quam celerrime expellere. Denique sic profecti sunt Israelitæ, vt non occurreret sibi azyma fermentare, Eiecerunt enim eos Aegyptij, & non potuerunt sustinere, apparatus sibi fecerant in viã. Referatur est igitur diem resurrectionis obseruandum post dies passionis. Qui dies resurrectionis non quartadecima luna debet esse, sed postea, vt vetus loquitur testamentum, quia dies resurrectionis is, cum egrediens populus de Aegypto in mari & in nube baptizatus, vt Apostolus dicit, \* mortem vicit, panem spiritualem accipiens, & potum

\* 1. Ioan. 2.

\* Exod. 12.

\* 1. Cor. 10.

\* mortem vicit,

potum

tum de petra hauriens spiritualem. Nec passionem *Passionē Dōe*  
 Domini die dominico posse celebrari, etiam si quar- *mini nunquā*  
 tadecima luna in dominicam inciderit, adiungen- *licebit die dōe*  
 dam hebdomadam alterā, sicut & septuagesimote x- *minica cele*  
 to anno die imperij Diocletiani factum est. Nam *brare.*  
 tunc vigesimo octavo die Pharmutij mensis qui est  
 septimo Kalendas Maij, dominicam paschæ cele-  
 brauimus, sine vlla dubitatione Maiorum. Simul  
 etiā lunæ cursus & ratio suffragatur, quoniam vige-  
 sima prima luna proximum pascha celebrandum est.  
 Nam vsque ad vigesimam primam lunam consue-  
 uit extendi. Ergo cūm rot veritatis indicia concur-  
 rant, iuxta Maiorum exempla festum publicæ salu- *Festū publica*  
 tis læti exultantesque celebremus, postes nostros *sanctis Chri-*  
 vbi est ostium verbi quod sibi Apostolus optat ape- *stiani læti ex-*  
 riri, fide passionis dominicæ colorātes. De hoc ostio *sultantesque ce-*  
 dicit etiam Dauid: \* Pone Domine custodiam ori *lebrabunt.*  
 meo, & ostium circuitus labijs meis, vt nihil aliud *\* Psal. 140.*  
 nisi sanguinem Christi loquamur, quo mortem vici-  
 mus, quo redēti sumus. Fragret in nobis odor Chri-  
 sti. Ipsum audiamus, in illum & mentis & corporis  
 oculos dirigamus, opera eius mirātes, beneficia præ-  
 dicantes, super limen ostij nostri sacre redemptionis  
 confessio resplendat. Sumamus feruenti spiritu sa-  
 cramentum in azymis synceritatis & veritatis, pia  
 doctrina gloriam Patris & Filij & Spiritus maiesta-  
 tem indiuiduam concinentes. *Tom. 3. lib. Epist. 10.*  
*Epist. 83.*

Si peccauerit in te frater tuus, increpa illū.] Quod *Christianos*  
 si Iudæi sabbatum ita celebrant, vt & mensē, & an- *decet resurre-*  
 num totum quasi sabbatum habeant, quanto magis *tionē Domi-*  
 nos resurrectionem Domini celebrare debemus? Et *ni religiose ce-*  
 ideo Maiores tradiderunt nobis pētecostes omnes *lebrare.*  
 quinquaginta dies vt pascha celebrādos, quia octa- *Apostolus ag-*  
 uæ hebdomadæ initium pentecosten facit. Vnde *nouit diuersa*  
 & Apostolus quasi Christi discipulus, qui sciret di- *tatem tempo-*  
 uersitatem temporum, scribens ad Corinthios:  
 \* Apud vos, inquit, forsitan manebo & hyemabo. *\* 1. Cor. 16.*

Et infra: Manebo autem Ephesi vsque ad pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnū, itaque apud Corinthios hyemem agit, quorum erroribus angebatur, quod eorum circa Dei cultum frigeret affectus. Cum Ephesij pentecosten celebrat, atque his tradit mysteria, relaxat animum, quia fidei cernebat ardore feruentes. Ergo per hos quinquaginta dies ieiuniū nescit Ecclesia, sicut dominica qua Dominus resurrexit, & sunt omnes dies tamquam dominica. Tom. 5 lib. 8. Comment. in cap. 17. Lucæ.

*A paschate ad pentecosten ieiunium nescit Ecclesia.*

Orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Vere resurgunt femina, & tamquam noua ætas naturæ viridantis adolescit. Vere pascha est, quando resurrectio nis gloriam celebramus ad instar futuri. Tom. 5. lib. 10. Comment. in cap. 21. Lucæ.

*In vere pascha, in ætate pentecosten celebramus.*

*VI. Quomodo illud apostoli ad Galat. 4. Dies obseruatis & menses, accipiendum sit.*

\* Galat. 4.

**D**icit Apostolus: \* Dies obseruatis & menses, & tempora, & annos: timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Sed aliud est obseruare gentilitio more, vt qua luna quid adoriendum sit iudices, vt puta quinctam esse fugiendam, nihilque in ea inchoandum. Varios quoque cursus lunæ obeundis negotijs commendare, vel cauere quosdam dies, quemadmodū plerique posteros dies vel Aegyptiacos declinare consuerunt. Aliud est enim obseruantiam religiosæ mentis intendere in eum diem de quo scriptum est: \* Hic est dies quem fecit Dominus. Nam etsi scriptum sit \* quod pascha Domini quartodecimo die mensis primi celebrari debeat, & vere quartadecimam lunam ad celebrandum dominicæ feriem passionis inquirere debeamus: tamen ex hoc possumus intelligere, quod ad huiusmodi solemnitatem, vel Ecclesiæ perfectio, vel claræ fidei plenitudo queratur,

\* Psal. 117.

\* Exod. 12.

queratur, sicut dixit propheta cum loqueretur de Filio Dei: \*Quia sedes eius sicut sol in conspectu meo, \*Psal. 88. & sicut luna perfecta in aeternum manebit. Tom. 3. lib. Epist. 10. Epist. 83.

CAPVT DECIMVM

De Antichristi extremiq; Iudicij temporibus, ac deinceps futuro hominum tam electorum quam reproborum statu.

I. *Antichristum filium illum perditionis vnum alium quem particularem hominem futurum ex tribu Dan.*

**D**An iudicabit populum suum tamquam vna tribus Israel. Et factus est ipse Dan serpens in via sedens, & in semita mordens calcaneum equi, & cadit eques retrosum, salutem expectans a Domino.] Simplex quidem intellectus hoc habet, quod etiam Dan tribus iudicem dederit in Israel. Etenim post Iesu Naue iudices fuerunt plebis de diuersis tribubus. Fuit autem & Samson de tribu Dan, & iudicauit Israel viginti annis. Sed non hunc propheta significat, sed Antichristum qui futurus est ex tribu Dan. Sæuus iudex & tyrannus immanis, iudicabit populum suum. Tamquam serpens in via sedens deijcere tentabit eos qui viam ambulat veritatis, supplantare cupiens veritatem. Tom. 4. lib. de benedictionibus Patriarcharum, Cap. 7.

*Antichristus nascitur ex tribu Dan.*

Qui edebat, inquit, panes meos: ampliauit super me supplantationem. ] Qui supplantat, dolum facit quo aduersarium elidit aut vulnerat. Ideo & Iudas supplantasse dicitur, quia osculo suo vulnus infixit, quo inuadendi Saluatoris signum persecutoribus demonstrauit. Supplantauit ergo quasi serpens, quia serpens ore venenum infundit, & vulnerat dentem cal-



*Iudas non dis-* te calcaneum. Et hic enim non diuinitatem Christi,  
*uinitatē Chris-* sed corporis extremum calcaneum vulnerauit. Le-  
*sti, sed corporis* uauit etiam Iudas calcaneū quasi luctator insolens  
*extremū cal-* & superbus, quo caput percuteret Saluatoris: sed ca-  
*caneū vulne-* put Christi fetire non potuit, quia caput Christi De-  
*rauit.* us. Suum sane caput in formis laquei nodo ligauit,  
 vt remedium sibi salutis auferret. Vide si pie po-  
 tes illud aptare quod in Genesi dixit sanctus patri-  
 archa Iacob cum de filijs prophetaret: \* Dan iudi-  
 cabit populum suum tamquam vnam tribum in Is-  
 rael. &, Fiat Dan sicut serpens in via & in semi-  
 ta, mors dens calcaneum equi: & cadet eques retror-  
 sum, salutem expectans a Domino. \* Legimus qui-  
 dem quod Samson de tribu Dan iudex fuerit in Is-  
 rael. Sed alius hic significatur futurus, qui ex ea  
 tribu progressus populum supplicij sacrilegæ imp-  
 pietatis affliget, Antichristus ille, qui sedebit in  
 templo tamquam sit Deus, vere iudicium, quod ha-  
 bet interpretatio. Dan enim iudicium significatur.  
 Et pulcre dixit quia populum suum iudicabit: qui  
 perpetuæ pœnæ fiet obnoxius. Tom. 4. in enarratio-  
 ne psal. 40.

\* Gen. 49.

\* Iudic. 13.

*Antichristus,*  
*qui in templo*  
*sedebit tam-*  
*quam Deus,*  
*ex posteritate*  
*Dan prodibit.*

II. *Quomodo intelligendus sit ille Apostoli lo-*  
*cus, 2. Thessal. 2. Nisi venerit discessio*  
*primum, & reuelatus fuerit*  
*homo peccati &c.*

**R**ogamus autē vos fratres per aduentum Do-  
 mini nostri Iesu Christi, & nostræ congrega-  
 tionis in idipsum, ne facile moueamini à sensu ve-  
 stro, neque conturbemini, neque per spiritum, ne-  
 que per verbum, neque per epistolam tamquam à  
 nobis missam, quasi instet dies Domini. Ne quis  
 vos deducat vllō modo: quoniam nisi venerit defe-  
 ctio primum, & reuelatus fuerit homo ille peccati  
 filius perditionis qui aduersatur & extollitur super  
 omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in  
 templo Dei sedeat, ostendens seipsum quasi sit De-  
 us.]

*Ante Christi*  
*aduentum re-*  
*uelabitur fili-*  
*us perditionis.*

us ] Obsecrat eos ne leuiter & facile de aduentu quasi imminentis Domini opinionem recipent: & talia dat mandata, vt etiam si per spiritum aliquis velut propheta fuerit locutus, credi ei non debeat, neque sic per tractatum, aut per epistolam nomine forte Apostolorum scriptam, assensum tribuendum. Solent enim tergiuersatores, vt fallant, sub nomine clari alicuius viri epistolam fingere, vt auctoritas nominis possit commendare, quod per ipsum recipi non possit. Hoc ideo, ne ipsa perturbatione incauti inuenirentur, possint seduci ad adorandum diabolum qui idcirco hæc iactabit, vt sub Saluatoris nomine apparens ac fallens sanctos, velit se adorari, vt decipat credentes in Christum. Sed vt locum aut occasionem fallendi quam se putat habere non habeat impudentissimus sathanas, tempus & signa aduentus Domini designauit, quia non prius veniet quam Regni Romani defectio fiat, & appareat Antichristus qui interficiet sanctos, reddita Romanis libertate, sub suo tamen nomine. Sciens enim venturum Dominum ad se comprimendum, nomen eius sibi vsurpabit: & vt regnum eius verum esse videatur, attrahet secum qui simul cum eo pereant, ita vt in domo Domini in sede sedeat Christi, ipsum Deum se asserat, non filium Dei: Vnde in Evangelio ad Iudæos Dominus ait: \* Ego veni in nomine Patris mei, & non me receperitis. si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quamobrem ex circumcisione, aut circumcisum illum venire sperandum est, vt sit Iudæis credendi fiducia illi. Itaque cum Thessalonicensibus scribit Apostolus, docet omnes in re huiusmodi cautos esse debere. Non meministis quod me adhuc apud vos agente, hæc dicebantur vobis? Et nunc quid detineat scitis, ad hoc vt reueletur ille in suo tempore. ] Hoc superesse dicit vt reueletur ille qui ante Dominum venturus est, vt iam speretur & Dominus venturus, quod supra quasi sub velamine factus est, dicens: Nisi prius

*Pseudoapostoli sub nomine clari alicuius viri solent sua scripta in lucem edere.*

*Christus ad indicandum non prius veniet, quam Imperij Romani defectio fiat, et appareat Antichristus.*

*Antichristus nomen Dei vsurpabit sibi. \* Ioan. 5.*

vene-

veniret defectio, quam regni Romani abolitionem superius intelligendam memoravi: ut cum defeccrit & venerit Antichristus, tunc aduentus Domini imminere credatur. *Tom. 5. in cap. 2. Epist. 2. ad Thessal.*

*Quādo Iudei putarū factā abominationē desolationis.* Cum videritis circumdari ab exercitu Hierusalem.] Vere Hierusalem ab exercitu obsessa est, & expugnata à principe Romano. Unde & Iudei putaverunt tunc factam abominationem desolationis, eo

*Abominatio desolationis est execrabilis aduentus Antichristi.*

*Antichristus diuinos sibi vni dicabit honores.*

*Ex Scripturis probare conabitur filius perditionis se esse Christum.*

*\* 2. Thess. 2.*

quod caput porci in templū iecerint, illudentes Romani Iudaicæ ritum obseruantia. Quod ego nec furens dixerim. Abominatio enim desolationis execrabilis aduentus Antichristi est, eo quod sacrilegijs infautis metium interiora contaminet, sedens iuxta historiam in templo, ut sibi diuinæ vindicet solium potestatis. Iuxta interpretationem autem spiritalem pulcre inducitur stare, eo quod in affectibus singulorum vestigium perfidiæ suæ confirmare desideret, ex Scripturis disputās se esse Christum. Tunc appropinquabit desolatio, quoniam à vera religione plerique lapsi errore descendent. Tunc erit Domini dies: quod etiam \* Apollolus euidenter exposuit, dicens obseruandum esse nobis, quasi instet dies Domini, ne quis nos seducat vilo modo: quia nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, pretendens se tamquam sit Deus: Et reliqua. Ergo sedebit in templo, & in templo interiore Iudæorum, qui Christum negabunt: in templo non inuolabili, sed corruptelæ obnoxio, quod aut perfidiæ inuoluat ruina, aut iracundiæ vis subruat, aut cupiditatum ignis exurat. Et tunc bene veniet dies Domini, & breuiabuntur dies propter electos: quoniam sicut primus aduentus Domini propter redimenda peccata, ita secundus propter reprimenda delicta, ne plures perfidiæ errore labantur. Tunc pseudopropheta, tunc fames. \* Repere mihi Helia tempora, & inuenies tunc prophetas, tunc Iezabel,

*\* 3. Reg. 17.*

zabel, tunc famem, tunc ariditatem terræ. Quæ ratione: Quia abundauerat iniquitas, refixerat caritas. Denique iustus in deserto, iniquus in regno est. Est & *Diabolus etiã Antichristus* alius Antichristus auctor huius, diabolus scilicet, qui meam Hierusalem, meam animam, certe animam Dei, animã pacificam obsidere nititur suæ legionis exercitu. \* Non est enim colluctatio nobis aduersus \* *Ephes. 6.* carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principatus & potestates, aduersus mundi huius rectores tenebrarũ harũ. Tunc est discessio, cum anima à seipsa desceiscit. Et rursus cum Dominũ cogitat, tremat atque turbatur. Tuac eũ iste Antichristus tenet: donec de medio fiat, iustitia exfulat, iniquitas regnat. Tunc fides rara, vt ipse, quasi addubitans, Dominus dixit: \* Tunc uenies filius hominis, nõ quid inueniet fidem super terram? Vel in nostra vtique terra, vel in orbe terrarũ. Sic & alibi: \* Dominus respexit super filios hominam, si est intelligens, aut requirens Deum: nõ quia dubitet Deus, sed quia ita rara erat in hominibus fides, vt secundum opinionem hominũ videretur esse dubitandum. Ergo quando in medio templi est diabolus, desolatio abominationis est secundum Danielem propheta. Cũ autem vnicuique laboranti Christi præsentia spiritalis illuxerit, tollitur iniquus e medio, & incipit regnare iustitia, quæ omnium fidelium mentibus euacuat principatum. Est etiam *Heretici oēs sunt Antichristi.* tertius Antichristus, aut Arrius, aut Sabellius, imo omnes sunt Antichristi, qui praua nos interpretatione seducunt. Et ideo qui legit, intelligat: qui intelligit, non seducitur vt credat falsa pro veris, more vtique Iudæorum, qui verum Christum negauerunt. Vnde consequens erit, vt credant verum esse qui falsus est. sic & Arriani quod negant Christo, Antichristo nõ negabunt. *Tom. 5. lib. 10. Commẽt. in cap. 21. Lucæ.*

111. Enoch & Eliam tempore Antichristi, qui tribus annis & sex mensibus regnabit, mundo predicaturos.

Dedit

\* *Matth. 5.*\* *4. Reg. 2.*

**D**edit etiam discipulis vt lux mundi essent per gratiam, qui erat ipse lux mundi. Et qui descensus esset e cælo, & in cælum ascensus, \* Heliam ad cælum leuauit, inde eū terris placito redditurus tempore. *Tom. 1. lib. 1. de Peniten. Cap. 7.*

Puto enim, Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, quasi morti destinatos. ] Hoc ideo personæ suæ deputat, quia semper in necessitate fuit, persecutiones & pressuras ultra ceteros passus, sicut passuri sunt Enoch & Elias, qui vltimo tempore futuri sunt Apostoli. Mitti enim habent ante Christū ad præparandum populum Dei, & muniēdas omnes Ecclesias ad resistendum Antichristo, quos & persecutiones pati & occidi, lectio Apocalypsis testatur. Horum ergo tempus suo tempori comparauit Apostolus dicens, quasi morti destinatos. Ad hoc enim venturi sunt vt occidantur. *Tom. 5. in cap. 4. Epist. 1. ad Corinth.*

*Enoch et Helias vltimo tēpore futuri sūt Apostoli.*

*Enoch et Helias futuri sūt Martyres.*

Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. ] Subito saltū facit ad Heliā atque Enoch, qui temporibus Antichristi venturi sunt. Et pulcro sane ordine videlicet, vt qui Iudæorum deiectionem per figuram attrij protulerat, eorum reftaurationem tacite subnecteret. Constat enim Iudæos in fine mundi prædicatione Heliæ & Enoch, ad fidem Christi esse conuertendos. Ciuitatē itaque sanctam, id est, Ecclesiam, Antichristus & ministri eius calcabunt, id est, persequentur mensibus quadraginta duobus, qui faciunt tres annos & dimidiū. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabūt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. ] Testes duos Dominus Eliam & Enoch vocat, qui aduentum eius secundum præcurrent, sicut Ioannes præcurrit primum. Et si quis voluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum. Et si quis voluerit eos lædere, sic oporteret eum occidi. ] Quia igitur Spiritus sanctus loquitur per ora sanctorum, sicut Dominus dicit in Euangelio: \* Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur

*Iudei prædicatione Heliæ et Enoch ad fidem Christi conuertendi sunt.*

*Antichristus tribus annis et sex mensibus dominabitur.*

\* *Matth. 10.*

quitur in vobis. Non incongrue verba sanctorum ignis vocatur, sicut Psalmista dicit de Domino: \* *Psal. 118.*

Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Ignis igitur exiet de ore sanctorum, & deuorabit inimicos eorum: quia doctrina eorum *Doctrina He- ita errores Antichristi destruet, vt omnibus sanam lra & Enoch mentem possidentibus, nihil videatur esse quod as- curret Antis ferere conabuntur Anrichristus & ministri eius. christi errores.*

*Tom. 5. ad cap. 11. Apocalyp. B. Ioannis Apost.*

*1111. Corpora defunctorum omnium, tam piorum quam impiorum in extremo die iudicij resurre- ctura; & pioram quidem, vt vna cum ani- mabus suis aeterna fruantur felicitate; impiorum vero, vt igne corporeo inextinguibili perpetuo excrucientur.*

**G**entiles plerumque se consolantur viri vel de commoditate ærumnæ, vel de iure naturæ, vel de immortalitate animæ: quibus vtinam sermo constaret, ac non miseram animam in varia porten- torum ludibria formasque transfunderent. Quid igitur nos facere oportet, quorum stipendium re- surrectio est, cuius gratiam quoniam negare pleri- que non possunt, fidem abnuunt? Et ideo non vno argumento aliquo sed pluribus modis vt possumus astruamus. Equidem omnia aut vsu, aut ratione, aut exemplo, aut eo quia decorum sit ea esse, ideo esse creduntur, & ad finem singula suffragantur. Vfus, quia mouemur. Ratio, quia quod mouet, virtutis al- terius conuenit aestimari. Exemplum, quia genera- uit ager fruges, & ideo generaturum esse præsumi- mus. Decorum, quia vbi fructum non putamus, de- cere tamen credimus, vt virtutis opera minime de- seramus. Singula igitur singulis adstruuntur. Tribus tamen euidentius colligitur resurrectionis fides, quibus omnia comprehenduntur: Ratione vniuer-

*Philosophi animorū im- mortalitatem agnoscunt. Stipendium nostrum resurrectio est.*

*Tribus argu- mentis asseri- tur resurre- ctionis fides.*

*Anima sine corpore in iudicio vocari non potest.*

*Plata & arbores occidunt, & renouiscunt.*

*\* 1. Cor. 15.*

*An corpora putrefacta consolidari & dispersa coire possint.*

fitatis, exemplo, testimonio rei gestæ, quia plurimi surrexerunt. Ratio euidens est, quia cum omnis vitæ nostræ vsus in corporis animæque consortio sit, resurrectio autem aut boni actus præmium habeat, aut pœnam improbi, necesse sit corpus resurgere cuius actus expenditur. Quomodo enim in iudicium vocabitur anima sine corpore, cum de suo & corporis contubernio ratio præstanda sit? Resurrectio omnibus erit, sed ideo difficile creditur, quia non nostrum meritum, sed Dei munus est. Prima igitur resurrectionis fides vsus est mundi, rerumque status omnium, generationum series, successuum vices, obitus ortusque signorum, diei & noctis occasus, eorumque quotidie tamquam rediuiua successio. Temperamenti quoque genitalis huius aliter ratio subesse non posset, nisi humoris istius quo omnia terrena generantur, quantum diurni solis æstus extorret, tantum rore nocturno dispositio diuina repararet. Nam quid de fructibus loquar? Nonne tibi videntur occidere, cum decidunt, resurgere cum reuifescunt? Quod satum est resurgit, resurgit quod mortuum est, & in eadem genera, in eadem species reformatur. Hos terra primum reddidit fructus, in his primum natura nostræ speciem resurrectionis est imitata. Quid dubitas de corpore corpus resurgere? Granum feritur, granum resurgit: pomum decedit, pomum resurgit. Sed flore granum induitur, folliculoque vestitur. \* Et hoc mortale oportet induere immortalitatē, & hoc corruptibile induere incorruptionem. Flos resurrectionis immortalitas est. Flos resurrectionis incorruptio est. Quid enim vberius quiesce perpetua? Quid locupletius securitate diurna? Hic est multiplex fructus, cuius proventus pullulat fecundior hominum naturam post mortem. Sed miraris quemadmodum putrefacta solidentur, dispersa coeant, absunta reparentur: non miraris quemadmodum semina vapore & compressu terræ soluta viridescant? Nam vtique etiam ipsa terrenæ

terreno cohalitu putrefacta soluntur, & cum occa-  
 ta soli genitalis succus animauerit, quodam calore  
 vitali spiritum quendam herbæ viridantis exhalant,  
 Deinde paullatim teneram spicæ adolescentis æta-  
 tem culmo erigit, & vaginis quibusdã natura tam-  
 quam sedula mater includit, ne pubescentem glaciẽs  
 adurat aspera, atque à nimio solis defendat ardore.  
 Frugem quoque ipsam adhuc quasi primis erum-  
 pẽtem cunabulis, mox adultam, ne pluuia decutiat,  
 ne aura dispergat, ne auium minorũ morsus interi-  
 mat, vallo aristarum sepire consuevit. Quid igitur  
 miraris si homines quos acceperit terra restituat,  
 cum seminum corpora quæ cum vi susceperit, viuifi-  
 cet, erigat, vestiãt, muniãt, atque defendat? Desine  
 ergo dubitare quòd depositum generis humani ter-  
 ræ fides reddat, quæ commendata sibi semina vsura-  
 rio quodam scẽnore multiplicata restituat. Nam  
 quid de generibus arborum loquar, quæ posito sur-  
 gunt de semine, fructusque resolutos rediuiua  
 focunditate resuscitant, & formæ veteri atque imagi-  
 ni suæ reddunt, multasque etates quædam arborum  
 corpora reparata transmittunt, vt ipsa durando vin-  
 cant secula? Putrescere videmus acinum, vitem re-  
 sargere: furculus inseritur, arbor renascitur. An de  
 reparandis arboribus diuina est prouidentia, de ho-  
 minibus nulla cura? Et qui ea quæ ad vsus hominum  
 dedit, perire non passus est, hominem perire patie-  
 tur, quem ad imaginem sui fecit? Sed incredibile ti-  
 bi videretur vt mortui reuiuiscant. \* Inspiciens tu, ipse  
 quod seminas, nõnne prius moritur, vt viuificetur? *Deus cum sua prouidentia arbores mor-  
 tuas reparat, tuas reparat, quomodo ho-  
 mine perire*  
 Sere quemlibet fructum arentem, resuscitatur. Sed *patietur?*  
 habet succum: Et nostrum corpus habet sanguinem \* 1. Cor. 15.  
 suum, habet humorem suum, hic nostri succus est  
 corporis. Vade illud quoque explosum arbitror, *Corporum resurrexerunt  
 quòd arentem furculum quidam reuiuiscere ne-  
 suturam esse*  
 gant, idque ad præiudicium carnis deriuare nitun-  
 tur. Non enim caro arida, cum caro omnis è limo *quidam ne-  
 gant, quòd*  
 fit, limus in humore, humor è terris. Denique multa



*numquam videamus furculum arenentem reuiuiscere.*

*Natura contentaneum est reuiuiscere.*

*An ij quos mare absorpsit et bestia dilaniarunt resurgere possint.*

*Deo nõ est difficile dispersa conciliare, & dispersa sociare.*

*Phœnix mortuus reuiuiscit Vide Tom. 4. li. 5. Hexaem. cap. 23.*

gignentia quamuis iugi serenitate, humo arida arenosaque nascuntur, quoniam ipsa sibi terra ad humorem sufficit. Num igitur in hominibus terra generat, quæ omnia regenerare consuevit? Vnde claret non esse dubitandum quod secundum naturam magis quàm contra naturam est. Ex natura enim est resurgere nascentia omnia, contra naturam, interire. Sequitur illud quod gentiles plerumque perturbat, quomodo fieri possit ut quos mare absorberit, feræ dilacerauerint, bestia deuorauerint, terra restituet? Quo ita demum veniatur necesse est, ut non de fide resurrectionis, sed de parte dubitetur. Esto enim ut laceratorum corpora non resurgant, resurgunt ceteri. Nec resurrectio destruitur si conditio excipitur. Miror tamen cur vel de his dubitandum putent, quasi non omnia quæ ex terris sunt, in terram redeant, & in terram resoluantur. Mare quoque ipsum quæcumque corpora humana demerserit, vicinis exspuit vnda plerumque littoribus. Quod ni ita esset, difficile credo Deo foret dispersa contere, dissipata sociare, cui mundus obtemperat, muta obsequuntur elementa, seruit natura: quasi non maioris miraculi sit limum animare quàm iungere? Auis in regione Arabiæ, cui nomen est Phœnix, rediuuo suæ carnis humore reparabilis, cum mortua fuerit reuiuiscit. Solos non credimus homines resuscitari? Atqui hoc relatione crebra, & scripturarum auctoritate cognouimus, memoratam auem quingentorum annorum spatia vitali vsui habere præscripta, eamque cum sibi finem vitæ adesse præsaga quadam naturæ suæ æstimatione cognouerit, thecam sibi de thure & myrrha & ceteris odoribus adornare, completoque opere pariter ac tẽpore intrare illam, atque immori, ex cuius humore oriri vermem, paulatimque eum in auis eiusdem figuram con crescere, vsúmque formari, subnixam quoque remigio pennarum renouatæ vitæ officia munere pietatis ordiri. Nam thecam illam vel tumultum corporis,

ris, vel incunabulum resurgētis, in qua deficiens occidit, & occidēs resurrexit, ex Aethiopia in Lycœniam vehit, atque ita resurrectione auis huius locorum incolæ completum quingentorum annorum tempus intelligunt. Ergo isti aui quingentesimus resurrectionis annus est, nobis millesimus. Illi in hoc seculo, nobis in consummatione mundi.] Plerique *Phœnix ex faucibus suis reuiviscat.* etiam opinantur quòd auis hæc rogum sibi ipsa succendat, & rursus de fauillis suis & cineribus reuiviscat. Sed fortasse natura discretior, fidei quoque discretionem videatur afferre. In originem principumque hominis procreandi mens nostra redeat. Viri eius, sc̄minæ estis: quæ humana sunt, non ignoratis: & si qui ignoratis, ex nihilo putatis esse quod nascimur, quàm ex paruo quanti exurgimus? Etsi non exprimimus, intelligimus tamen quid velimus, vel potius quid nolimus dicere. Vnde hoc caput, & vultus iste mirabilis, cuius artificem non videmus, opus videmus, in varia officia vsusque formatur? Vnde forma erectior, status excelsior, faciendi vis, sentiendi viuacitas, gradiendi facultas? Ignota certe nobis sunt naturæ organa, sed nota ministeria. Et tu semen fuisti, & tuum corpus semen est resurrecturi. Audi Paullum, & discè quia semen es: \* *Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surgit in gloria. Seminatur in infirmitate, surgit in virtute. Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. Et tu ergo seminaris vt cetera, quid miraris si resurgis vt cetera? Sed illa credis quia vides, ista non credis quia non vides.* \* *Ioan. 10.* Beatiores qui non viderunt, & crediderunt. *Et deus*

*Phœnix ex faucibus suis reuiviscit.*

\* *1. Cor. 15.*

\* *Ioan. 10.*

*de post pauca subiicit:*

Si terra renouatur & cœlum, cur dubitemus hominem posse renouari, propter quem terra facta & cœlum est? Si præuicator seruatur ad pœnam, cur iustus non perpetuatur ad gloriam? Si vermibus non moritur peccatorum, quemadmodum interibit caro iustorum? Hæc est enim resurrectio, sicut verbi

*Terra renouatur & cœlum, cur dubitemus hominem posse renouari.*

*Divina iustitia requirit ut animi & corporis eadem sit conditio idemq; iudicium subeat.*

ipsum sono exprimitur, ut quod cecidit, hoc resurgat: quod mortuum fuerit, reviviscat. Et hæc est series & causa iustitiæ, ut quoniam corporis animique communis est actus, quæ animus cogitavit, corpus efficit: utrumque in iudicium veniat, utrumque aut pœnæ dedatur, aut gloriæ referretur. Nam prope modum absurdum videtur, ut cum animi legem lex carnis impugnet, & mens plerumque quod odit hoc faciat quando inhabitans in homine peccatum carnis operatur: animus subdatur iniuriæ, alienæ reus culpæ: caro quiete potiatur auctor ærumnæ: & solus atteratur qui non solus erravit: aut solus gloriæ referat, qui non solus gloriæ militavit. *Tom. 3. in oratione de fide resurrectionis.*

Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut reportet unusquisque propria corporis sicut gessit, siue bonum, siue malum. Quàm cito causam probavit, qua corpus resurgit. Oportet enim carnem resurgere, quæ remunerationem suorum adeptæ est gestorum, ut quæ in corpore gessimus, in corpore recipiamus. *Tom. 1. in exhortatione ad virgines.*

*Vermis quidam in variis formis se transmutat.*

Et quia de volatilibus dicimus, non putamus alienum ea complecti quæ de verme Indico tradidit historia, vel eorum relatio qui videre potuerunt. Fertur hic corniger vermis conuerti primum in speciem caulis, atque in eam mutari naturam, inde processu quodam fieri bambilius: nec eam tamen formam figuramque custodit, sed laxis & latioribus folijs videtur pennas assumere. Ex his folijs mollia illa Seres depectunt vellera, quæ ad vsus sibi proprios diuites vindicarunt. Vnde & Dominus ait: \* *Quid existis in desertum videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Chamæleon quoque diuersas species fertur vario colore mentiri. Lepores certe, quod de proximo facile cognouimus hyeme albescere, æstate in suum colorem redire non dubium est.*

\* *Matth. II.*

*Chamæleon diuersas species fertur vario colore mentiri.*

est. Hæc ideo libaui, vt ad commutationis fidem *Lepores hyæ*  
 quæ in resurrectione futura est, etiam ista exempla *me albescunt,*  
 nos prouocent, sed ita, vt commutationem illam di- *estate in su-*  
 camus quam Apostolus euidenter expressit dicens: *um colorem*  
 \* Omnes quidem resurgemus, non omnes autem *redeunt.*  
 immutabimur. Oporter enim corruptibile hoc in- *\*1. Cor. 15.*  
 duere corruptelam, & mortale hoc immortalita-  
 tem. Tom. 4. lib. 5. Hexæmeron. cap. 23.

Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo  
 omnes uiuificabuntur. ] Hoc dicit quia sicut Adam  
 peccans mortem inuenit, & omnes ex eius origine  
 tenuit vt dissoluantur, ita & Christus non peccans, *Christus omnia*  
 & per hoc vincens mortem: quia qui non peccat vin- *bus qui sunt*  
 cit mortem, quia mors ex peccato, omnibus ergo *ex eius corpore*  
 qui sunt ex eius corpore acquisiuit vitam, id est, re- *acquisiuit re-*  
 surrectionem. Quamuis ergo generalem tribuerit *surrectionem,*  
 resurrectionem, vt sicut in Adam omnes siue iusti,  
 siue iniusti moriuntur, ita & in Christo omnes tam  
 credentes quam dissidentes resurgent, licet ad pæ- *Increduli re-*  
 nam, increduli tamen uiuificari videntur, quia cor- *surgunt vt*  
 pora sua recipient, iam non morituri sed passuri pæ- *cum corpora*  
 nam in eis sine fine quod credere noluerunt. Tom. 5. *bus æternam*  
 in cap. 15. 1. ad Corinth. *pænam susti-*  
 ueant.

V. Ambrosij etate exstitisse hereticos, qui mor-  
 tuorum resurrectionem negarent.

AN non & vnus substantie, (Arrium alloquitur)  
 quod in scripturis non putas contineri, me-  
 cum pariter profiteris, nisi quia illic habuisti quo-  
 modo malignos sensus tuos occulta fraude in vtro-  
 que contegeres, sed mecum hoc ipsum sono vocis  
 exprimeres, sed tamen longe dicti intelligentiam  
 separes: sicuti & illi heretici qui resurrectionem  
 carnis negant ad decipiendas animas simplicium,  
 dicunt his quia in carne non resurgant. Sed si discuti-  
 as eos cur hoc dixerint, cum scias illos carnis re-  
 surrectionem omnino negare, dicent tibi: Vtique  
 ille erit qui in carne baptizatus non fuerit, vt anima

Heretici qui-  
 dam carnis  
 resurrectionem  
 inficiantur.

ipſius dum in corpore eſt, de morte delictorum ſuorum, & de ſepulcro criminum per baptiſma in eadem reſurgat. Solius enim animæ per lauacri vitalis gratiam, reſurrectionem in carne defendent, nam & ipſius carnis ſalutem excludunt. Et hi per veriſimilem confessionem innocentium mentes occulta fraude ſeducunt. Et vt ſolet letale poculum mellis dulcedine temperatū ſuauitate fallente perimere, ſic & hoc malum per blandimentum aurium audientium ſenſus quadam labe contaminans, contagione vitij adhaerentis inficit. *Tom.2. lib. de fide contra Arrianos, Cap.3.*

FINIS. An. poſt Ch. natum MD. LXXIII.  
LXXX. XXIV. Aprilis.

INDEX

# INDEX RERVM ET SENTENTIARVM INSIGNIO- RVM, QVAE QUATTVOR HIS

Ambrosianæ Confessionis  
libris continentur.

## A

- A** Bominatio desolatio-  
nis quid 446  
Abraham cur Deum in hu-  
mana forma viderit 33  
Abraham multis virtutibus  
clarus 140  
Abrahamo Deus vnus ap-  
paruit in trinitate perso-  
narum 9  
Absoluēdi potestas à Chris-  
to concessa Sacerdotibus  
261, 262, 263 est actus iu-  
dicialis 246  
Abstinentiæ magister Ioan-  
nes Baptista 363  
Adam peccando vitam de-  
reliquit æternam 116 cur  
latuerit 117 peccatum il-  
lius toti posteritati nocuit  
118  
Adoratur tantum Deus 39  
in Eucharistia 40  
Adulterium diuino iudicio  
punitur morte 294  
Aduocatus noster Christus  
243  
Agnes martyris gesta 405,  
406  
Ambrosius Arrianis tēpla  
noluit concedere 107, 108  
109, 110 tributum offert  
Imperatori 109  
Ambrosius sacrificium pro  
defunctis offert 233  
Ambrosius S. S. Geruasij &  
Prothasij corpora inqu-  
rit 328 cæcus ad ea sana-  
tur 329, 330  
Ambrosius pro fratris sui  
Satyriani anima Deo sacrifi-  
cium offert 303  
Ambrosij de S. Trinitate cō-  
fessio 18  
Ambrosij oratio qua sacri-  
ficaturus vti solebat 225  
Ambrosij sententia, Lacry-  
mas Petri non pœnitenti-  
am lego, explicatur 273  
Ambrosij soror à D. Liberio  
Papa velata est 409  
Andreas prius Petro Domi-  
num sequutus 82  
Angeli à peccato originis  
nos liberare non potue-  
runt 126  
Angeli quando corpora as-  
sumunt, non suam mu-  
tant substantiam 32  
Angeli sacrificantibus ad-  
sunt 226, 234  
Anima Christi passionibus  
obnoxia fuit 26  
Anima non moritur 40  
Anima sine corpore in iudi-  
cium vocari nō potest 450  
Animæ sanctorum etiam  
nunc, ante extremum iu-  
diciij diē cum Christo vi-  
uunt 308, 309, 310, 311, 312  
Ff 5 Ani-

Confessionis Ambrosianæ

Animorum immortalitas 449	rores diuersi 13, 16
Antichristus 99, 100 vnde nasciturus 443 in templo qui sedebit 444 nomen Dei sibi vsurpabit 445 ex Scripturis probabit se fi- lium Deiesse 446 quam- diu sit regnaturus 447, 448	Assensus noster ad creden- dum requiritur 142 Astra cur à Deo tam pulcre condita 1 Augustin <sup>9</sup> Ambrosij de pecca- to originis sententiam vbi referat 126 Aurum Ecclesia cur habeat 236, 237
Antichristi vnde venturi 55 Apostatas non regit Deus 414, 415, 416 neque ex- cluduntur a pœnitentia 417, 418	Auxentij in Ambrosium, aliosque pios sequitia 100, 101
Apostoli & Prophetæ sunt Ecclesiæ remiges 54 Apostoli Scripturam expli- cari cupiunt à Christo 77 Apostolorum dignitas & no- mina 83 Aquila vnde renascatur 249	<b>B</b> Balthazaris Perfarum re- gis pœna 267 Baptisma vnum non multa 250 Baptismatis aqua cõsecran- da 202 Baptizati vestem candidam induunt 205 Baptizatorum capita cur in- ungantur 203 Baptismum iterarunt No- uatiani cum Donatistis 197 Baptismi cæremonias vide, Cæremonias Baptismus Christi S. Trini- tatis mysterium repræsen- tauit 9 Baptismus Ioannis qualem vim habuerit 198 Baptismus vere Sacramen- tum est nouæ legis 184 ef- fectus illius magnus, cœ- lum aperire, & infernum 185 aufert totum pecca- tum, non radit 186, 187 gehennæ extinguit incen- dia 188 Spiritum sanctum confert
Arbitrium liberum non tol- lit præscientiam Dei 178 vide Liberum arbit. Argumenta contra conti- nentiam Ambrosius quo- modo soluat & refellat 382, 383 Argumenta eorum qui Chri- stum Patri consubstantia- lem negarunt 30 soluuntur 32 Aristotelis de prouidentia diuina opinio 6 Arrius & Fotinus tineis si- miles 112 Arriana hæresis 99 Scri- pturam violauit 100 Arriani cur Homouision nominari noluerint 22 Arriano:um de Christo er-	

## Rerum & sententiarum Index.

- confert 190 in cōfessione  
 Trinitatis rite confertur  
 191 adultis necessarius 192  
 est triplex: fluminis, flumi-  
 nis, & sanguinis 193 rite  
 collatus, repeti non debet  
 195, 196  
 Baptismus paruulorum 119  
 Baptismus iterarūt Noua-  
 tiani cum Donatistis 197  
 Baptizatos non posse cadere  
 in peccata, est hæreticum  
 239  
 Baruch prophetia cui annu-  
 meretur 70  
 Bestiæ sæpe vincunt homi-  
 nes temperantia 301  
 Bigamus in Episcopum ordi-  
 nari nequit 289  
 Bigami num sacerdotio ex-  
 cludendi 288, 289  
 Boni cum malis in Ecclesia  
 sunt 55, 56
- C**
- C**Aeremoniæ baptismi  
 202, 203, 204, 205, 206  
 Cæremonia: quibus Patres  
 in cōsecratione sacrarum  
 virginum fuerūt vsi 409,  
 410, 411, 412, 413  
 Cain ad peccandū non com-  
 pulsus 130  
 Caluinus Catholicos Satis-  
 factionarios vocat 273  
 Caluinus se vocat Alcuin-  
 um, Bucerus Aretium  
 Felinum & cur 103  
 Caritas Dei donum 135  
 Caritas fidē quomodo per-  
 ficiat 143, 144  
 Caro Christi mortem gu-  
 stauit 42
- Caro Christi sanctificatiōe  
 non diuinitas indiguit 29  
 Carnis vitia, velut comesta-  
 tio, & cetera, homini num  
 nocent 158  
 Castitas conjugum non re-  
 prehenditur 365 petenti  
 non denegatur 372  
 Castitatis virtus triplex 290  
 Catholicus populus vnde  
 collectus 52  
 Catholici Deum vnū non  
 tres confitentur 10  
 Cherubin & Seraphin ter  
 cur, Sanctus, repetierint 13  
 Christus alijs sua nomina  
 largitur 85  
 Christus cur pedes suos non  
 lauerit 259  
 Christus cur solus nos re-  
 dimere potuerit 124, 125,  
 126  
 Christus mediator noster  
 est vt homo 19  
 Christus passus est iuxta su-  
 am humanitatem 49  
 Christus quomodo nobis  
 possit auferri 148  
 Christus secundū animam  
 vere descendit ad inferos  
 43 suam maiestatem illic  
 ostendit 44  
 Christi Diuinitas quomo-  
 do sub humanitate latue-  
 rit 35  
 Christi generatiō duplex  
 29  
 Christi sermones qui 64  
 Christum Deū, hominem-  
 que fuisse probatur 24  
 Christianorum vigiliæ 303  
 Ciborum delectus Am-  
 brosijs ætate fuit in vsu  
 361



## Confessionis Ambrosianæ

- |  |  |
|--|--|
| <p>361 corū parsimonia miti-<br/>gatur iuuentutis ferocita-<br/>tas 362, 363</p> <p>Claves Ecclesiæ negant No-<br/>uatiani 59</p> <p>Clauos Christi crucifixi in-<br/>uenit Helena 327 Dæmo-<br/>nes torquent 328, 331</p> <p>Cœlibatus sacerdotum 389,<br/>390, 391</p> <p>Communicare Christi cor-<br/>pus frequenter, vtile 217,<br/>218, 219 mens diligēter pri-<br/>paranda 220, 221, 223</p> <p>Communio sanctorum 56</p> <p>Communio sub altera spe-<br/>cie tempore B. Ambrosij<br/>fuit in vsu 222, 223</p> <p>Compositio peccatoribus<br/>ad quid vtilis 258</p> <p>Conciliabula hæreticorum<br/>fugienda 95</p> <p>Conciliorum auctoritas 93<br/>officiū 94 eis aquiescen-<br/>dum 95</p> <p>Concupiscentia regeneratis<br/>inhærens curiniquitas sit<br/>189</p> <p>Confessio sacramentalis ad<br/>salutē necessaria 259, cor<br/>mundat, &amp; hominem iu-<br/>stificat 260 quare facien-<br/>da sit 261, 268</p> <p>Confirmationis sacramen-<br/>tum à baptismo distingui-<br/>tur 207 confert gratiam<br/>confirmato 208</p> <p>Cōiugati nonnūquam Mo-<br/>nachi facti 408, 409</p> <p>Coniugium qui eligit, non<br/>damnat virginitatem 291<br/>non reprehendendum est<br/>292</p> | <p>Coniugia secunda fortitus<br/>non potest fieri Clericus<br/>289</p> <p>Consiliorum &amp; præceptorū<br/>discrimen 168, 169, 377</p> <p>Constantinopolitani Arri-<br/>anos expellunt 112</p> <p>Corpus Christi lacerāt hæ-<br/>retici 106</p> <p>Credo, prima Christiani ho-<br/>minis vox 141</p> <p>Crimina maiora maioribus<br/>abluuntur sletibus 267</p> <p>Crucis lignum adorat He-<br/>lena 327 diaboli astu fuit<br/>occultatum 326</p> <p>Crucis signum quantas vir-<br/>tutes habeat 425 nautas<br/>liberat 426</p> <p>Crucis signo cur frontē atq;<br/>cor signemus 427</p> |
|--|--|
- 
- |   |               |
|---|---------------|
| <b>D</b>  |               |
| <p><b>D</b>eus ab æterno Filium<br/>genuit 19</p> <p>Deus cur se in forma Angeli<br/>ostenderit 33</p> <p>Deus cur viros pios labi pa-<br/>tiatur in peccata maxima<br/>163, 164</p> <p>Deus est qui in Prophetis lo-<br/>quitur 49</p> <p>Deus mali nō est auctor 133</p> <p>Deus negligentes consuevit<br/>deserere 150</p> <p>Deus Pater quomodo mo-<br/>ueatur 51</p> <p>Deus quid sit, nobis ineffā-<br/>bile 2 est vnus 3 omnia<br/>in eo sunt æqualia 4 scit<br/>actus nostros 5</p> <p>Deo quibus homines place-<br/>ant 71</p> | <p>Deo 71</p> |

## Rerum & sententiarum Index.

- Deo quid impossibile sit 4  
 pouidētia illius 5 est vbi-  
 que 6  
 Deum esse, ne Paganis qui-  
 dem esse incognitum 1  
 Deum vnū esse, eumque di-  
 ligendum, lex naturę sua-  
 det 1  
 Diabolus Antichristus est  
 etiam 447  
 Diaconi possunt euangeli-  
 zare verbum Dei 280, 281  
 Diaconorum officium 281  
 Docere verbo quid 278  
 Dominus maiestatis cur di-  
 catur crucifixus 41  
 Dominica dies cur Sabbato  
 successerit 428 magna re-  
 ligione obseruanda 429,  
 430, 431, 432  
 Dominico die nescit Eccle-  
 sia ieiunium 353, 354  
 Dominico die non licebit  
 vquam passionē Domi-  
 ni celebrare 441  
 Dux populo cur creetur 278

### E

- E**cclēsia Christi sola pec-  
 cata ligat & soluit  
 164  
 Ecclesia libros Canonicos  
 ab alijs discernit 62  
 Ecclesia vnde congregata 53  
 non potest deficere 54 ne-  
 que mergi 54 est, vna 55  
 Ecclesię bona in suum pri-  
 uatum vsum conuertere,  
 crimen est 238  
 Electio mali nobis ipsis im-  
 putanda 129  
 Eleemosynę virtus quanta  
 269, 270, 271  
 Epiphanię festum celebra-  
 dum 433, 434  
 Episcopus est Sacerdotum  
 princeps 281  
 Episcopus omnis Presb yter  
 est, sed non contra 282  
 Episcopi Sacerdotibus præ-  
 eminent 281 regibus 282  
 Episcoporum officium 59  
 Episcopalem dignitatē mul-  
 ti curambiant 279  
 Euangelistarum scripta con-  
 feruntur inter sese a beato  
 Ambrosio pulcre 71  
 Euāgelium num nuda pro-  
 missio 165  
 Euāgelia quattuor suscepit  
 Ecclesia 63  
 Euāgelij predicatio que 245  
 Euangelizādi munus nobi-  
 lius quā baptizandi 281  
 Eucharistię sacramentum  
 verum Christi corpus cō-  
 tinet 208 Christus in eo  
 præsens est 209, 210 de-  
 uote sumendum 211 illi-  
 us beneficio Satyrus fra-  
 ter Ambrosij liberatur at-  
 que seruat 211 nō in v-  
 su tantum, sed & extra eū,  
 est sacramētum 212 ado-  
 randum exemplo Marię,  
 Apostolorum, Angelorū  
 213 post consecrationem  
 non remanet vinū vel pa-  
 nis 214, 215, 216, 217 est  
 oblatio, victima, sacrifici-  
 um 227, 228  
 Excōmunicatio penes quē  
 59, 60  
 Exhortatio quando fiat 278  
 Exorcistę qui 280  
**F**

## Confessionis Ambrosianæ

**F**

**F**acultates propter Christum relinquere conlij est 407

Fames timore Dei susceptus facit ieiunium acceptabile 350

Festa Sanctorum celebrata tempore beati Ambrosij 319, 320

Fides cur à Deo detur 154

Fides Ecclesiæ vnde creuerit 52, 53

Fides non humano iudicio metienda 139 fundamentum salutis nostræ 140 Dei donum 141, 142 voluntatis res est 143

Fides sine operibus cur vana 145, 159

Fidei nostræ assertio quæ 36

Fidem Catholicā iam discutere, periculosum 97

Fidem veram non esse apud Schismaticos 58

Fide sola non iustificatur impius 154, 155, 156, 157

Filius Patre quo sensu minor 17 cur Patre minor dici non debeat 18 non discrepat à Patre iuxta diuinitatem 21

Filius super omnē est creaturam 51

Filium Dei esse, quid sit 179

Filius prodigus typus eorū qui ab Ecclesia discedunt 57

Filij prodigi poenitētia 244, 245

Finis matrimonij quis 300, 301

Fletibus peccata ablunda 269

Forma sacramentorum externa differt à gratia sacramenti 183

Fratres Christi qui fuerint 386

Fundamentū Ecclesię Christi 61

Fundamentum iustitię fides 154

### G

**G**ratia Dei num omnibus illuxerit 137 cooperatorum illius esse nos oportet 138

Gratia Dei omnibus offertur 150 à quibusdam vero cur suscipiatur cui tribuendum sit 151

Gratiæ Dei cooperari nos oportet 171

Giezi oculi aperiuntur 329

### H

**H**æresis causa 104, 105

Hæreticus quis 97

Hæretici accusati apud Syricium Papam 92

Hæretici nomina sua cur mutarint 103 cōiitijs dediti 104 in varias sectas diuisi 105, 106 non esse ferendos 111

Hæretici & Schismatici ab Ecclesia sunt alieni 57

Hæretici fidem violant 98

verbum Dei 99 vulpes cur & lupi vocentur 101 sanguinem Catholicorū sicutiunt 102

Hæretici fugiendi & vitandi 60, 106, 107 cur ab Ecclesia repellendi 61

Hære-

## Rerum & sententiarum Index.

- |   |          |  |                                 |
|---|----------|--|---------------------------------|
| Hæretici non à peccatis ab-<br>soluunt  | 58, 59   | Homini lapso restat pœni-<br>tentia                                  | 163                             |
| Hæretici omnes sunt Anti-<br>christi  | 447      | Honor episcopalis nullus<br>potest comparari                         | 282                             |
| Hæretici redeuntes ad Ec-<br>clesiam veniã consequun-<br>tur                                      | 253      | Hymnorum quorundã qui<br>canũtur in Ecclesia auctor<br>est Ambrosius | 423, 424,<br>425                |
| Hæreticorum conuicia  | 104      |  |                                 |
| Hæreticos diuinitatẽ Chri-<br>sti oppugnantes B. Ioan-<br>nes Euangelista paucis re-<br>futauit   | 14       | <b>I</b>   |                                 |
| Helena cruce[m] dominicam<br>scrutatur  | 326      | <b>I</b> anus conditor Ianiculi<br>ciuitatis                         | 433                             |
| Helena inuentam   | 327      | Idoli portio quæ   | 433                             |
| Heli sacerdos veteris legis<br>num, peccatores veniam<br>possent obtinere, negarit                | 246      | Ieiunium à Deo institutum  | 335                             |
| Helias & Enoch quãdo ven-<br>turi   | 448, 449 | Christus cur ieiunaue-<br>rit  | 336                             |
| Helias quando plus merue-<br>rit  | 340      | à peccato liberat  | 341                             |
| Helisæus Angelorum præ-<br>sidio munitus fuit   | 329      | hostes superat   | 342                             |
| Hieremias pœnitentiæ mo-<br>dum docet   | 256      | à dia-<br>bolo liberat   | 343                             |
| Hieremias pro Iudæorum<br>populo orãs veniam im-<br>petrat  | 247      | Deum<br>placat   | 345                             |
| Hierarchiam esse in Ecclesia<br>quæ constat ex Episcopis,<br>Presbyteris, alijsque mini-<br>stris | 279      | quomodo in-<br>stituendum  | 347, 348, 349,<br>350, 351, 352 |
| Homo cur à Deo creatus  | 115      | Ieiunia lacrymis addenda   | 269                             |
| Homo quo sensu peccatis<br>carere dicatur   | 53       | regunt peccata   | 270                             |
| Homo voluntatis sanitate<br>priuatus  | 128      | Ieiunandum cur in abscon-<br>so                                      | 175                             |
| Homini Christiano multa<br>collocantur insidiæ  | 291      | Impedimenta matrimonij   | 298, 299, 300                   |
| Homines bestijs sepe intem-<br>perantiores  | 301      | Imperatores in diuina ius<br>non habent                              | 111, 288                        |
|   |          | Indulgentiam hæreticis ne-<br>gat Christus                           | 252                             |
|   |          | Infantes sine baptismo per-<br>eunt                                  | 201                             |
|   |          | Ioannes cur angelus æsti-<br>matus                                   | 340                             |
|   |          | Ioannis baptismus  | 198                             |
|   |          | Iouinianus cum socijs ab<br>Ecclesia damnatus                        | 370                             |
|   |          | Iudæi prædicatione Helisæ &<br>Enoch ad fidem conuer-<br>tendi       | 448                             |
|   |          | Iudæis peccatũ in Spiritum<br>sanctum remissum est à<br>Chri-        |                                 |

## Confessionis Ambrosianæ

<p><b>Christo</b> 253</p> <p><b>Judas gratiam cur non inuenerit</b> 263</p> <p><b>Iustificatur iniquitates confitens</b> 260</p> <p><b>Iustificatus num gratiam possit perdere</b> 158</p> <p><b>Iustitia Christiani hominis in quo consistat</b> 169</p> <p><b>Iustitiæ nostræ vera origo in quo 146 fundamentum eius fides</b> 145</p> <p><b>Iustitiam legis Paullus rejicit</b> 149</p>	<p><b>Liberum arbitrium per gratiam non tolli</b> 127 datum à Deo 128 adiuuanti Deo cooperari 129 cum Dei præsciētia nō pugnare 130 sine Dei gratia imbecillū 133, 134, 135, à Pelagio nimium extolli 136 a gratia non destrui 138</p> <p><b>Loca sanctorū Martyrum inquirenda</b> 330</p> <p><b>Luporum natura, conatus, astus</b> 101, 102</p> <p><b>Lutheri de carnis vitij sententia</b> 158</p>
--	--

### K

**K** Alendas Ianuarias colere quid 433

### L

<p><b>L</b>abor in Scripturis adhibendus est 78</p> <p><b>Lacryma delictū lauat</b> 274 non fallit 274 totum prodat affectum 274</p> <p><b>Laicis in causis fidei de Episcopis iudicare non licet</b> 287</p> <p><b>Latronis in cruce fides qualis</b> 156</p> <p><b>Laurentij martyris thesauri</b> 237</p> <p><b>S. Laurentium inuocat Satyrus</b> 317</p> <p><b>Largitiones multos ad Episcopatus prouehunt</b> 279</p> <p><b>Lex naturæ Deum vnum esse, eumque diligendum, suadet</b> 1</p> <p><b>Legis veteris &amp; nouæ differentia</b> 165, 166, 167</p> <p><b>Libri Canonici qui</b> 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, &amp;c.</p>	<p style="text-align: center;"><b>M</b></p> <p><b>M</b>alum à Deo quī fiat 131, 132</p> <p><b>Manichæorum hæresis</b> 63</p> <p><b>Manuum impositio quid 278 quid operetur</b> 279</p> <p><b>Maria Deipara in virginitate permāsit</b> 334, 389 ei nū dubitatio Iosephi quicquam obsuerit 385 cur Ioseph fuerit desponsata 386 eius exemplo ad perpetuam integritatē incitatur 387 porta clausa vocatur ab Ezechiele 388</p> <p><b>Mariæ Magdalene pœnitentia</b> 268</p> <p><b>Martyres, nostri intercessores sunt</b> 317 sunt vitæ nostræ speculatores 313 honorandi 321, 322, 331</p> <p><b>Martyres sunt principes fidei, intercessores mundi, præcones regni, &amp; coheredes Dei</b> 330</p> <p><b>Martyrum merita negant hæretici</b> 332</p>
---	---

Matri-

Rerum & sententiarum Index.

- Matrimonium inter Christum & Ecclesiam 61  
 Matrimonium vere, proprieque sacramentum 293 contractum non potest dirimi 294 est Dei opus 295 est signum coniunctionis Christi cum Ecclesia 296 sine copula carnali potest constare 297 cum infidelibus non contrahendum 302, 303  
 Matrimonium nos abstrahit à contemplatione celestium 375  
 Matrimonij impedimenta 298, 299, 300  
 Matrimonij finis quis 300, 301  
 Matrimonij onera grauiora 290  
 Mediator noster ad Deum Christus 38, 39, 124  
 Mediatoris merito curatur peccatum originale 122, 123 eius cruore chirographum vniuersorum expungitur 124  
 Medicina prolixa opus est grandi plagæ 266  
 Mediolano pelluntur Manichæi 112  
 Mediolanenses sæpe à Geruasio & Prothasio defensi sunt 330  
 Membrorum aliorum caput Episcopus 281  
 Merces vniuersorum Christus 178  
 Meriti nostri principium gratia Dei 169, 170, 171, 173  
 Merito Christi atque eius gratia peccatum originis curatur 122  
 Merita vnius iuuant alterum 181  
 Meritorum gradus diuersi 367, 368  
 Merita nostra coronari 131  
 Ministrorum officia in Ecclesia nascente fuerunt indistincta 280  
 Misericordia Domini cur terra plena 150  
 Misericordiæ opera exerceat B. Ambrosius 236, 237, 238  
 Missæ sacrificium à Melchisedech significatum 229 à Christo Domino institutum 230 magna cum reuerentia peragendum 231 peccata dimittit 232 pro mortuis offerendum 233 eius ceremoniæ 234, 235  
 Monachorum & virginum Deo consecratarum institutum quod 394, 395, 396, 397, 399, 400, & sequentibus  
 Monachos apostatas, & sacras virgines à voto continentia relapsas, in aperto salutis periculo versari 413  
 414  
 Mors Apostolorum Petri & Pauli 88  
 Mortuis non detrahendum Missæ sacrificium 233  
 Moyse num Deum vti est videre potuerit 34  
 Moyse orat pro populo Iudæorum 247  
 Moyse cur Deus in flamma ignis apparuerit 33  
 Mundi diuisio iuxta Poetarum fabulas 6

## Confessionis Ambrosianæ

### N

**N**ationibus omnibus  
 num Dei gratia illu-  
 xerit 137, 138  
 Natura humana sine gratia  
 Dei infirma 133, 134  
 Nomina Christi alijs com-  
 municata 83, 86  
 Nouatiani potestatem re-  
 mittendi peccata sacerdo-  
 tibus auferunt 58 cur non  
 possint peccata remittere  
 59  
 Nouatiani se mundos voca-  
 bant 240, 242  
 Nuptiæ fidelium cum infi-  
 delibus prohibita 302 in-  
 fausta 303, 304  
 Nuptias Catholici, licet vir-  
 ginitatem præferant, ve-  
 nerantur 370, 371  
 Nuptias illicitas prohibet  
 Ambrosius 380, 381  
 Nuptias non esse damnan-  
 das 290, 291, 292 neque  
 secundas 292, 293  
 Nicenum conciliū quo lo-  
 co Ambrosius habeat 93  
 bigamis sacerdotium pro-  
 hibet 94  
 Niniuitarū poenitentia 256

### O

**O**bedientia superiori-  
 bus exhibita propter  
 Christum Deo placet 407  
 Officium omne aut est me-  
 dium, aut perfectum 407  
 Opera requiri ad vitam bea-  
 tam 143 cum fide quomo-  
 do cohæreant 144  
 Opera sine fide vana 145

Operibus quomodo merea-  
 mur vitam æternam 173,  
 174, 175, 177  
 Oratio alterius num meri-  
 toria 243  
 Ordinis sacramentum gra-  
 tiam confert 278 quales  
 ad hoc sint admittendi  
 286 quid impediatur 288  
 Originalem labem nō con-  
 traxit Christus 122, 126  
 Originale peccatum omnes  
 contrahimus 113, 116, 119  
 120, 122

### P

**P**aruuli indigent bap-  
 tismate 119  
 Paruulorum baptismus 198,  
 199, 201  
 Pascha festum gloriam &  
 gaudiū subministrat 434  
 obseruationem eius Epi-  
 scopi Romanæ Ecclesiæ  
 cupiūt ab Ambrosio scire  
 435 à Christo quando ce-  
 lebratū 436 à nobis quan-  
 do celebrandum 438, 439,  
 440, 442  
 Paschalis celebratio 96  
 Pater & Filius quomodo  
 sint vnum 16  
 Pater num maior Filio &  
 Spiritu sancto 7  
 Patrem cum Filio Sabellia-  
 ni confundere 16  
 Patrum atque doctorum au-  
 ctoritas 96  
 Patriæ murus vir iustus 181  
 Paullus cur non baptizare  
 missus sit 281  
 Paullus cur Hierosolymam  
 ascen-

Rerum & sententiarum Index.

- ascenderit 82 cum Petro moritur 88  
 Paullus dimisit peccata 59  
 Paullus & Dauid pro laboribus postulat mercedem 176, 177  
 Paullus veniam peccatoribus non negat 249  
 Paulli Epistolam ad Hebraeos B. Ambrosius agnoscit 72 Iacobi Apostoli atque D. Petri 73 Ioannis 74 Apocalypsin 75, 76  
 Paulli locus 1. Cor. 9. Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, explicatur 393, 394  
 Paulli sententia, Dies obseruatis & annos, quomodo intelligenda 442, 443  
 Peccatoribus non negauit B. Ioannes veniam 248  
 Peccatum Adæ non imitatione sed propagatione nocere 120, 121  
 Peccatum libere à nobis fieri 127  
 Peccatum non in Spiritum sanctum cadit 47 homines quomodo dimittant illud 48  
 Peccatū quid sit 158, 159 voluntarium est 160, 161 distinctio eorum in mortalia & venialia 162  
 Peccati originalis & actualis expers fuit Christ⁹ 122, 126  
 Peccata in Spiritū sanctum quibus non dimittantur 251, 252, quibus dimittantur 253  
 Peccata nobis sine labore non dimissa sunt 147 idemque studiose vitanda 148  
 Peccata quibus tegantur 255  
 Peccata remittere mun⁹ Spiritus sancti est 264  
 Peccauimus in Adā omnes, ut in massa 113  
 Pentecostes festum quando celebrandum 441, 442  
 Peregrinatio ad loca Sactorum 330  
 Personarum trinitas 8, 9  
 Petr⁹ cur alijs Apostolis prelat⁹ 82 est Ecclesie fundamentum 83, 84  
 Petrus & Paullus cur Romæ martyrio coronati 89  
 Petrus quomodo petra sit 85 86 Romæ fuit Episcopus 86, 87  
 Petrus Simoni Mago non interclusit spem veniæ 252  
 Petri hereditas non apud Nouatianos 81  
 Petri Paullique collatio 83  
 Petrum quomodo Christus respexerit 155  
 Phariseus de templo descendens cur non sit iustificatus 260  
 Philosophia 105  
 Philosophi animorum immortalitatem agnoscunt 449  
 Phœnix mortuus reuiuiscit 452 ex fauillis & cineribus suis refurgit 453  
 Pius diligenter cauendum ne superbia vincatur 171, 172  
 Plantæ & arbores occidunt, & reuiuiscunt 450  
 Pœnitentię sacramentū lapsi fidelib⁹ superesse 239 est se-



## Confessionis Ambrosianæ

- cunda post naufragium tabula 240 nullū tam grande scelus quod non deleat 241, 243 quid requirat 255 quomodo agenda 256 verecundiam flagitij confitendi excludit 258 sollicite agenda 274 mature 275 non differenda 276 non omittenda 277
- Ad pœnitentiã veram quid spectet 265
- Per pœnitentiã in Ecclesia mortui resurgunt 242, 243
- Pœnitentium mores 241
- Potestas dimittendi peccata est Apostolis concessa & ad nos translata 251
- Præcepta cur dentur 171
- Præcepta maiorum cur studiose seruanda 97
- Præceptorum & cõsiliorum distantia 377
- Præmiū perpetuū pro temporalibus reportamus 258
- Præmiorū inæqualitas in vita æterna 178, 179, 180, 181
- Præscientia Dei non tolluntur hominum studia 178
- Preces pro mortuis fundendæ 305, 306, 307, 308
- Prophetæ de futuris rebus quomodo loquuti 149
- Prophetia quid 278
- Pudicitij remunerator Christus 303
- Pudor confessionis pœnam subleuat 259, 272
- Purgatorium esse liquet 305, 306, 307, 308
- um 344 præscriptum cur 374 a Christo obseruatur 354 quibus magis necessarium 356 strictissime seruandum 357
- Quadragesimalis ieiunij mysteria 358, 359 figura 360, 361, 362, 363, 364
- Quadragesimale ieiunium violare non licet 355

### R

- R**egnum cœlorum licet vnum sit, diuersa tamen habet præmia 179
- Reliquiæ sanctorum honorandæ 324 studiose conseruandæ 325 dæmones terrent 331
- Remedia peccata redimendi plura 270
- Resurrectio impiorum 145
- Resurrectio mortuorum sapientiam transcendit humanam 139
- Resurrectionis fides assertitur 449, 450, 451, 452, 453, 454, 455
- Resurrectione Christi num Angeli sciuerint 385
- Romana Ecclesia, catholica 90 hæreses damnat 91, 92
- Romanę Ecclesię Petrus fuit Episcopus 86

### S

- S**acerdos qualiscumque gratiam habet ordinis 278
- Sacerdotis officij quid 262
- Sacerdoti celebrãti Missam assant Angeli 234, 226
- Sacerdotes a quibus non absol-

**Q**uadragesimale ieiuni-

## Rerum & sententiarum Index.

soluunt	263	um regnant	308, 309, 310,
Sacerdotes cur cœlibes esse	debeant	311, 312	
Sacerdotes de sacerdotibus	392	Sanctorum natalitia, diesque	
iudicium ferent	286	festi Ambrosij tempore fuerunt in usu	319
Sacerdotes mali plurimum	obfunt Ecclesie	285	
Sacerdotum castitas	288, 289	Sanctorum peregrinatio tempore B. Ambrosij fuit in usu	427, 428
Sacerdotum epitheta	282	Sanctos inuocat B. Ambrosius	318, 319, 320
Sacerdotum est de fide disputare	287	Sapientie initium quid	151
Sacerdotum nomine quid	Patres intellexerint	86, 87	
Sacerdotibus secreta conscientie nostre patefacienda		Sathanæ tradidit quid	60
Sacerdotes ab usu matrimonij Paullus excludit	391	Satisfactionem requirit poenitentia vera	265, qualem 261
Sacerdotio nihil excellentius in hoc seculo inuenitur	283	Satyrus frater Ambrosij	58
Sacramenta nouæ legis gratiam conferunt	182	Satyrus cum hereticis communicare noluit	106
sunt excellentiora quam in lege veteri	183	Satyri animam Deo commendat Ambrosius	305
In sacramentorum administratione non merita personarum spectanda	184	Scabellum pedum Christi quid	39, 40
sunt uasa preciosa	208	Scriptura sacra quam obscura	77
Sacrificium aliquod esse in noua lege	223	sine sensu legitur ab hæreticis	78
obtulit illud Ambrosius	224	à Pharisæis & Scribis	79
Sacrificium pro defunctis oblatum est Ambrosij arte	305	Scripturam integrâ sola habet Ecclesia	62
Sacrificiorum in veteri lege imbecillitas	226	Scripturam sacram violarunt Arriani	100
Salomon cantica innumera cecinit	62	Sepulcra defunctorum Christi defuncti aperiebat	42
Sancti sunt speculatores nostrorum actuum	313	Seraphim ad Esaiam missus	50
Sanctorum animæ cum Christo ante extremum iudicium		Si, particula, non semper est dubitantis in scriptura	233
		Simeonis responsum à Spiritu sancto	137
		Simon Magus gratiam Spiritus sancti nummis uoluit mercari	252
		Simonem Magum Petrus superat Romæ	87, 89
		Gg 3 Simo-	

Confessionis Ambrosianæ

Simoniaci sacerdotiū pol-  
luunt 284  
Spes præmiorū ad quæ nos  
incitet 176  
Spiritus sanctus omnipotēs  
49 ex Patre Filioque pro-  
cedit 50 quomodo proce-  
dat & quod 52 adorari de-  
bet 48  
Spiritus sanctus venit in no-  
mine Filij & Patris 12  
Spiritus sanctum Deū esse  
confitetur B. Petrus 47  
Stephani pro inimicis suis  
oratio 248  
Stipendium nostrum est re-  
surrectio 449  
Syricius Papa damnat Ioui-  
nianum 92

T

Templum Apostolorū  
nomine Deo conse-  
cratum 323  
Templa non esse hæreticis  
concedenda 107, 108, 109  
Temporis auctor quis 19  
Testamēti vtriusque auctor  
vnus 64  
Testamēti vtriusque discrim-  
men 165  
Timor diuinæ iustitiæ non  
reddit nos peiores 151  
Timor quis inutilis aut vi-  
lis 152  
Ad timorem vtilem quæ re-  
quirantur 153  
Tineis similes sunt Arrius  
& Fotinus 112  
Traditionibus quantum B.  
Ambrosius detulerit 80, 81  
Transubstantiatio in sacra-  
mento Eucharistiæ 214,

215, 216

V

Vasa lignea & aurea  
qua 56  
Vbiquitarianō hēresis quā  
antiqua 15  
Verecundia non debet con-  
fessionem tollere 260  
Vermis quidā in varias for-  
mas se transmutat 454  
Vinum cura qua misceatur  
in sacrificio 235  
Vinum cur bibendum 362  
A vino pueri Hebræi & Da-  
niel abstinent 363  
Viro cur liceat ab vxore dis-  
cedere & non vxori à viro  
295  
Viri pij cur sæpe labantur in  
peccata grauissima 163, 164  
Virgo lapsa quid debeat le-  
gere 420 quomodo orare  
421, 422, 423  
Virgo lapsa quomodo satisfi-  
faciet 265  
Virginis partus humanā sa-  
pientiam transcendit 139,  
140  
Virginum corruptores quo-  
modo pœnitentiam age-  
rent 267  
Virginis sacræ corruptori  
quid faciendum 419  
Virginem qui violat, adul-  
terium & sacrilegiū com-  
mittit 419  
Virgines cōsecratę Deo non  
debent nubere 373 velan-  
tur à B. Ambrosio 373, di-  
uitem sponsum habet 379  
Virginitas gentilibus vene-  
rabilis fuit 381


Virgini-

## Rerum & sententiarum Index.

<b>Virginitas</b> matrimonio præfertur 365, 366	<b>Vnitas</b> Ecclesiæ 55
<b>Virginitas</b> quomodo prædicāda iuxta Ambrosium 290	<b>Voluntatis</b> sanitate homo priuatus est per dēmonem 128 à Deo præparatur 134
<b>Virginitatis</b> laus 155 via sublimis 368, 370 meritū 371	<b>Votū</b> continentię recte promitti Deo atq; voueri 373
<b>Virginitati</b> nuptias æquare hæresis Iouiniani 368	<b>Votum</b> non reddere crimen ingens 376, 377
<b>Viribus</b> suis non fidendum nimis, & cur 128	<b>Votum</b> reddendum est 173
<b>Virtutum</b> fundamētum fides 140, 144	<b>Vulnere</b> primi parentis omnes claudicamus 118
<b>Virtutibus</b> diuersis merces diuersa proponitur 167	<b>Vulpib<sup>9</sup></b> heretici similes 112 cur 113 vocem hominibus eripiunt 114
<b>Vita</b> beata in quo consistat 143, 144	<b>Vxor</b> bona iure laudatur, sed melius pia virgo præfertur 367
<b>Vita</b> hæc infidijs plena 291	<b>Vxorem</b> vir ob difficultatē coniugij nequit relinquere 290
<b>Vmbra</b> sanctorū corporum multi sanati sunt 331	

F I N I S.

20 Syst. Tv. III. 342



the scale towards document

490

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

Index.

ius iuuat alterum 122  
 m gradus diuersi  
 fra coronari 131  
 um officia in Ec-  
 scente fuerunt in-  
280  
 dia Domini cur  
 na 150  
 diae opera exercet  
 rofius 236, 237, 238  
 ificium à Melchi-  
 gnificatum 229 à  
 Domino instiru-  
 o magna cum re-  
 peragendum 231  
 limitut 232 pro  
 offerendum 233  
 emoniae 234, 235  
 cum & virginum  
 seratarum insti-  
 uod 394, 395, 396,  
 400, & sequenti-  
 apostatas, & sa-  
 nes à voto conti-  
 elapsas, in aperto  
 riculo versari 413  
 colorum Petri &  
88  
 on detrahendum  
 ificium 233  
 um Deum vti est  
 tuerit 34  
 at pro populo Iu-  
247  
 Deus in flamma  
 aruerit 33  
 ifio iuxta Poeta-  
 las 6  
 Gg N

